

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO PAPÆ XIV.

RELATIO

CAROLI ALBERTI CARDINALIS

CAVALCHINI

PONENTIS

IN CAUSA

BEATIFICATIONIS, ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVI DEI

ROBERTI CARDINALIS

BELLARMINI


PRO CONGREGATIONE HABENDA CORAM SANCTITATE SUA

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus, earumque Adnexis in gradu heroico ad effectum, de quo agitur.







ROMÆ MDCCLIII.

TYPIS REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ.



BEATISSIME PATER.

1 
Uam alacri me, lætoque animo comparaverim ad munus illud exequendum, quod ex jussu Sanctitatis Tuæ suscepi, referendi statum Causæ Ven. Roberti Cardinalis Bellarmini, ejusque merita, satis explicare nequeo: Nam cujus viri Doctrinam, eximiamque morum Sanctitatem, arctissimo sociatas fœdere, perpetuo sum admiratus, eas opinione mea longe superiores fuisse, tunc plane intellexi, quum operam darem (dedi autem quam potui maximam), iis legendis, perlustrandisque omnibus, quæ ab initio ad præsens usque tempus gesta, dictaque sunt in hac eâdem Bellarmini Causâ; e quibus principio exponam imaginem aliquam ingenii, vitæque ejus, primis saltem ac levibus delineamentis formatam; tum Acta omnia, quæ obitum ejus subsecuta sunt; hisque præhabitis, differam de virtutibus magni hujus Servi Dei, de quibus impresentiarum sermo habendus est.

2. In Montispolitiani Civitate anno 1542. quarto nonas Octobris ortum habuit paterno, maternoque genere illustrem, ex Patre quidem Vincentio Bellarmino, & ex Matre Cinthia Cervina (a), utroque pietatis laude commendato, ac Matre præsertim, quæ soror erat Marcelli II. Pontificis Optimi; nec minus

A san.

(a) *Uti perhibent plures testes relati in Sum. num. 1. pag. 1. & 2.*

sanguine, quam virtute illi conjunctissima (a). Ut vero generosarum stirpium semina, in feraci solo propagata & exculta, ad optimam facile proficiunt frugem; sic ipse primum Sacro recreatus Baptismate, tum Confirmationis Sacramento instructus (b), a puerulo sancte liberaliterque educatus (c), deindeque procedente ætate, omnibus Christianæ pietatis officiis, humaniorumque litterarum studiis, & ab aliis excultus, & sponte sua addictissimus, majores longe, quam ea ætas ferret, utroque in genere processus fecerat. Nam quod litterarum studia spectat, ut alia prætercam non parva eorum specimina (d), plura edidit carmina, inter quæ illud de Virginitate, cujus etiam Carminis capitales litteræ istud ipsum = *Virginitas* = nomen reddebant (e): Quod vero ad pietatem attinet, non modo adolescentior factus, vel in Ecclesia, vel aliis publicis in locis; sed puerulus, etiam in paterna domo, sermocinari adsuevit de fidei ac religionis nostræ mysteriis (f).

3. Continuas hinc adscensiones per arduum Christianæ perfectionis iter in corde suo disponens, ac propius Christum secuturus, Societati Jesu nomen dare constituit: Quod & magna alacritate perfecit anno 1560, octavo scilicet supra decimum ætatis

---

(a) *Idem Bellarminus in relatiuncula vitæ suæ Sum. pag.* 118. -- Parentes habuit pios; sed Matrem præcipue, quæ dicebatur Cinthia, soror Marcelli II. Pontificis. Hæc... amavit semper Societatem, & cupivisset omnes filios suos, qui erant quinque, ingredi Societatem; addicta erat eleemosynis, orationi, contemplationi, jejuniis, & corporis castigationi, inde contracto morbo hydropisis, obiit pie, & sancte, anno Domini 1575. anno ætatis quadragintanovem, vel circa eum annum -- *Testis III. in proc. Polit. Apost. Sum. pag.2. ubi eam nominat* Donna di santissima vita, *aliique tres coævi, nempe II. III. & IV. in Polit. Ordin. Sum. add. num.2. §.1. 13. & 25.*

(b) *Ex Camilla Bellarmini sorore T.II. in Proc. Apost. Montis Politiani Sum. num.2. pag.2.*

(c) *Bellarminus in dicta vitæ suæ relat.* -- Hæc educavit filios ad pietatem, & primos tres, quorum tertius erat N., & jubebat simul incedere, & cum aliis pueris non commisceri, & singulis diebus ad Sacram ædem propinquam domui paternæ accedere, ibique orare ante Ven. Sacramentum, eos mature assuefecit Sacræ Confessioni, & Missæ audiendæ, & orationi, & aliis devotionibus --; *atque item Testes II. III. & IV. in Polit. Ord. Summ. add. num.2. §.1. 13. & 23.*

(d) *Quæ exponuntur a Patre Bartoli lib.1. ejus vitæ cap.5.*

(e) *Bellarminus loco cit. §.4. Extant alia plura carmina, quæ e profanis in sacra convertit, in Sum. add. num.4. §.4.*

(f) *Idem Bellarminus ibid. §.2.* -- Adhuc puerulus, annorum (opinor) quinque vel sex concionari solebat, & inversum Scabellum indutus linea veste impositus concionabatur de passione Domini.

tis suæ (a) intercedentibus frustra, & florentissimæ hujus ætatis, & familiæ deliciarum, & parentum, & sæculi voluptatum, & honorum quoque ac dignitatum, quarum ingentis spei tyrocinia posuerat, blandimentis (b): quo tempore metrica oratione libros concinnavit de impedimentis, quæ sibi afferebantur, ne ingrederetur Societatem (c). Acceptus autem, & habitus inter Societatis sodales, & exacto religiosæ Probationis tempore, dans operam Logicæ & Philosophiæ in Romano Collegio (d), quantus futurus esset, & quantum de ingenio & indole sua portenderet, haud sero animadversum est ab Societatis Patribus; a quibus ea brevi ministeria exercenda suscepit, quæ doctiori magis & provectiori viro, quam discipulo ac juniori congruere, quæque multorum potius, quam unius occupationem æquare viderentur.

4. Anno siquidem 1563. Florentiam missus, tum Montis Vici, sive Montis Regalis Civitatem; deinde Patavium, non tam studendo, discendove, quam, vel humaniores litteras, vel Rhetorices artem, vel Philosophiam publice in scholis docendo, perque dies festos concionando in Ecclesia, ac sermones habendo ad suos, summam adeptus sibi fuit ubique omnium laudem (e). Celebriore successu, nominisque sui famâ Lovanii, (ad quam Civitatem, veluti præstantioris Catholici Doctoris operæ tunc opportuniorem, anno 1569. fuerat delegatus) cum in Societatis Collegio Theologicæ facultatis edocendæ, tum in altera Civitatis Ecclesia concionum diebus festis latino sermone habendarum officia implevit, in iisque detentus est frequenti adeo, sive indigenarum, sive exterorum, sive Catholicorum, sive etiam heterodoxorum ad eum ex cathedra, & ex suggestu audiendum concursu, quem neque templi amplitudo capere satis posset (f): Minime tamen eorum munerum caussâ, vacuus tunc erat ab exhortationibus Domi habendis ex Societatis more, itemque ab exci-

 pien-

(a) *Ex P. Mutio Vitelleschi Præposito Generali T. XXII. in Proc. Apost. Rom. de audita ab ipso Card. Bellarmino in Sum. n.3. pag.3. Bellarminus ipse in relatiuncula Sum. pag.119. §.8. & patet etiam ex formula Professionis occasione ingressus, in Sum. add. pag.19.*

(b) *Uti constabit ex iis, quæ infra opportuniore loco dicentur §.77.*

(c) Quos libros non solum non absolvit, sed etiam cremavit: erubuit enim de rebus suis scribere -- *Ita ipse loco cit.*

(d) *Idem Bellarminus in cit. vita suæ relat. Sum. pag.120. §.10.*

(e) *De his vide infra a §.65. ad 69.*

(f) *Vide infra §.69.*

piendis, posteaquam Presbyteratu auctus fuerat; Sacris Confessionibus (*a*)

5. Nanque ob hæc, & ob eminentem virtutis, & doctrinæ suæ prærogativam, Præpositus ipse Generalis author ei fuit, ut ibidem multo, quam usus Societatis ferat, maturius Solemnem Professionem, quæ *quatuor votorum* dicitur, anno 1572. nuncuparet (*b*); quum priorem alteram, sive illam *trium votorum* dictam, biennio vix ante, ac sub ipsum fere initium adventus sui in eam civitatem præmisisset (*c*); & quidem solito etiam celerius, ut Clericali Tonsura, & Minoribus ac Sacris Ordinibus, (quorum omnium ad id usque tempus expers erat) initiari posset, prout iis omnibus anno 1570. inauguratus fuit: non satis enim decorum videbatur, quod Verbi Divini administrationi incumbens, *nullos adhuc haberet Ordines Ecclesiasticos, & Stolam gerere non posset, ut ibi omnes Concionatores solebant* (*d*)

6. Lovanii septem annos permansit, interpolatos tamen mensibus aliquot, quibus non ipse modo, sed ceteri fere religiosi viri, præsenti hostium hæreticorum metu, ab ea Civitate abiere, propriam Sacerdotis, religiosique Catholici personam occultantes; *Sed ex multis periculis liberavit eos Deus* (*e*). Diutius vero ibidem, quamquam valetudine suâ nimium repugnante, ac in dies deteriore semper factâ constitisset, nisi tandem, Patrum Lovaniensium eum commiserantium admonitu, in Urbem fuisset accitus (*f*), quo in itinere Italici aeris beneficio mirum in modum recreatus est: *Itaque Romam pervenit adeo confirmatus, ut post unum vel alterum mensem cœperit jubentibus Superioribus controversias explicare in Gymnasio Romano, in quo munere perseveravit annis undecim; cum interim exhortationibus in Collegio haben-*

(a) *Bellarmin. ibid. §.22. & P. Minutoli T.XV. in Proc. Rom. Apost. Sum. pag.22. §.7.*

(b) *Id tanquam publicum & notorium refert P. Mutius Vitelleschi Præpositus Generalis, ac T. XXII. in Proc. Apost. Rom. Sum. num.4. pag.4. De hac Professione quatuor Votorum edit. anno 1572. Bellarminus ipse in relat. vitæ suæ Sum. pag.123. §.23. & constat etiam ex ipsa Professionis formula in Sum. add. pag.23. §.8.*

(c) *Id patet ex formula Professionis trium Votorum in Sum. add. pag.23. §.7.*

(d) *Bellarmin. in relat. vitæ suæ. Sum. pag.123. §.21.*

(e) *Bellarmin. ibid. §.23.*

(f) *Bellarmin. ibid. §.26.*

habendis, & *Confessionibus fratrum audiendis vacaverit* (*a*); inter quos unum præ ceteris habuit, excoluitque veluti spiritualem filium sibi commissum, & maximæ venerationis causfâ nominandum, S. Aloysium Gonzagam (*b*).

7. Ejus temporis curriculo ad finem vergente, sive anno 1584. initium fecit parandi se ad complures libros in publicam hominum lucem evulgandos: *ac primum edita est ejus Institutio Hebraica, deinde editi sunt libri tres de translatione Imperii Romani contra Illiricum*, tum priores duo Controversiarum tomi, quorum secundus ob nimiam ejus magnitudinem in duos iterum sectus est: accesserunt sub idem fere tempus nonnulli ejus libelli Opusculis adscripti; atque alio & alio tempore conscripti ab eo sunt, vulgatique tertius, sive postremus Controversiarum tomus, & Recognitionum liber, aliique variis de argumentis libelli permulti, quorum omnium catalogum recensuerunt authores Bibliothecæ Scriptorum Societatis.

8. A Sixto V. Pontifice Maximo, ineunte anno 1589. adjunctus est Cardinali Cajetano, Legato in Galliam misso *ob motus gravissimos ejus Regni* (*c*). De mora in Gallia hæc ipse refert; *Parisiis mansimus a die vigesima Januarii usque ad initium Septembris, quo tempore nihil fere egimus, sed multa passi sumus* ob victoriam scilicet Regis Navarræ, positamque mox ab eo civitati obsidionem, quæ tantam intulit victualium penuriam, ut non equorum tantum, sed canum etiam carnes magno pretio venderentur. Per id tempus *nomine Cardinalis Legati*, si Bellarmino credimus, *ipse scripsit Epistolam latinam ad Episcopos Galliæ, dehortans eos a Schismate* (*d*), quod ipsos moliri auditum

(a) *Ut ipse Bellarminus scribit in relatiuncula vitæ suæ. Sum. num. 30. pag. 125. §. 27. & consentiunt P. Mutius Vitelleschi T. XXII. in Proc. Apost. Rom. & Joseph Avignanesius familiaris Servi Dei T. III. in Proc. Apost. Polit. Sum. num. 5. pag. 4.*

(b) *P. Virgilius Cepari T. XII., qui ejusdem S. Aloysii vitam conscripsit, Sum. pag. 52. §. 6. & Bellarminus ipse in testamento suo* -- Libenter, *inquit*, jacere corpus meum voluissem ad pedes B. Aloysii Gonzagæ mei quondam Spiritualis filii -- *Sum. add. pag. 33.*

(c) *Ut narrat ipse Bellarminus in relatiuncula vitæ suæ. Missum fuisse in Gallias cum Cardinali Cajetano testantur quoque P. Virgilius Cepari T. XII. & P. Mutius Vitelleschi T. XXII. in Proc. Apost. Rom. in Sum. num. 5. pag. 5. aliique.*

(d) *Ad quam epistolam referenda videntur verba Cardinalis Bentivoli, ajentis, Bellarminum tunc confecisse* alcune Scritture dirette al Clero del Regno a fine di confermarlo sempre più nella buona causa, e fine di combattere lo scisma, che andava gia serpendo, e che suol degenerare poi sempre nell'eresia, *ut in suis memoriis relatis in Sum. add. pag. 162.*

tum fuerat; subinde Cardinali Legato, per litteras ab Urbe datas, de Pontificis obitu admonito, suumque in Urbem reditum properante, in gravissimum morbum incidit, quem contraxerat ex lethalis dissenteriæ lue per eam civitatem grassante. Sed in lectica positus, & inde abductus, itineris ipsius remedio brevi convaluit (*a*).

9. In Urbem reversum, de sacrorum librorum codicibus, Sixti V. Pontificis jussu, novo suppositis prælo, nec satis tamen emendatis, quid deliberandum esset, in consultationem vocarunt cum Cardinalibus nonnullis, aliisque sapientissimis viris tres Summi Pontifices, Gregorius XIV. Innocentius IX. & Clemens VIII. (*b*); quorum duo priores re infectâ decesserunt (*c*); postremus vero emendatos rursus, ac revisos codices dedit, adjectâ illis præfatione, quam Bellarminus ipse concinnavit (*d*). Varia dehinc ab anno 1592. Ordinis sui munera obivit, Rectoris primum Collegii Romani, tum Provincialis Neapolitanæ Provinciæ (*e*); nec tamen uniuscujusque muneris triennium absolvit. Nam anno 1597. a Clemente VIII. in Urbem revocatus, a qua Provinciæ suæ secundo visitandæ causâ aberat, plures annos vixit in Pœnitentiariæ domo, quam Societatis Patres incolunt, meruitque a Pontifice titulos Consultoris S. Officii, ac Examinatoris eorum, qui ad Episcopatus promoventur; mox, eo etiam annuente, deputatus est ejusdem Collegii, sive domus Pœnitentiariæ Rector (*f*).

10. Vix tamen unum ac alterum mensem, postremum hoc Rectoris munus retinuit; siquidem anno 1599. *in feria quarta quatuor temporum Quadragesimæ* (*g*) ab eodem Pontifice cum aliis duodecim Cardinalis renunciatus, ejusque dignitatis insignibus donatus est, consiliis omnibus, & conatibus ejus contra Pontificis voluntatem in irritum cedentibus (*h*): quo pariter jubente anno 1602. Capuanum Archiepiscopatum suscepit, sicuti jam habitum.

(a) *In d. relat. vitæ Bellarm. Sum. pag.126. §.32.*
(b) *De congressu habito cum Bellarmino hujus negotii causâ Petrus Morinus, qui & ipse adhibitus fuit epist.31. ad Cardinalem Antonianum anno 1595.*
(c) *Uti patet ex præfatione Bibliis præfixa.*
(d) *Ut asserit idem Bellarmin. in d. relat. Sum. pag.126. §.33.*
(e) *Bellarmin. in d. relat., aliique testes adducti in Sum. num.16. pag.5.*
(f) *Idem Bellarmin. ibid. §.35. & 36. & P. Benedictus Justinianus in proc. Rom. Ord. T.III. Sum. pag.112. §.48.*
(g) *Bellarmin. ibid. §.38.*
(h) *De his infra §.108. & 109.*

bitum, ac triennio administratum, omnino abdicavit, ut Paulo V. Clementis successori, in Urbe manere præcipienti, auscultaret (a).

11. Narrat coævus Bellarmino, ejusque vitæ scriptor (b), quod a *Gregorio XV. inter initia Pontificatus, habitare in Vaticana Regia jussus est. Quod ut ei denuntiaretur, Cardinalis Ludovisius, Clementem Merlinum, (c) Sacræ Romanæ Rotæ Auditorem, ad eum misit, significavitque, cupere se, gloriosum reddere, ipso assidente, Pontificatum Patrui sui, atque insuper meditationis suæ futurum, novis redditibus ejus brevem censum augere. Ex eo nuntio anceps aliquamdiu Cardinalis Bellarminus, respondit, sibi bene esse domui suæ; sed Summo Pontifici nihilominus se obtemperaturum; concessit itaque in Vaticanas Ædes, eâ deliberatione, ut Pontifici serviret, dumtaxat in iis, quæ spectant ad Ecclesiæ commune bonum, & abstineret a reliquis, quæ temporariæ sunt procurationis.*

12. Diu purpurâ insignitus jam erat, & septuagenario quoque major, quando *rogatus ab amico, & fratre* (d), [Hic erat P. Andreas Eudæmonjuannes (e) ejusdem Societatis Sacerdos, ex imperatoria Paleologorum familiâ originem trahens, & ob ejus doctrinam, virtutemque Bellarmino ita acceptus, ut secretorum fere suorum omnium conscius, ac dubiis in rebus consultor (f) esset], exaravit commentariolum exterioris vitæ suæ; cui deinde adjunxit brevem quamdam appendicem, quam misit ad P. Mutium Vitellescum, tunc Adsistentem (g), ac postea Generalem ejusdem Societatis Præpositum: In eo commentariolo inter alia scribit, quotannis mense Septembris sese colligere solitum, *ut vacet orationi & si-*

(a) *Vide infra* §.121.

(b) *P. Petrasancta in ejus vita lib.6. cap. 5. fol.481. Consonat Vetus Menologium Societatis die 17. Septembris* -- Gregorius XV. factus Pontifex, in suum Palatium, ut familiarius ejus consiliis uteretur, manere eum voluit -- *De Bellarmini habitatione in palatio Vaticano sub Gregorio XV. Magister Domus T. XIX. Sum. pag.56.§.12., Paulus Zacchia T.XXVI. Sum. pag.57. §.15. & Card. Crescentius Sum. num.28. pag.84. §.7.*

(c) *Qui hæc eadem narrat in proc. Rom.Ord., ejusque verba referuntur a P.Bartol. lib.3. cap.14.*

(d) *Ut idem Bellarminus ait in relatione vitæ suæ mox citanda.*

(e) *Teste eodem P. Eudæmonjuanne, qui est T.II. in proc. Romano Ordin. Sum. pag.98. §.4., ubi præterea* -- Questo (*inquit*) scritto di sua mano io lo portai e consegnai alla Casa Professa, che si conservasse nell'archivio.

(f) *Ut narrat idem P. Eudæmonjuannes loco cit. §.2. & 3.*

(g) *Sive commentariolum, sive ejus appendix extant in Sum.num.30.*

& silentio, dimissis aliis occupationibus, ut pulverem contractum ex negotiis variis, si quomodo possit, detergat, & ad reddendam Deo rationem villicationis se paret. Opere autem, quod scripsit, omnino complevit; Quum enim duos supra viginti annos in Cardinalatu transegisset, minimeque obscuris indiciis, ac vocibus proximum sibi fore prænovisset adventum Domini, cujus assidua fere cogitatio per longam anteactam annorum seriem occupaverat animum suum, veniâ prius a Pontifice acceptâ, abjectisque a se negotiis omnibus, intra religiosam S. Andreæ domum se abdidit, longævæ peregrinationis suæ cursum ibidem consummaturus (*a*). Nec intempestivum, aut præproperum fuit eventui consilium; nam paucis vix diebus ab aditâ eâ domo præterlapsis, lethali morbo correptus, inter suos ibidem vivere desiit, anno 1621. ætatis suæ septuagesimo nono, die 17. Septembris (*b*).

13. Quam sancte obierit in osculo Domini, & quam sancte antea totam omnino vitam suam vixerit, & qua præterea cum terrarum ubique, tum hac præsertim in Urbe insignis sanctitatis famâ claruerit, suis singula locis commodius referam. De sanctitatis fama id unum nunc meminisse juvat, quod nullâ fere ab ejus obitu interjectâ morâ, manus admoveri cœpit, tum hic in Urbe, tum aliis in Civitatibus, Politiana videlicet, Capuana, & Neapolitana, construendis, perficiendisque judiciariis processibus in famam Sanctitatis ejus, signorumque eam confirmantium (*c*); ac ex illis adeo plenæ multæque habitæ sunt famæ hujus testificationes, ut facile, ex Sacræ Rituum Congregationis sententiâ, signata fuerit ab Pontifice Maximo Urbano VIII. commissio Introductionis Causæ, & specialis inquisitionis *absque alia processuum in genere confectione* (*d*), singulari plane, nec exiguo Causæ hujus privilegio: Nam ex ordinario jure, tunc etiam temporis vigente, processus hujusmodi *in genere* (*c*) nunquam prætermitti

(a) *Latius id exponetur infra* §.165. *& sequen.*

(b) *Ex testibus XII. XIX. & XXII. in proc. Rom. Apost. Sum. pag.*62. §.9. *& pag.*68. §.64. *&* §.65.

(c) *Confecti enim fuere processus Ordinarii Romanus & Politianus anno* 1622.; *Capuanus anno* 1623. *& Neapolitanus anno* 1625. *&* 1626.

(d) *Rescripto diei* 15. *Januarii* 1627.

(e) *De quo plene differit Sanctitas Sua de Canonizat. lib.*2. *cap.*35. *præsertim num.*6. *& cap.*39. *præsertim num.*4. *&* 5. *ubi inter cetera hæc habet*. Sub obtentu quoque famæ comprobatæ in processu ordinario aliquando existimatum fuit, esse posse locum dispensationi ab inquisitione in genere; ut in relatione Causæ

mitti fas erat, præterquam Apostolicæ dispensationis ope; neque dispensationi locus erat in Causis Servorum Dei non Martyrum, & antiqui cultus adminiculo carentium, nisi vel adeo notoria, vel ex præhabitis documentis adeo perspecta jam esset Sanctitatis, & miraculorum fama, ut supervacanea existimari posset ulterior quæcumque in eam disquisitio.

14. Datis hinc die 15. Januarii subsequentis anni 1627. ab eadem Congregatione litteris, quibus mandata fuerat jurisdictio pro examine testium sive in Urbe, sive in aliis Civitatibus Montis Politiani, Capuæ, & Parmæ, illud utrobique Apostolicâ authoritate confectum est, ejusque actis de more editis, ac apertis; num rite, recteque fuissent constructa, die 5. Maii 1629. cognitio, uti tunc erat in usu, data est Rotæ Auditoribus. Verum ob notissima laudati Pontificis Urbani VIII. decreta, quæ sub idem fere tempus in lucem prodierunt, diuturno silentio Bellarmini Causa conquievit, donec anno 1655. Cardinali Brancatio ejus relatore delecto, per novum Alexandri VII. rescriptum postliminii jure donata est.

15. Propterea ex eorum decretorum præscripto, quamquam haud brevi temporis intervallo, diligenter habitæ fuere quæstiones omnes, præcipuam de virtutibus disputationem antecedentes, easque laudatæ Congregationis Cardinales, singulas, singulis ex ordine decretis editis, confirmatisque ab Clemente X., feliciter absolverunt. Ac primum Bellarmini, clarissimi scilicet Scriptoris Opera, ab ipso Cardinali Brancatio Causæ relatore, cujus tu, Beatissime Pater, & doctrinam, & diligentiam (a) jure commendasti, accurate perspecta, amplissimisque deinde verbis collaudata (b), communi quoque adprobarunt calculo suo (c). De cultu hactenus Servo Dei non exhibito, quum peculiaris inquisitio

---

Causæ S. Caroli Borromei ante part. 1. — Secunda conclusio fuit, quod licet in processibus inchoandis super Canonizationibus Sanctorum præcedere debeat inquisitio in genere super fama Sanctitatis, devotione populi, & miraculis illius, qui petitur Canonizari, antequam deveniatur ad inquisitionem in specie; in hac tamen Causa, si Sanctissimo placuisset, sicut placuit, omissa inquisitione in genere, poterat deveniri ad inquisitionem in specie; quia processus auctoritate ordinaria facti, & alia multa deducta poterant supplere probationem, quæ solet inquiri & haberi ex inquisitione generali.

(a) *In egregiis animadversionibus hac in causa editis §. 9.*

(b) *In ejus relatione impressa inter vota Consultorum pag. 1.*

(c) *Decreto edito sub die 17. Novembris 1674., cui Summus Pontifex Clemens X. annuit die 21. ejusdem mensis.*

ab anno 1656. jam in Urbe inchoata, neque nisi anno 1674. perfecta fuisset, subindeque Cardinalis Urbis Vicarius sententiam suam protulisset, confirmandam hanc esse censuerunt (a). Tertio autem loco disputatione habitâ, num vi suâ constarent Acta, sive *Processus*, qui speciatim editi fuerunt quoad probationes virtutum, & miraculorum; valere quidem arbitrati sunt processus Montis Politiani, Parmæ, & Capuæ; alteri vero in Urbe confecto Pontificiæ convalidationis adminiculum expetendum esse; quod Pontifex idem Clemens X. deinceps impartitus est (b).

16. His absolutis, concedente Pontifice, ventum est ad Theologalium simul, & Cardinalium Servi Dei virtutum examen (c). Quamobrem quum die 7. Septembris anni 1675. in ordinaria Congregatione sacrorum Rituum, cui & ipsi Consultores aderant [aderant autem duo supra viginti] a Cardinali Albicio, jampridem in prioris Cardinalis relatoris locum suffecto, propositum fuisset dubium, *An constet de virtutibus Theologalibus fide, spe, & charitate, & de Cardinalibus prudentia, justitia, fortitudine, & temperantia in casu, & ad effectum, de quo agitur*, mira Consultorum omnium consensione, neque vulgari satis, aut frequenti exemplo, ab iisdem omnibus Consultoribus pronuntiatum est, de iis virtutibus plane constare.

17. Haud omnino parem in unam eamdemque sententiam consentiendi facilitatem exhibuere Suffragatores in posteriore altero, & frequentiore Conventu (quæ Congregatio Generalis dicitur) coram Ven. Innocentio XI. Clementis X. Successore, coacto die 20. mensis Septembris anni 1677. Nam ex triginta & octo, è quibus decem & septem erant Cardinales, ac reliqui Consultores octo supra viginti suffragiorum numerum pro se tulit Bellarmini Causa, sex Cardinalibus tantum adversantibus cum tribus Consultoribus, altero ex iis Cardinalibus vehementius contradicente, & altero dubio hærente.

18. In priore quidem ordinaria Congregatione, quod una omnium Consultorum vox fuerit, constare de Bellarmini virtutibus, id equidem vehementer miror; neque aliam tantæ consensionis caussam agnosco, quam præstantiam ac meritum Viri: Quod

(a) *Rescripto diei 9. Februarii 1675. confirmato ab eodem Pontifice die decima quarta ejusdem mensis.*

(b) *Rescripto diei 30. Martii 1675. approbato ab eodem Pontifice Clemente X. sub die 6. Aprilis ejusdem anni.*

(c) *Rescripto diei 8. Maii 1675.*

Quod vero in posteriore altera inter Cardinales, aliosque numero longe plures, quam antea, extiterint aliqui, non unius ejusdemque sententiæ cum ceteris, id fere expectandum erat, prout usu venire solet in iis rebus, quæ graviorem aliquam disputationem requirant; atque in hoc præsertim Causarum genere, in quo, ut rectissime notavit SANCTITAS TUA (a), *uniformitas suffragiorum propter varietatem ingeniorum, & propter multitudinem suffragatorum est quodam modo impossibilis*. Ex hoc propterea opinionum dissidio nihil detrimenti Causæ, quin potius existimationis & pretii non parum accessisse reor; quum firmissime nihilominus pro eo steterint tres fere ex quatuor suffragatorum partibus: Quando judicio tuo, BEATISSIME PATER, judicio scilicet hominis doctissimi, gravissimique, in Causis hujusmodi non dubito duas ex tribus partibus omnium suffragiorum requiri, & satis esse (b).

19. Nihil tamen, sive ob eas, quas dixi, nonnullorum contradictiones, sive alias ob caussas, quas ejus temporis ratio suggereret, definitum tunc fuit, nihilque amplius actum fuisse constat ad annum usque 1711., quo novus, Cardinali Albicio vita jam functo, a Postulatoribus expetitus est, datusque a Clemente XI. ejusdem Causæ relator, primum Cardinalis Caprara, eoque paullo post e vivis erepto, Cardinalis Fabronus.

20. Retractandæ interea huic Causæ Postulatoribus adlaborantibus, aliaque plura non quidem nova documenta, sed recens collecta proferentibus, Tu, BEATISSIME PATER, quamvis Fidei Promotorem tunc agens, eâque summâ cum laude, quam non communi cum aliis, sed peculiari quodam jure tibi vindicas, maximæ tamen observantiæ, & existimationis in Bellarminum tuæ haud obscura quidem, nec levia nobis indicia præbuisti. Quum enim amplissimas, numerisque omnibus absolutissimas animadversiones concinnavisses, quæ difficultates, argumentaque omnia veterum suffragatorum, huic Causæ intercedentium, penitus exhau-

 serunt;

(a) *Lib.1.de Canonizat. Sanctor. cap.22. num.19.*

(b) *Lib. 1. cap.22. num.17. & 19.* -- Verum (*inquit Sanctitas Sua*) his omissis tutior, & magis consentanea est usui Sedis Apostolicæ illorum sententia, qui existimant, minime sufficere majorem suffragiorum partem, sed & in re, & ad finem, de quo agitur, duas ex tribus partibus omnium suffragiorum requiri, & satis esse .... Quod vero duæ ex tribus partibus suffragiorum modo explicato sint necessariæ, comprobari potest ex consuetudine & instituto Sanctæ Sedis, quod ego ipse testari possum; qui amplius viginti annos apud Summos Pontifices munus exercui Fidei Promotoris.

ferunt; idcirco æqui bonique consulens, non illas tantum publici juris fieri passus es, sed (quod aliis in Causis fieri haud solet) ex laudati Pontificis Clementis XI. authoritate, cum iis adjungi, vulgarique constituisti vota eorum, qui *consuluerant in prima Congregatione præparatoria, ne scilicet una eademque causa ad imparia judicetur, & ut illi, qui suffragium modo laturi sunt, habeant sub oculis omnia tam favorabilia, quam adversantia* (a). Alterum, & communem omnem, usitatumque morem excedens, & Bellarmino plane gloriosissimum, ut fieret, provide sapienterque imperavit idem Pontifex Clemens XI., atque ut imperaret, author ipse fueras. Quod quale sit, palam omnibus facit unus postulatoriarum epistolarum ex omni fere Catholici Orbis gente, atque ordine confluentium liber non adeo exiguus, ejusque libri titulus fronti præfixus, *Epistolæ primo ad fel. rec. Innocentium X. dein ad similis mem. Alexandrum VII., postremo ad Sanctissimum in Christo Patrem, & Dominum Clementem XI. Pont. Opt. Max. pro Causa Beatificationis, & Canonizationis Ven. Servi Dei Roberti S. R. E. Card. Bellarmini Soc. Jesu juxta rationem temporum distributæ, ac jussu Sanctissimi typis editæ Romæ .... anno MDCCXIII.*

21. Pro eo autem Promotoris Fidei munere, quo tunc fungebaris, nihil sane, sive ad præsentis judicii ordinem, sive ad virtutum disquisitionem pertinens, quod objici aliquo jure posset, prætermisisti in laudatis *animadversionibus tuis*: atque inter cetera rectissime quædam notaveras, quæ Postulatoribus negotium deinde præbuerunt, ut perficerentur, supplerenturque nonnulla, quæ hactenus fuerant prætermissa, vel prorsus latebant; eaque novis Congregationis Sacrorum Rituum decretis, ejusdemque Pontificis Clementis XI. authoritate firmarentur.

22. De Actis namque, sive *Processibus ordinariis*, de quibus nihil ad illud usque tempus quæsitum fuerat, institutum est examen; & proposito a Cardinali Fabrono relatore dubio, *An constet de validitate processuum authoritate ordinaria in Civitatibus Politiana, Capuana, & Neapolitana peractorum*, die 3. Februarii 1714. *affirmative* responsum fuit (b). Sub idem præterea fere tempus, quum semel, iterum, ac tertio reperta fuissent Opuscula quædam alia, & scripta Bellarmini, antea neque perspecta, neque cogni-

(a) *Uti legimus in iisdem animadvers. Sanctitatis Suæ* §. 109.
(b) *Eidemque rescripto Summus Pontifex annuit die* 4. *ejusdem mensis*.

cognita ; totiens opus fuit, ea omnia recenseri, ac totiens pronunciatum est, nihil obesse, quominus ulterius Causa progrederetur (*a*); quo in negotio dispiciendi posteriora hæc Opuscula & scripta tunc partes quoque tuas, BEATISSIME PATER, diligentiamque, nec semel interposuisti; primum anno 1714., quo Cardinalis Fabronus eam in te curam, quæ sibi commissa erat, conjecerat; deinde anno 1715., dum ejus Congregationis Cardinalibus retulisti, quid ipse sentires de quadam epistola a Bellarmino data ad Marcum Antonium Columnam tunc Siciliæ Proregem.

23. Res in eo statu jacuerunt, donec Tu ipse, maximo jam totius Christianæ reipublicæ bono, ad Petri Cathedram evectus, supplices a Postulatoribus oblatas preces pro impetrandis iis, quæ vel facto opus esse in hac Causa, vel expedire ipsi arbitrabantur, pronis auribus excepisti: quum & novum alium pro Cardinali Fabrono, qui dudum vivere desierat, Causæ relatorem delegeris, eoque munere me honestaveris (*b*); deindeque habito ejusdem ordinariæ Congregationis consilio non invitus concesseris, quod non novis additis, sed relectis animadversionibus tuis, ac responsionibus, quas Postulatores essent allaturi, Cardinales tantum laudatæ Congregationi adscripti, super eodem, jam olim proposito, virtutum dubio votum suum coram te proferre deberent.

24. Summo scilicet & æquissimo id concessisti jure; quoniam exquisita jam, & excepta pridem Consultorum suffragia, consilio tuo, & provida Clementis XI. jussione, raroque prorsus exemplo publica effecta sunt; animadversiones autem tuæ, difficultates omnes, vel quæ antea objectæ jam fuissent, vel quæ tum probabili, tum etiam tenui aliquâ veri specie proponi adhuc potuissent, tam sedulo & copiose legerunt, ut oleum plane, & operam perdidisset, qui iis augendis adlaborasset. Nec minus sapienter pro singulari Causæ hujus dignitate imperasti, ut Cardinales suffragaturi, suam quisque sententiam calamo exaratam obsignatamque, tuis subiicerent oculis, ante generalis Congregationis indicendæ diem: quod jam effecerunt. Perspectâ autem cujusque eorum sententiâ, nec audito solum R. P. Fidei Promotore, sed exceptis quoque scriptis ejus, quibus quid ipse pro veritate sentiret, diserte explicavit, novam curam, diligentiamque in id adhibendam censuisti, ut quam rectissime agnosci, dijudicarique posset,

(a) *Tribus rescriptis editis die 3. Februarii 1714., die 23. Martii 1715., ac die 15. Julii 1719.*

(b) *Rescripto diei 16. Julii anni 1748.*

set, *an expediat, ut hujusmodi Causa progressum habeat.* Sex autem Theologi, doctique viri, quos eâ de quaestione nominatim interrogari praeceperas, scripto & ipsi, ac ingenue responderunt, *omnino expedire*.

25. Nunc vero ad illustrandas Bellarmini virtutes, quamquam maximo mihi usui futura erunt, quae in iisdem animadversionibus tuis, & in libris de Canonizatione Sanctorum postea conscriptis, vel generatim doces, vel speciatim de eodem Cardinali, nec uno tantum, sed pluribus in locis sermonem habens magnificis plane, ac perhonorificentissimis verbis tradidisti, aequo tamen animo patere, Beatissime Pater, me aperte profiteri, non ita obsequi voluisse, moremque gerere praeconceptae a me tuae de Bellarmino existimationi, ut suscipere neglexerim Censoris partes, quas imo omni adhibitâ examinis severitate mihi agendas esse sum arbitratus, ne subessem periculo indulgentioris alicujus affectionis erga virum Cardinalem, deque universa Ecclesia, praesertim vero de Apostolicae Sedis dignitate, authoritateque tam bene merentem.

26. Vis tamen ipsa veritatis, quemadmodum te olim, licet pro officii tui ratione contra acerrimè disputantem, compulit, ut in saepius laudatis, ac deinceps etiam, nec semel recolendis animadversionibus tuis ingenue fatereris, *loquendo de heroicitate in genere, &, quod plus est, in aliquibus etiam actibus particularibus, eadem videtur controverti non posse*; ita me non potuit non in eam sententiam pertrahere, quae jam olim Consultoribus primum omnibus insederat, quae deinde plerisque veterum suffragantium fuerat acceptissima, quaeque bonis omnibus, justisque rerum aestimatoribus probatissima esse debet, nimirum, constare de Cardinalis Bellarmini virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus, & aliis adnexis in gradu heroico.

27. Istius disputationis partes tres potissimum quum sint, prior de probatione virtutum; altera de iis, quae *obstativa* dicuntur; ac postrema de eo, quod in hac Causa expediat, deceatque; ad priorem quod attinet, nihil hìc morosius contendam, quaenam & quanta adhibenda fides sit Scriptoribus vitae Bellarmini (a), epistolis item,

(a) *Ex iis praesertim sunt* Marcellus Cervinus, Michael Monachus, P. Fuligatti, & P. Petrasancta, *qui omnes coaevi erant; ac Monachus quidem Capuae degebat, & frequens agebat cum Bellarmino, Capuanam Ecclesiam administrante: Reliqui vero hic in Urbe eum noverant: Cervinus item ejus Nepos ex Sorore erat:*

item, ac testificationibus plurium Cardinalium, paullo post ejus obitum exaratis. Nam quamvis eorum, præcipue vero Cardinalium, qui eâdem floruerunt ætate, eâdem in Urbe versati sunt, longam etiam, familiaremque cum eo consuetudinem habuerunt, & aliis demum titulis plerisque longe excedere videantur privatorum testium gradum (a), authoritas maxima apud me sit, ac porro apud omnes Sapientes, piosque viros esse debeat; contentus tamen ero illorum testimonio uti, solius adminiculi ceteris probationibus adjungendi caussâ (b), levioris quidem, vel gravioris, prout personæ enarrantis, tum rerum, & facti qualitas exegerit: quod puto omnes facile concessuros: quâ positâ regulâ, illud pariter statuo, testificationem Cardinalis Crescentii, veluti cum juris jurandi religione a Notario exceptam, spectato juris vigore plus etiam momenti habituram (c), quam singulas aliorum Cardinalium. Concordes vero non unius, aut alterius, sed eorum omnium adsertiones in his, quæ pertinent ad comprobandos habitus ipsos virtutum, longe majorem probationum vim obtenturas. Aliis etenim in Caussis & grandis numerus, & qualitas conspicua, & summa consensio

---

erat; ac ad Episcopatum primo Suanensem, deinde ad illum Montis Politiani promotus, eaque refert, ut ipse scribit, Tum quæ per decennium, quo a primæva adolescientia mea apud illum eo invitante Romam vocatus, ipsemet intueri, & a testibus fide dignissimis audire potui; tum etiam quæ desumuntur ex epistolis, & gentilitiis Chirographis, quæ pro triplici Sanguinis vinculo, quo Robertus cum familia mea erat implicitus, penes me asservantur.

(a) *Rupefucaldensem enim, & Ursinum illustriores reddit fama Sanctitatis, ut ex Ciacconio in eorum vita, & ex additione Oldoini; Sabaudum & Estensem præcelsa generis nobilitas; Scagliam quoque & Centinum diversitas instituti; quorum priorem, Rupefucaldensem scilicet, magni æstimabat Bellarminus ipse; Testatur enim Episcopus Invitiatus T.V. in proc. Rom. ord. Sum. pag.117. §.79.* -- Una volta mi disse, che occorrendo Sede vacante, se avesse potuto, averebbe fatto Papa il Sig.Card.Rocciafocau, se bene era Francese, poichè per le lettere, bontà, prudenza, esperienza, e vera pietà Cristiana lo conosceva degnissimo.

(b) *Prout præsumtionis & adminiculi vim, non autem legitimæ probationis habere censuit Sanctitas Sua, differens de hujusmodi attestationibus extrajudicialibus in hac Caussa editis lib.3. cap.10. num.13. de Canonizat. Sanctor.*

(c) *Defectus enim juramenti præcipua caussa est, ob quam adsertionibus Cardinalium abnegetur vis legitimæ probationis, uti constat ex glos. in cap. cum olim 12. verb. fratrum de privileg. ibi* -- Istis non creditur tamquam testibus: cum jurati non fuerint, quia inducti non fuerunt in testes --, & *Abb. ibid.* -- Secundo nota... quod simplici assertioni sine juramento non est standum .... ut intelligatur de plena probatione; Sed quamdam præsumtionem bene inducunt assertiones bonorum virorum sine juramento --: *& his relatis Sanctitas Sua de Canoniz. cit. lib.3. cap.10. num.13. testationibus Cardinalium vim adminiculi tribuit* -- Primo quia a jure communi descendit, ut testis sine juramento non probet.

fensio testium, quemcumque solemnis eorum examinis defectum suppleret.

28. Inter eos tamen, qui rerum a Bellarmino gestarum, vel plura, & ex professo, vel pauca quædam, & occasione datâ, litteris consignarunt, si eorum hominum, qui alienis in castris, ac orthodoxæ religioni adversis consistentes, contra eum veluti exitiosissimum hostem impotentissimis pugnarunt conatibus, testimonia aliquando, aut etiam sæpius adduxero; & quidem *de iis ipsis rebus*, quibus famam ejus vel minuere, vel fœdare penitus, ac proscindere adnitebantur; certissima illa futura erunt adstruendæ veritati. Si ejusdem præterea Sectæ Scriptores alios compellabo, velut idoneos eorum testes, quæ in illius laudem ingenue, ac palam ipsi edixerunt, (*tantæ* nimirum *admirationi etiam apud inimicos suos fuit veritas*, ut Chrysostomi (*a*) verbis utar) optime facturum me non dubito; quoniam non amori, sed veritati tribuenda laus est, quæ & homini impenditur, eorum Sectæ infensissimo (*b*), & ab hominibus, vel inexorabili in eum odio furentibus, vel nullo certe, præterquam clarissimæ virtutis ad eum amandum lenocinio allectis: Quo spectat vulgatum illud Hieronymi, verum esse testimonium, quod ex inimici ore profertur.

29. Sicuti neminem fore opinor, qui me reprehendat, si non raro historiam, sive relationem, quam Bellarminus ipse contexuit vitæ suæ, ejus item epistolas libellos, aliave scripta usurpavero, non solum, ut eum ita dixisse, scripsisseque indigitem; sed ut accedentibus aliis vel documentis, vel testibus evincam factum ab eo esse, quod fecisse ipse scribit: bonum enim saltem, ac pium Cardinalem fuisse apud omnes in confesso est. Propterea vix ac ne vix quidem credi potest, eum aut falli potuisse in recensione earum rerum, quæ ab eo gestæ, sibique perspectissimæ erant, aut mentiri & fallere voluisse cum tanto honestatis, & veritatis dispendio, suique nominis, ac dignitatis injuria (*c*); præsertim, quum mendacia omnia, quibus commentariolum vitæ suæ conspersisset, sicuti nihil gloriæ, nihil existimationis apud homines additura illi fuissent, ita nulli ejus vel minimo cessissent bono ac emolumento, immo turpissimo ejus probro fere certissimo: nec enim inter

(a) *Homil.28. alias 27. in Joannem.*

(b) *Ut vere dixerat Cardinalis Pallavicinus in elogio Melchioris Cani, quod exstat inter alia plura elogia, præfixa ejus operi de locis Theologicis.*

(c) *Quibus in circumstantiis plurimum valere ad probationem relationes Servorum Dei de se ipsis tradit Sanctitas Sua de Canoniz. lib.3. cap.10. sub num.11.*

inter ea, quæ ipse egit, vel ipsi contigerunt, ullam mentionem habet de visionibus, de revelationibus, de cælestibus donis, aliisve animi, & conscientiæ suæ arcanis, nulli hominum cognitis; sed de rebus exterioribus, ordine temporum succedentibus, quæ plerumque sine multis testibus spectantibus, & audientibus evenire haud potuissent, ideoque facilem mendacii alicujus, & falsitatis narrationi insertæ detectorem fuissent habituræ: Libellos autem, epistolas, aliasve scriptiones non eo vulgavit ipse consilio, ut proprias res gestas litteris consignaret; sed ut exprimeret id, quod occasio loci, & temporis, aut officii alicujus ratio postulare videbantur, quodque propterea omni prorsus vacat laudis alicujus, vel gloriolæ inde aucupandæ suspicione.

30. De testibus vero, solemni judiciorum formulâ interrogatis, qui idoneam proferant scientiæ caussam, nihil dubitandum est, quin vel integram atque perfectam probationem efficiant in iis facti articulis, in quibus alii contestes suppetant, vel saltem semiplenam, quotiens aliis careant contestibus: *Nihil etenim prohibet*, uti docet Sanctitas Tua (a), *quin probatis pluribus actibus charitatis ex. gr. per testes contestes hujus virtutis, probatio hæc non leve adminiculum recipiat ab aliis actibus ad eam pertinentibus, quamvis per testes singulares comprobatis*. Quamvis autem in superius laudatis animadversionibus Sanctitatis Tuæ nonnullæ contradictiones notentur in testibus, eæque exaggerentur in voto illo, quod circumfertur, Bellarmini Causæ nimium adverso, revera tamen, pro congrua rerum ac temporum distinctione, omnia apprime sibi cohærere, satis demonstrant Postulatores.

31. Non testibus autem, vel privatis aliis documentis comprobata, sed publicis expressa monumentis, omniumque ore celebrata primo loco commemoro plura illa, & grandia Controversiarum volumina, quibus perficiendis Bellarminus continuas, ac diuturnas insumpsit vigilias, sustinuitque incommoda, & labores fere immensos. Cogitans enim, quam necessaria, vel utilis futura esset ad rectam Sacrorum Librorum interpretationem, & Hebraici, & Græci sermonis peritia, illius quidem,

C dum

(a) *De Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.4. num.7. & 8., ubi etiam observat, quod nonnullæ relationes Rotæ Auditorum, quæ plenam probationem virtutum elicere videntur ex testibus etiam singularibus* congrue explicari possunt, ut vindicent sibi locum in hypothesi, in qua testes singulares testimonium reddant de actibus determinatæ virtutis, in cujus tamen probatione non desint testes contestes de aliis actibus deponentes.

dum Lovanii, publice jam Theologiam legeret, primis, vix, ac tenuissimis rudimentis, aliorum magisterio edoctus, confecit ipse sibi novas, facilioresque ejus linguæ institutiones, quæ typis deinde excusæ sunt; utriusque vero, & Hebraicæ, & Græcæ academicas ibidem cum aliis Sociis exercitationes instituit (a): Græcam enim jam multo ante Sacrorum Studiorum initia, sine magistro didicerat, simulque effecerat, ut *maximo suo labore quotidie disceret*, *quod alios doceret* (b). Veteres Scriptores & Patres omnes *non indiligenter* solum legit, velut ipse modestissimis innuit verbis in præfatione ad librum de Scriptoribus Ecclesiasticis, sed incredibili plane diligentia; cujus argumento est vel solus, quem nunc commemoravi, liber ab eo editus de Scriptoribus Ecclesiasticis; tum etiam ejus curæ ac diligentiæ adhibendæ caussa in eadem præfatione exposita, scilicet *ut eorum doctrinam diligenter hauriret*, *tum ut legitima & vera eorum opera a falsis & supposititiis secerneret*. Nec modo veterum, sed recentiorum etiam Theologorum, aliorumque Authorum scripta, qui ante eum floruissent, sedulo perspexit, uti patet vel leviter inspicienti, aut excurrenti Controversiarum volumina (c). Quantum

(a) *Bellarminus in relat. vitæ suæ Sum. pag.*123. -- Eo tempore cogitans N. linguam Hebraicam valde utilem esse ad intelligentiam Sacræ Scripturæ, applicuit animum ad eam linguam discendam, & quum didicisset Alphabetum ab aliquo perito illius linguæ, & aliqua rudimenta Grammaticæ, confecit ipse sibi Grammaticam Hebraicam faciliori methodo, quam Rabini soleant, & brevi tempore didicit linguam Hebraicam, quantum Theologo satis esse videtur, & instituit Academiam, in qua cum aliquot aliis sociis exerceret studium linguæ Hebraicæ & Græcæ --; *Et in appendic. ad relat. vitæ suæ Sum. pag.*130. -- Qua necessitate cogente (*docendi nempe*, quæ non didicerat) per se didicit litteras Græcas & Hebraicas.

(b) *Ut narrat ipse in eadem relat. Summ. pag.*121. *& in appendic. pag.*130. *ibi* .. Ad profectum studiorum multum sibi profuisse sensit necessitatem docendi, quæ non didicerat, & donum facilitatis, quod a Deo habuit ad omnia capienda & explicanda; nam coactus est docere litteras Græcas, & præcepta Rethoricæ, & Scholasticam Theologiam, & in ipsa prima adolescentia concionari in Templis, & exhortationes habere ad Fratres, qua necessitate cogente, per se didicit litteras Græcas & Hebraicas, & legit fere omnes Patres, & Historias, & multos Scholasticos Doctores, & Concilia, vel eorum Summam; ut etiam totum fere Corpus Canonicum; neque multum laboravit in intelligendis, quæ legebat, cum præsertim in variis Collegiis habitaverit, ubi non habebat, quos consuleret.

(c) *De hac veterum ac recentiorum lectione, præter ea, quæ Bellarminus scribit in append. vitæ suæ superius cit. extat accusatio Davidis Paræi in Bellarmi-*

tum vero & solertiæ, & operæ impendit, legendis hæreticorum ac novatorum libris, perscrutandis, detegendisque eorum cavillis & sophismatibus? In hac porro fœdissimarum hæresum volutatione non poterat maximâ non affici molestiâ tædioque (a); laboris præterea supra fidem patiens, idem illud Controversiarum opus, totum atque integrum, quemadmodum & reliquas ejus scriptiones & opera, quantum rescire possumus, unus inchoavit, absolvit, propriâque manu exaravit absque ullis prorsus alterius cujuscumque, ac ne amanuensis quidem adjumentis (b). Ac denique non potuit non tolerantissime ferre ceterum quodcumque difficultatum & curarum onus, quales tantæ molis, Controversiarum videlicet magnitudini, rerum tractandarum pondéri ac dignitati, infinitæ propemodum veterum Patrum, atque antecedentium Scriptorum lectioni, eorumque frequentissimo usui pares esse poterant, ipsiusque operis pretio respondere.

32. Pretium autem operis quale fuerit, Nos omnes scimus, ac prius norunt sapientissimi viri, iidemque justissimi rerum æstimatores; S. Franciscus Salesius, magni Doctoris nomine eum appellans; Ven. Cardinalis Baronius, Controversiarum libros Da-

 vidi-

---

larminum Castig. Bell. tom.4. -- Patrum (*inquit*) authoritates tanta coacervatione accumulavit, ut quandoque integros libros illis repleat --: *de hac pariter lectione alter e novatoribus Guglielmus Vvitakerus epist. ad Cæcil. in prim. Controv. de verb. Dei* -- Cumque legisset (*Bellarminus*), quos hactenus libros quispiam de his caussis scripserit &c., *& in præfat. ad lib. de verbo Dei contra Bellarminum* -- nunc edito Bellarmino, melius & certius cognoscemus, quid illi in quaque causa teneant, quibus potissimum argumentis nitantur -- *Franciscus item Junius tribuit Bellarmino* diligentiam suæ Collectæ, & cinnos laboriosissimos ex Pontificiorum omnium sententiis comportatis, *ut refert Marcell. Cervin. in adumbrat. Imag. virtutum Servi Dei, edita anno 1622. fol.78.*

(a) *De Bellarmino S. Franciscum Salesium hæc dixisse* -- Miror autem magni hujus Doctoris obedientiam, qui nullas vitæ delicias se nosse vere potest dicere. Quos enim labores non sustulit in revolvendis hæresum sordibus? -- *refert Carolus Augustus Salesius nepos in ejus vita relatus in Sum. addit. num.13. litt. B. pag.111. Hinc Bellarminus ipse Jacobo Gretsero Soc. Jesu epist.54.* -- Agnosco (*scribit*) tædium summum Reverentiæ tuæ fuisse devorandum in hæreticorum ineptiis refutandis: nam & ego in nugis Kemnicianis refellendis, aliquando usque ad impatientiam fatigabar.

(b) *Uti nobis tradidere Card. Desiderius Scaglia in ejus testimonio Sum. pag.93. ubi quod a Deo donatus fuit* -- d'una complessione tanto indefessa nelle fatiche delli Studj, che ha potuto di propria mano scrivere, e rescrivere tutte le opere sue -- *& P. Eudæmonjoannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.99. qui præ manibus habuit exemplaria, P. Benedictus Justinianus T.III. ibid. pag.112. Et habetur etiam in veteri Menologio Soc. Jesu die 17. Septembris.*

vidicæ comparans turri ; ex qua mille pendent clypei, omnisque armatura fortium ; Cardinalis itidem Peronius , eos pluris æstimans , quam aliud quodcumque opus, in Ecclesia Dei editum ab annis mille ; aliique plures S. R. E. Cardinales, in honorificentissimis præsertim testificationibus in Summario collectis , in quarum altera Cardinalis Bandinus insigne illud memorat de Bellarmino elogium , a Clemente VIII. habitum publico in Cardinalium Conventu : *Hunc eligimus , quia non habet parem Ecclesia Dei quoad doctrinam ; & quia est nepos optimi Pontificis Marcelli II.* (*a*) . Neque tacendus hoc loco est Cardinalis Brancatius, principio a me jam nominatus , veluti magnæ doctrinæ & authoritatis vir , ac speciatim de Bellarmini operibus ab Sacrorum Rituum Congregatione sententiam suam dicere rogatus (*b*) : Eam namque dixit nominatim de Controversiis , quæ & commendationum omnium ab præstantissimis viris editarum compendium , & summam sui ipsius iis omnibus consensionem præbet (*c*) . Tu vero , Beatissime Pater , non tam laudatorem , quam vindicem te egisti Bellarminiani operis , de quo verba facimus (*d*) .

33. Immensam fere orationem susciperem , recensendis aliorum illustrium virorum elogiis de Controversiarum opere . Ipsi Catholicæ fidei hostes , quanto illud habuerint in pretio , satis significarunt, dum inter ceteros , qui e remotissimis partibus Romam adventabant ; ii quoque non prius ab Urbe discedere solerent , quam illum invisissent : *Revertentibus enim ex Italia* [Scribit Thomas Stapletonius celeberrimus ejus temporis Theologus] *familiares in Anglia quæstiones habentur , si viderit Romam & Papam , si Bellarminum , de vita ejus & habitu corporis* (*e*) ; dum vel Bellarministarum nomine Papistas , ac vicissim

sim

(a) *In Sum. num.28. §.3. pag.81.*

(b) *Inter vota Consultorum pag.1.*

(c) *Ibidem pag.2.*

(d) *In laudatis animadvers. §.48. & seqq.. ubi ingenue fatetur , ostenditque Sanctitas Sua , nihil detractum fuisse aut operis merito , aut fama , existimationique authoris , neque ex accusatione ad Sac. Indicis Congregationem delata , neque ex accusationis caussa , nempe --* Propter inventam in libris suis propositionem , negantem Papam esse Dominum directum totius mundi . . ; *neque demum ex censura seu opinione Cardinalis Peronii , aliorumque illud notantium in Controversiarum Libris , quod plerumque in illis vehementius , ac validius instruantur , quam refellantur adversariorum argumenta .*

(e) *Cujus verba referuntur in Sum. add. pag.49.*

sim donare consueverant (*a*); vel commenti sunt, *cum illius authoritas, tamquam hominis insigniter docti, in fidei catholicæ confirmationem objiceretur.... illum præ metu se fingere Papistam, animo autem esse protestantem* (*b*); ejusque libros non unius Bellarmini foetum esse, sed plurium operas in unum collatas (*c*); vel etiam expressis; iisque non vulgaribus extulerunt laudibus (*d*), quas tamen ego sentio in ejus Operis commendationem minus valere, quam ipsas Adversariorum querelas, convicia, blaterationesque.

34. Vehementer dolebant Theodorus Beza, Franciscus Junius, David Paræus, aliique hujus generis homines permulti (*e*), quod Bellarmini Controversiæ per omnium manus spargerentur, quod a veritate scripturæ, pietateque averterent, multosque parum cautos in errorem ducerent; quodque doctores Evangelici [ut ajebant] in summa ignavia & otio torpentes haud resisterent conatibus istius Goliathi. Ad confutandas præterea unius Bellarmini Controversias erecta sunt, operâ Davidis Paræi & Amandii, duo Collegia Antibellarminiana (*f*), novaque item in Anglia Cathedræ institutio facta est (*g*): Alii vero e Protestantium ac novatorum grege impudentissime debacchati sunt in vitam, famam, moresque ejus; hominem veteratorem, impium, fœdissimis quibusque vitiis inquinatum, turpissimoque tandem suppli-

cio

(a) *Teste Petro Cottonio in epist.18. Januarii 1613., quam recitat Bartoli lib.1. cap.13. vita Bellarmini.*

(b) *Thomas Stapletonius loco supra cit.*

(c) *Inter quos Lambertus Daneus in censura prioris Libri de verbo Dei* -- etsi (*ait*) plures hoc scriptum compilarunt, solus tamen Bellarminus magna cum ambitione totam ipsius libri & operis invidiam in se derivavit.

(d) *Veluti Guglielmus Voitakerus, Franciscus Junius, & Lambertus Daneus apud Marcell. Cervin. in adumbrat. imag. fol.78. & Petrasancta lib.2. cap.6. Bayle in Dictionar. historic. & critic. ed.2. an.1702. in Bellarmin. pag.538. ubi* -- Il est sur, qu'il n'ya point de Jesuite, qui ait fait plus d'honneur, que lui a son Ordre, & qu'il n'ya point d'auteur, qui ait soutenu mieux, que lui la cause de l'Eglise Romaine en general, & cette du Pape en particulier. Les protestans l'ont bien reconnu.

(e) *Quorum testimonia refert Bartoli lib.1. cap.13. vitæ Bellarm.*

(f) *De quibus fuse apud Bartoli lib.1. cap.12. pag.85.*

(g) *Ut narrat Bartoli ibid., & consonant testimonia P. Virgilii Cepari T.XII., ex Rom. Apost. in Sum. num.11. pag.22. §.5. & pag.23. & habetur etiam in Biblioth. Scriptorum Soc. Jes.*

cio misere confectum delirantes (*a*): quamquam fabulosæ istæ criminationes & imposturæ omnino improbarentur ab nonnullis ejusdem sectæ viris magis ingenuis (*b*).

35. Ut autem vere dixerat SANCTITAS TUA (*c*): *Sunt istæ hæreticorum fabulæ, quæque de hoc eximio Cardinali vulgatæ sunt, ex quo hæreticos scriptis insectatus est, & illorum malleus jure merito dici valet*: Quorsum enim impotentes isti Adversariorum conatus? Quorsum tam maligni sermones, & amarulentæ eorum querelæ? Quorsum denique Bellarminum unum, sive unius Bellarmini doctrinam, velut agmine facto omni ex parte aggredi, & impetere, nisi callidissimi homines optime novissent (*d*), Controversiarum opus, qnemadmodum Baronius ajebat,

Da-

(a) *Vid. Casaubonum maximæ apud novatores authoritatis relatum a Popeblunt in censura celebriorum authorum, ac de Bellarmino scribentem quod ei* -- Norma veri sit non Sacra Scriptura, sed libido Papæ, quem ut Deum in terris constituit, & qui quam sceleste, & quam sæpe mentitur --, *Scaligerum apud eundem Popeblunt ajentem* -- Bellarminus nihil eorum eredit, quæ scribit; plane est atheus -- *Hæc & alia, quæ Rex Angliæ Jacobus I. in sua apologia sub tit.* -- Triplici nodo triplex cuneus -- *contra Bellarminum uti falsarium ac pendentem ex arbitrio Papæ evomuit; quæque in turpi quodam libello de vita & morte Bellarmini conficta sunt, fusiori narratione describit Gretserus tom. 11. opusc. 20. pag. 912. & Bellarminus ipse commemorat lib. 1. epist. 1. ad Jacobum Angliæ Regem, in qua eum monet, ne ex putidis ejusmodi mendaciis, in ejus Regno evulgatis, fraudem fieri permittat. De his hæreticorum fabulis plura quoque notantur in animadvers. Sanctitatis Tuæ §. 71.*

(b) Civis enim, quidam Hamburgensis, *uti refert Marcel. Cervin. relatus in Sum. add. pag. 50.* notæ Calvinistæ, ad amicum suum scribens de quodam libello, in quo Anonymus Scriptor Bellarmini famam maxime carpebat, inter cetera ait, crimina in Bellarminum conjecta, pro mendaciis merito a Sapientibus, quoscumque adierint, reputari, nec consideratione digna censeri .... Addit igitur Hamburgensis, illud tantum existimasse dolendum, quod tales cartas alienæ famæ prædatrices impune cudere & recudere liceret. Michael Coletus etiam præcipuus Lutheranæ professionis Gedani propugnator, cognito, quod fabula ista Gedani recusa esset, in concione edixit, mendaces has criminationes in eum virum cadere non posse, quem eruditio, & doctrina tot libris comprobata aliter vitam instituisse convincebat. *Ac præterea* -- sat erit legere dictionarium historicum & criticum D. Bayle authoris heterodoxi: qui in vita Cardinalis Bellarmini, Scaligeri temeritatem redarguit, & cetera omnia supra narrata pro viribus asserit calumniosa & falsa --, *ut adnotatum fuit in animadvers. Sanctitatis suæ §. 71.*

(c) *In animadvers. hujus Causæ §. 71.*

(d) *Prout revera novisse, testis est Card. Robertus Ubaldini, proprio, dum in Gallia legatum ageret Apostolicæ Sedis, experimento edoctus, ut in Sum. num. 28. §. 1. pag. 88. Idipsum notaverat Cardinalis Brancatius, in ejus voto super revisione*

Davidicam illam Turrim esse, ex qua mille penderent clypei, omnisque armatura fortium, ad firmissimam Catholicorum dogmatum tuitionem, eversionemque erroris?

36. Et sane, quod Bellarmini Opus plurimum, ac plurimum valuerit ad errorum caliginem dispellendam, ac permultos ad Catholicam Fidem traducendos, in eaque solidissime confirmandos, magis nota & perspicua res est, quam quæ multâ indigeat demonstratione. Nam quod ex Controversiarum lectione ingens hominum heterodoxorum numerus Fidei veritatem agnoverit, susceperit, firmiterque retinuerit, cumulatissime nobis edisserunt, & Scriptores vitæ Bellarmini & testes; a quibus equidem scimus non paucos extitisse, qui ex remotissimis locis in Urbem convenientes, de Bellarmino statim interrogabant, eum quærebant, adibantque; quumque ejus conspectui se sisterent, sive antea, sive postea quam Cardinalis esset, humi statim procidebant, neque cessabant uni ipsi Bellarmino, suisque Controversiarum Operibus acceptam referre interioris collustrationis gratiam, qua eruti essent a tenebris (a).

38. Vir

sione Operum inquiens -- Immo cum adeo ab hæreticis oppugnata conspiciatur, eademmet de causa satis probata prospicitur; & postremo, ut ceteros prætermittam, illam exagitavit Guillelmus Amesius, qui in conjurationem ascivit eos omnes, qui ante ipsum illam oppugnarunt, tam cives suos, quam exteros, quos enumerat Vitus Erbemannus: in controversia illa præsertim, quam doctissime tractaverat de authoritate Romani Pontificis, cujus inimicos se profitentur nuperi præsertim Heterodoxi, Scriptoris gloria, solidaque doctrina magis adeo magis enituere.

(a) *Ut testatur Joseph Avignanesius nobilis Politianus, ac postea familiaris Servi Dei T. III. in proc. Ap. Polit. Sum. num. 5. pag. 4. -- qui speciatim refert de quodam ultramontano* -- Mi domandò che cosa io andavo a fare a Roma, e dicendogli io che andavo a trovar il P. Bellarmino, lui mi rispose con grand' ammirazione --, & tu videa, & alloqueris Bellarminum? -- *quumque ex condicto uterque ad Collegium Romanum venisset* -- Quando questo gentil'Uomo vedde il P. Bellarmino, si buttò inginocchioni, & in quel modo andò a trovare il P., & avendoli abbracciato le ginocchia appena il P. lo potette far levare in piedi: dicendogli l' oltramontano in latino; che se a Dio fosse piaciuto dare il Paradiso all' anima sua, lo riconosceva particolarmente dalla lezzione delli scritti di lui. E l' istesso intervenne di alcuni altri, che non mi ricordo di quanti, l' Anno Santo 1600., che quando entravano nella prima stanza del Cardinale s'inginocchiavano, e caminavano inginocchioni a trovarlo -- *Item T. I. ex proc. Rom. Apost. Sum. pag. 22. §. 4.* -- Un tale (*ait*) cognominato Derecot nobile Inglese sei anni sono in circa, o sette, mi disse esser venuto in Roma per veder due cose segnalate, l' una delle quali era il detto Servo di Dio Cardinale Bellarmino, & a quest' effetto pregò me Testimonio, che io lo introducessi ad esso Servo di Dio come feci, e ne restò consolatissimo -- *Plura de his Bartoli lib. 2. cap. 13. pag. 86. & 87. ubi refert dicta aliorum*

Te-

ipse scribit, ex nobili sanguine, educatus, eruditus industriâ Calvinianorum, dignitate quoque non unâ apud illos auctus: *Unum*, inquit, *fere Bellarminum audiebam ubicumque esse gentium, in quem omnes, quantum a mutuis contentionibus vacaret, stylum acuerent . . . Quo circa & illum mihi penitus evolvendum ut sumpsi præ manibus, ita manus victas illi dare coactus sum . . . qui . . . uno stylo suo omnes Ecclesiæ Catholicæ perduelles jugulat & conficit . . . en etiam gratum animum, quocumque hoc succidenti indicio testari possum erga illum, cui secundum Deum hoc debeo potissimum, quod in Catholicorum sensu totus sim ex præscripto Ecclesiæ Romanæ*.

39. Sed præ ceteris digna est, quam aliquâ ex parte recitem, fusior Epistola Justi Calvini, qui Bellarminum non minus ex animo, quam eleganter ita compellat (a) *Tu vero ille es, Roberte Bellarmine Cardinalis Illustrissime, quem colit & veneratur anima mea, quem diligit, & expectat cor meum. Tu es, qui animam vindicasti a morte, & plusquam cimmeriis tenebris obrutam divinæ veritatis fulgore secundum Deum collustrasti. Tibi vota faciam, tuumque immortale nomen perpetuis laudibus celebrabo*. Eum orat, ut sibi auscultet enarranti fructus laborum suorum, *Ego sum magnus debitor tuus; si gratiam inveni in oculis tuis, præbe aures tuas, percipe magnalia Dei, audi excellentissimos fructus laborum tuorum*. Perbelle deinde eum comparat medico, saluberrima ægris pharmaca propinanti, *Ecce sedebas quondam, & medicinam parabas ægris . . . mihi quid accidit ægrorum infirmissimo? Propinatur eadem librorum tuorum medicina: Rideo, ut assuetus eram, & tamen periculi faciendi caussa admitto eam, lectionemque imbibo. Hic, quod ægris quibusdam accidere solet, pharmacum primo commovet animum, ac resultum quærit. Postmodum aliquamdiu retentum, occulta virtute, interius cum morbo conflictu habito, sudorem toto corpore excitat. Quod ubi sensi, tum demum gravissimâ me lue infectum, totâque curâ ad frequentandum antidotum animadverti. Eoque facto, majores in dies vires colligere, & tandem, benedicente Domino, integram sanitatem recuperare cœpi, ut nunc quidem nihil amplius in votis habeam, quam primo quoque die, abjectis pristinis errorum exuviis, valetudinarium hæreticorum relinquere, & in arce Ecclesiæ Dei cum Catho-*

(a) *Relata in eodem Sum. add. num.6. pag.47.*

Catholicis sincero corde ac fide ambulare. En operum tuorum saluberrimam in me medicinam Bellarmine? En quanto me malo eripueris, quantoque bono bearis? . . . O nunquam satis commemoranda beneficentia tua! Superat ista magnitudo omnes thesauros Mundi.

40. Ut alios taceam, in postulatoriis pro Bellarmini beatificatione Epistolis (a) præter rationes alias, ad eam expetendam aliis communes, *Ego* (Innocentio X. Pontifici scripserat Wilhelmus Elector & Comes Palatinus) *libentius atque impensius facere obligor, quia per argumenta & rationes, tum ex aliorum, tum ex hujus etiam Eminentissimi Doctoris fundatissimis libris depromptas, ad Ecclesiam suam Catholicam & Apostolicam, singulari gratia & beneficio misericors Deus paterne me revocavit*: quem etiam auditum fuisse dicere, *quod non sibi tantum, sed & infinitis aliis vir ille doctissimus facem prætulerit*, scribit Philippus Vuilhelmus Comes Palatinus ejus filius, aliâ in Epistolâ posterius ad Alexandrum VII. ob eamdem caussam scriptâ (b). *Movet me singularius* (ita ad Clementem XI. Carolus Stanislaus Dux & Princeps Radzivilius supremus magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius (c) *æterna erga religiosissimum virum hunc Domus meæ obligatio, quæ non paucis retro annis in Prædecessoribus meis Calvini erroribus addicta, ex illius doctissimis Controversiarum voluminibus accepto lumine, Catholicam agnovit, suscepitque veritatem*; cui concinens Joannes Dux Radzivilius Sacri Romani Imperii Princeps Palatinus Novogrodensis, *Seminavit* [& ipse ad Clementem XI. scripserat (d)] *inimicus homo in Palatinatus mei territoriis trium sectarum millena zizania; apposita interim falx in polemico religiosissimi Cardinalis stylo ad demetenda lolia, copiosam animarum messem attulit Ecclesiæ: involvit suis tenebris error Calvini antecessores meos, meamque consortem, paucos ante annos Deo, & Orthodoxæ Religioni reconciliatam; admotum nihilominus salutare zeli lumen in zelosissimi Bellarmini volumine dissipavit tenebras, lucemque dedit veritatis.*

41. Redeundum tamen mihi est ad eos ipsos alienæ religionis homines, ac magistros, qui licet suarum partium defensores pervicacissimi, pestifera potius lue confici, quam illam optimam

 sibi

(a) *Epist.4. inter editas jussu Clementis XI.*
(b) *Ep.10. inter easdem editas jussu Clementis XI.*
(c) *Anno 1713. epist.24. inter prædictas.*
(d) *Eodem anno epist.36. ibid.*

fensio testium, quemcumque solemnis eorum examinis defectum suppleret.

28. Inter eos tamen, qui rerum a Bellarmino gestarum, vel plura, & ex professo, vel pauca quædam, & occasione datâ, litteris consignarunt, si eorum hominum, qui alienis in castris, ac orthodoxæ religioni adversis consistentes, contra eum veluti exitiosissimum hostem impotentissimis pugnarunt conatibus, testimonia aliquando, aut etiam sæpius adduxero; & quidem *de iis ipsis rebus*, quibus famam ejus vel minuere, vel fœdare penitus, ac proscindere adnitebantur; certissima illa futura erunt adstruendæ veritati: Si ejusdem præterea Sectæ Scriptores alios compellabo, velut idoneos eorum testes, quæ in illius laudem ingenue, ac palam ipsi ediderunt, (*tantæ* nimirum *admirationi etiam apud inimicos suos fuit veritas*, ut Chrysostomi (a) verbis utar) optime facturum me non dubito; quoniam non amori, sed veritati tribuenda laus est, quæ & homini impenditur, eorum Sectæ infensissimo (b), & ab hominibus, vel inexorabili in eum odio furentibus, vel nullo certe, præterquam clarissimæ virtutis ad eum amandum lenocinio allectis: Quo spectat vulgatum illud Hieronymi, verum esse testimonium, quod ex inimici ore profertur.

29. Sicuti neminem fore opinor, qui me reprehendat, si non raro historiam, sive relationem, quam Bellarminus ipse contexuit vitæ suæ, ejus item epistolas libellos, aliave scripta usurpavero, non solum, ut eum ita dixisse, scripsisseque indigitem; sed ut accedentibus aliis vel documentis, vel testibus evincam factum ab eo esse, quod fecisse ipse scribit: bonum enim saltem, ac pium Cardinalem fuisse apud omnes in confesso est. Propterea vix ac ne vix quidem credi potest, eum aut falli potuisse in recensione earum rerum, quæ ab eo gestæ, sibique perspectissimæ erant, aut mentiri & fallere voluisse cum tanto honestatis, & veritatis dispendio, suique nominis, ac dignitatis injuria (c); præsertim, quum mendacia omnia, quibus commentariolum vitæ suæ conspersisset, sicuti nihil gloriæ, nihil existimationis apud homines additura illi fuissent, ita nulli ejus vel minimo cessissent bono ac emolumento, immo turpissimo ejus probro fere certissimo: nec enim inter

(a) *Homil.28. alias 27. in Joannem.*

(b) *Ut vere dixerat Cardinalis Pallavicinus in elogio Melchioris Cani, quod exstat inter alia plura elogia, præfixa ejus operi de locis Theologicis.*

(c) *Quibus in circumstantiis plurimum valere ad probationem relationes Servorum Dei de se ipsis tradit Sanctitas Sua de Canoniz. lib.3. cap.10. sub num.11.*

inter ea, quæ ipse egit, vel ipsi contigerunt, ullam mentionem habet de visionibus, de revelationibus, de cælestibus donis, aliisve animi, & conscientiæ suæ arcanis, nulli hominum cognitis; sed de rebus exterioribus, ordine temporum succedentibus, quæ plerumque sine multis testibus spectantibus, & audientibus evenire haud potuissent, ideoque facilem mendacii alicujus, & falsitatis narrationi insertæ detectorem fuissent habituræ: Libellos autem, epistolas, aliasve scriptiones non eo vulgavit ipse consilio, ut proprias res gestas litteris consignaret; sed ut exprimeret id, quod occasio loci, & temporis, aut officii alicujus ratio postulare videbantur, quodque propterea omni prorsus vacat laudis alicujus, vel gloriolæ inde aucupandæ suspicione.

30. De testibus vero, solemni judiciorum formulâ interrogatis, qui idoneam proferant scientiæ caussam, nihil dubitandum est, quin vel integram atque perfectam probationem efficiant in iis facti articulis, in quibus alii contestes suppetant, vel saltem semiplenam, quotiens aliis careant contestibus: *Nihil etenim prohibet*, uti docet SANCTITAS TUA (a), *quin probatis pluribus actibus charitatis ex. gr. per testes contestes hujus virtutis, probatio hæc non levε adminiculum recipiat ab aliis actibus ad eam pertinentibus, quamvis per testes singulares comprobatis*. Quamvis autem in superius laudatis animadversionibus SANCTITATIS TUÆ nonnullæ contradictiones notentur in testibus, eæque exaggerentur in voto illo, quod circumfertur, Bellarmini Causæ nimium adverso, revera tamen, pro congrua rerum ac temporum distinctione, omnia apprime sibi cohærere, satis demonstrant Postulatores.

31. Non testibus autem, vel privatis aliis documentis comprobata, sed publicis expressa monumentis, omniumque ore celebrata primo loco commemoro plura illa, & grandia Controversiarum volumina, quibus perficiendis Bellarminus continuas, ac diuturnas insumpsit vigilias, sustinuitque incommoda, & labores fere immensos. Cogitans enim, quam necessaria, vel utilis futura esset ad rectam Sacrorum Librorum interpretationem, & Hebraici, & Græci sermonis peritia, illius quidem,

 dum

(a) *De Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.4. num.7. & 8., ubi etiam observat, quod nonnullæ relationes Rotæ Auditorum, quæ plenam probationem virtutum elicere videntur ex testibus etiam singularibus* congrue explicari possunt, ut vindicent sibi locum in hypothesi, in qua testes singulares testimonium reddant de actibus determinatæ virtutis, in cujus tamen probatione non desint testes contestes de aliis actibus deponentes.

dum Lovanii publice jam Theologiam legeret, primis vix, ac tenuissimis rudimentis, aliorum magisterio edoctus, confecit ipse sibi novas, facilioresque ejus linguæ institutiones, quæ typis deinde excusæ sunt; utriusque vero, & Hebraicæ, & Græcæ academicas ibidem cum aliis Sociis exercitationes instituit (a): Græcam enim jam multo ante Sacrorum Studiorum initia, sine magistro didicerat, simulque effecerat, ut *maximo suo labore quotidie disceret, quod alios doceret* (b). Veteres Scriptores & Patres omnes *non indiligenter* solum legit, velut ipse modestissimis innuit verbis in præfatione ad librum de Scriptoribus Ecclesiasticis, sed incredibili plane diligentia; cujus argumento est vel solus, quem nunc commemoravi, liber ab eo editus de Scriptoribus Ecclesiasticis; tum etiam ejus curæ ac diligentiæ adhibendæ caussa in eadem præfatione exposita, scilicet *ut eorum doctrinam diligenter hauriret, tam ut legitima & vera eorum opera a falsis & supposititiis secerneret*. Nec modo veterum, sed recentiorum etiam Theologorum, aliorumque Authorum scripta, qui ante eum floruissent, sedulo perspexit, uti patet vel leviter inspicienti, aut excurrenti Controversiarum volumina (c). Quantum

(a) *Bellarminus in relat. vitæ suæ Sum. pag.123.* -- Eo tempore cogitans N. linguam Hebraicam valde utilem esse ad intelligentiam Sacræ Scripturæ, applicuit animum ad eam linguam discendam, & quum didicisset Alphabetum ab aliquo perito illius linguæ, & aliqua rudimenta Grammaticæ, confecit ipse sibi Grammaticam Hebraicam faciliori methodo, quam Rabini soleant, & brevi tempore didicit linguam Hebraicam, quantum Theologo satis esse videtur, & instituit Academiam, in qua cum aliquot aliis sociis exerceret studium linguæ Hebraicæ & Græcæ --; *Et in appendic. ad relat. vitæ suæ Sum. pag.130.* -- Qua necessitate cogente (*docendi nempe*, quæ non didicerat) per se didicit litteras Græcas & Hebraicas.

(b) *Ut narrat ipse in eadem relat. Summ. pag.121. & in appendic. pag.130. ibi* .. Ad profectum studiorum multum sibi profuisse sensit necessitatem docendi, quæ non didicerat, & donum facilitatis, quod a Deo habuit ad omnia capienda & explicanda; nam coactus est docere litteras Græcas, & præcepta Rethoricæ, & Scholasticam Theologiam, & in ipsa prima adolescentia concionari in Templis, & exhortationes habere ad Fratres, qua necessitate cogente, per se didicit litteras Græcas & Hebraicas, & legit fere omnes Patres, & Historias, & multos Scholasticos Doctores, & Concilia, vel eorum Summam; ut etiam totum fere Corpus Canonicum; neque multum laboravit in intelligendis, quæ legebat, cum præsertim in variis Collegiis habitaverit, ubi non habebat, quos consuleret.

(c) *De hac veterum ac recentiorum lectione, præter ea, quæ Bellarminus scribit in append. vitæ suæ superius cit. extat accusatio Davidis Paræi in Bellarmi-*

tum vero & solertiæ, & operæ impendit, legendis hæreticorum ac novatorum libris, perscrutandis, detegendisque eorum cavillis & sophismatibus? In hac porro fœdissimarum hæresum volutatione non poterat maximâ non affici molestiâ tædioque (a); laboris præterea supra fidem patiens, idem illud Controversiarum opus, totum atque integrum, quemadmodum & reliquas ejus scriptiones & opera, quantum rescire possumus, unus inchoavit, absolvit, propriâque manu exaravit absque ullis prorsus alterius cujuscumque, ac ne amanuensis quidem adjumentis (b). Ac denique non potuit non tolerantissime ferre ceterum quodcumque difficultatum & curarum onus, quales tantæ molis, Controversiarum videlicet magnitudini, rerum tractandarum ponderi ac dignitati, infinitæ propemodum veterum Patrum, atque antecedentium Scriptorum lectioni, eorumque frequentissimo usui pares esse poterant, ipsiusque operis pretio respondere.

32. Pretium autem operis quale fuerit, Nos omnes scimus, ac prius norunt sapientissimi viri, iidemque justissimi rerum æstimatores; S. Franciscus Salesius, magni Doctoris nomine eum appellans; Ven. Cardinalis Baronius, Controversiarum libros Da-

 vidi-

larminum Castig. Bell. tom.4. -- Patrum (*inquit*) authoritates tanta coacervatione accumulavit, ut quandoque integros libros illis repleat --: *de hac pariter lectione alter e novatoribus Guglielmus Vvitakerus epist. ad Cæcil. in prim. Controv. de verb. Dei* -- Cumque legisset (*Bellarminus*), quos hactenus libros quispiam de his causis scripserit &c., *& in præfat. ad lib. de verbo Dei contra Bellarminum* -- nunc edito Bellarmino, melius & certius cognoscemus, quid illi in quaque causa teneant, quibus potissimum argumentis nitantur -- *Franciscus item Junius tribuit Bellarmino* diligentiam suæ Collectæ, & cinnos laboriosissimos ex Pontificiorum omnium sententiis comportatis, *ut refert Marcell. Cervin. in adumbrat. Imag. virtutum Servi Dei, edita anno 1622. fol.78.*

(a) *De Bellarmino S. Franciscum Salesium hæc dixisse* -- Miror autem magni hujus Doctoris obedientiam, qui nullas vitæ delicias se nosse vere potest dicere. Quos enim labores non sustulit in revolvendis hæresum sordibus? -- *refert Carolus Augustus Salesius nepos in ejus vita relatus in Sum. addit. num.13. litt. B. pag.111. Hinc Bellarminus ipse Jacobo Gretsero Soc. Jesu epist.54.* -- Agnosco (*scribit*) tædium summum Reverentiæ tuæ fuisse devorandum in hæreticorum ineptiis refutandis: nam & ego in nugis Kemnicianis refellendis, aliquando usque ad impatientiam fatigabar.

(b) *Uti nobis tradidere Card. Desiderius Scaglia in ejus testimonio Sum. pag.93. ubi quod a Deo donatus fuit* -- d'una complessione tanto indefessa nelle fatiche delli Studj, che ha potuto di propria mano scrivere, e rescrivere tutte le opere sue -- *& P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.99. qui præ manibus habuit exemplaria, P. Benedictus Justinianus T.III. ibid. pag.112. Et habetur etiam in veteri Menologio Soc. Jesu die 17. Septembris.*

vindicæ comparans turri, ex qua mille pendent clypei, omnisque armatura fortium; Cardinalis itidem Peronius, eos pluris æstimans, quam aliud quodcumque opus, in Ecclesia Dei editum ab annis mille; aliique plures S. R. E. Cardinales, in honorificentissimis præsertim testificationibus in Summario collectis, in quarum altera Cardinalis Bandinus insigne illud memorat de Bellarmino elogium, a Clemente VIII. habitum publico in Cardinalium Conventu: *Hunc eligimus, quia non habet parem Ecclesia Dei quoad doctrinam; & quia est nepos optimi Pontificis Marcelli II.* (a). Neque tacendus hoc loco est Cardinalis Brancatius, principio a me jam nominatus, veluti magnæ doctrinæ & authoritatis vir, ac speciatim de Bellarmini operibus ab Sacrorum Rituum Congregatione sententiam suam dicere rogatus (b): Eam namque dixit nominatim de Controversiis, quæ & commendationum omnium ab præstantissimis viris editarum compendium, & summam sui ipsius iis omnibus consensionem præbet (c). Tu vero, Beatissime Pater, non tam laudatorem, quam vindicem te egisti Bellarminiani operis, de quo verba facimus (d).

33. Immensam fere orationem susciperem, recensendis aliorum illustrium virorum elogiis de Controversiarum opere. Ipsi Catholicæ fidei hostes, quanto illud habuerint in pretio, satis significarunt, dum inter ceteros, qui e remotissimis partibus Romam adventabant; ii quoque non prius ab Urbe discedere solerent, quam illum invisissent: *Revertentibus enim ex Italia* [Scribit Thomas Stapletonius celeberrimus ejus temporis Theologus] *familiares in Anglia quæstiones habentur, si viderit Romam & Papam, si Bellarminum, de vita ejus & habitu corporis* (e); dum vel Bellarministarum nomine Papistas, ac vicissim

(a) *In Sum. num.28. §.3. pag.81.*

(b) *Inter vota Consultorum pag.1.*

(c) *Ibidem pag.2.*

(d) *In laudatis animadvers. §.48. & seqq.. ubi ingenue fatetur, ostenditque Sanctitas Sua, nihil detractum fuisse aut operis merito, aut famæ, existimationique authoris, neque ex accusatione ad Sac. Indicis Congregationem delata, neque ex accusationis caussa, nempe* -- Propter inventam in libris suis propositionem, negantem Papam esse Dominum directum totius mundi ..; *neque demum ex censura seu opinione Cardinalis Peronii, aliorumque illud notantium in Controversiarum Libris, quod plerumque in illis vehementius, ac validius instruantur, quam refellantur adversariorum argumenta.*

(e) *Cujus verba referuntur in Sum. add. pag.49.*

sim donare consueverant (*a*); vel commenti sunt, *cum illius authoritas, tamquam hominis insigniter docti, in fidei catholicæ confirmationem objiceretur . . . . illum præ metu se fingere Papistam, animo autem esse protestantem* (*b*); ejusque libros non unius Bellarmini fœtum esse, sed plurium operas in unum collatas (*c*); vel etiam expressis; iisque non vulgaribus extulerunt laudibus (*d*), quas tamen ego sentio in ejus Operis commendationem minus valere, quam ipsas Adversariorum querelas, convicia, blaterationesque.

34. Vehementer dolebant Theodorus Beza, Franciscus Junius, David Paræus, aliique hujus generis homines permulti (*e*), quod Bellarmini Controversiæ per omnium manus spargerentur, quod a veritate scripturæ, pietateque averterent, multosque parum cautos in errorem ducerent; quodque doctores Evangelici [ut ajebant] in summa ignavia & otio torpentes haud resisterent conatibus istius Goliathi. Ad confutandas præterea unius Bellarmini Controversias erecta sunt, operâ Davidis Paræi & Amandii, duo Collegia Antibellarminiana (*f*), novaque item in Anglia Cathedræ institutio facta est (*g*): Alii vero e Protestantium ac novatorum grege impudentissime debacchati sunt in vitam, famam, moresque ejus; hominem veteratorem, impium, fœdissimis quibusque vitiis inquinatum, turpissimoque tandem suppli-

cio

(a) *Teste Petro Cottonio in epist.18. Januarii 1613., quam recitat Bartoli lib.1. cap.13. vitæ Bellarmini.*

(b) *Thomas Stapletonius loco supra cit.*

(c) *Inter quos Lambertus Danæus in censura prioris Libri de verbo Dei* -- etsi (*ait*) plures hoc scriptum compilarunt, solus tamen Bellarminus magna cum ambitione totam ipsius libri & operis invidiam in se derivavit.

(d) *Veluti Guglielmus Vvitakerus, Franciscus Junius, & Lambertus Danæus apud Marcell. Cervin. in adumbrat. imag. fol.78. & Petrasancta lib.2. cap.6. Bayle in Diction. historic. & critic. ed.2. an.1702. in Bellarmin. pag.538. ubi* -- Il est sot, qu'il n'ya point de Jesuite, qui ait fait plus d'honneur, que lui a son Ordre, & qu'il n'ya point d'auteur, qui ait soutenu mieux, que lui la caufe de l'Eglise Romaine en general, & cette du Pape en particulier. Les protestans l'ont bien reconnu.

(e) *Quorum testimonia refert Bartoli lib.1. cap.13. vitæ Bellarm.*

(f) *De quibus fuse apud Bartoli lib.1. cap.12. pag.85.*

(g) *Ut narrat Bartoli ibid., & consonant testimonia P. Virgilii Cepari T.XII., ex Rom. Apost. in Sum. num.11. pag.22. §.5. & pag.23. & habetur etiam in Biblioth. Scriptorum Soc. Jes.*

ciò misere confectum delirantes (*a*): quamquam fabulosæ istæ criminationes & imposturæ omnino improbarentur ab nonnullis ejusdem sectæ viris magis ingenuis (*b*).

35. Ut autem vere dixerat SANCTITAS TUA (*c*): *Sunt istæ hæreticorum fabulæ, quæque de hoc eximio Cardinali vulgatæ sunt, ex quo hæreticos scriptis insectatus est, & illorum malleus jure merito dici valet*: Quorsum enim impotentes isti Adversariorum conatus? Quorsum tam maligni sermones, & amarulentæ eorum querelæ? Quorsum denique Bellarminum unum, sive unius Bellarmini doctrinam, velut agmine facto omni ex parte aggredi, & impetere, nisi callidissimi homines optime novissent (*d*), Controversiarum opus, quemadmodum Baronius ajebat, Dæ-

(a) *Vid. Casaubonum maximæ apud novatores authoritatis relatum a Popeblunt in censura celebriorum authorum, ac de Bellarmino scribentem quod ei* — Norma veri sit non Sacra Scriptura, sed libido Papæ, quem ut Deum in terris constituit, & qui quam scelestè, & quam sæpe mentitur --, *Scaligerum apud eundem Popeblunt ajentem* -- Bellarminus nihil eorum credit, quæ scribit; plane est atheus — *Hæc & alia, quæ Rex Angliæ Jacobus I. in sua apologia sub tit.* -- Triplici nodo triplex cuneus -- *contra Bellarminum uti falsarium ac pendentem ex arbitrio Papæ evomuit; quæque in turpi quodam libello de vita & morte Bellarmini conficta sunt, fusiori narratione describit Gretserus tom.11. opusc.20. pag.912. & Bellarminus ipse commemorat lib.1. epist.1. ad Jacobum Angliæ Regem, in qua eum monet, ne ex putidis ejusmodi mendaciis, in ejus Regno evulgatis, fraudem fieri permittat. De his hæreticorum fabulis plura quoque notantur in animadvers. Sanctitatis Tuæ §.71.*

(b) Civis enim, quidam Hamburgensis, *uti refert Marcel. Cervin. relatus in Sum. add. pag.50.* notæ Calvinistæ, ad amicum suum scribens de quodam libello, in quo Anonymus Scriptor Bellarmini famam maxime carpebat, inter cetera ait, crimina in Bellarminum conjecta, pro mendaciis merito a Sapientibus, quoscumque adierint, reputari, nec consideratione digna censeri.... Addit igitur Hamburgensis, illud tantum existimasse dolendum, quod tales cartas alienæ famæ prædatrices impune cudere & recudere liceret. Michael Coletus etiam præcipuus Lutheranæ professionis Gedani propugnator, cognito, quod fabula ista Gedani recusa esset, in concione edixit, mendaces has criminationes in eum virum cadere non posse, quem eruditio, & doctrina tot libris comprobata aliter vitam instituisse convincebat. *Ac præterea* -- sat erit legere dictionarium historicum & criticum D. Bayle authoris heterodoxi: qui in vita Cardinalis Bellarmini, Scaligeri temeritatem redarguit, & cetera omnia supra narrata pro viribus asserit calumniosa & falsa --, *ut adnotatum fuit in animadvers. Sanctitatis suæ §. 71.*

(c) *In animadvers. hujus Causæ §.71.*

(d) *Prout revera novisse, testis est Card. Robertus Ubaldini, proprio, dum in Gallia legatum ageret Apostolicæ Sedis, experimento edoctus, ut in Sum.num.28. §. 1. pag. 88. Idipsum notaverat Cardinalis Brancatius, in ejus voto super versione*

Davidicam illam Turrim esse, ex qua mille penderent clypei, omnisque armatura fortium, ad firmissimam Catholicorum dogmatum tuitionem, eversionemque erroris?

36. Et sane, quod Bellarmini Opus plurimum, ac plurimum valuerit ad errorum caliginem dispellendam, ac permultos ad Catholicam Fidem traducendos, in eaque solidissime confirmandos, magis nota & perspicua res est, quam quæ multâ indigeat demonstratione. Nam quod ex Controversiarum lectione ingens hominum heterodoxorum numerus Fidei veritatem agnoverit, susceperit, firmiterque retinuerit, cumulatissime nobis edisserunt, & Scriptores vitæ Bellarmini & testes; a quibus equidem scimus non paucos extitisse, qui ex remotissimis locis in Urbem convenientes, de Bellarmino statim interrogabant, eum quærebant, adibantque; cumque ejus conspectui se sisterent, sive antea, sive postea quam Cardinalis esset, humi statim procidebant, neque cessabant uni ipsi Bellarmino, suisque Controversiarum Operibus acceptam referre interioris collustrationis gratiam, qua eruti essent a tenebris (a).

38. Vir

sione Operum inquiens -- Immo cum adeo ab hæreticis oppugnata conspiciatur; eademmet de causa satis probata prospicitur; & postremo, ut ceteros prætermittam, illam exagitavit Guillelmus Amesius, qui in conjurationem ascivit eos omnes, qui ante ipsum illam oppugnarunt, tam cives suos, quam exteros, quos enumerat Vitus Erbemannus: in controversia illa præsertim, quam doctissime tractaverat de authoritate Romani Pontificis, cujus inimicos se profitentur nuperi præsertim Heterodoxi, Scriptoris gloria, solidaque doctrina magis adeo magis enituere.

(a) *Ut testatur Joseph Avignanesius nobilis Politianus, ac postea familiaris Servi Dei T. III. in proc. Ap. Polit. Sum. num. 5. pag. 4. -- qui speciatim refert de quodam ultramontano* -- Mi domandò che cosa io andavo a fare a Roma, e dicendogli io che andavo a trovar il P. Bellarmino, lui mi rispose con grand' ammirazione --, & tu vides, & alloqueris Bellarminum? -- *cumque ex condicto uterque ad Collegium Romanum venisset* -- Quando questo gentil'Uomo vedde il P. Bellarmino, si buttò inginocchioni, & in quel modo andò a trovare il P., & avendoli abbracciato le ginocchia appena il P. lo potette far levare in piedi: dicendogli l' oltramontano in latino; che se a Dio fosse piaciuto dare il Paradiso all' anima sua, lo riconosceva particolarmente dalla lezzione delli scritti di lui. E l' istesso intervenne di alcuni altri, che non mi ricordo di quanti, l' Anno Santo 1600.; che quando entravano nella prima stanza del Cardinale s'inginocchiavano, e caminavano inginocchioni a trovarlo -- *Item T. I. ex proc. Rom. Apost. Sum. pag. 22. §. 4.* -- Un tale (*ait*) cognominato Dereccot nobile Inglese sei anni sono in circa, o sette, mi disse esser venuto in Roma per veder due cose segnalate, l' una delle quali era il detto Servo di Dio Cardinale Bellarmino, & a quest' effetto pregò me Testimonio, che io lo introducessi ad esso Servo di Dio come feci, e ne restò consolatissimo -- *Plura de his Bartoli lib. 2. cap. 13. pag. 86. & 87. ubi refert dicta aliorum*

Te-

37. Vir gravissimus ac juris scientiâ notissimus Farinaccius, & in Urbe semper versatus, hæc de vivente adhuc Bellarmino effatur (*a*) : *Sidus illud ego loquor Ecclesiæ clarissimum, & hæreticorum formidolosissimum fulmen, Robertum Bellarminum Cardinalem Illustrissimum, illum sapientem, omnium, qui fuerunt unquam, aut in præsentia sunt, spectatissimum coryphæum, illum probatissimum, innocentissimum, integerrimum virum, cujus non modo scriptorum aculeis, sed commemoratione solum, ac sanctimoniæ famâ perculsi Christianæ religionis hostes, & Ecclesiæ perduelles sæpe subsistunt admirabundi, sæpe vincuntur, sæpissime revocantur in castra, & resipiscunt*. Cardinalis Dietrichstain de Bellarmino, ejusque Operibus testatus est (*b*), *In Germania magni æstimari scio, & ipsum Bellarminum & Controversiarum libros non tantum a Catholicis .... sed & ab hæreticis, quorum plures librorum ejus lectione conversi sunt*. Bavariæ Dux præ gaudio exultans, *O si scires*, ad Bellarminum scripserat, *quot filios Domino peperisti* (*c*)!

38. Fre-

Testium, præsertim Bandini de Noris quondam familiaris S. D. ajentis -- Tutti li Signori Oltramontani, in particolare che venivano a Roma, tutti lo venivano a visitare con molta divozione & osservanza -- *Petri Guidotti Magistri Domus* -- So che ha convertito molti Eretici, e ne ho conosciuti molti venuti a posta a Roma per vederlo, e per parlare con lui -- & *P. Virgilii Cepari* -- Io so esser venuti alla porta del Collegio Romano nobili Oltramontani con Notajo a farsi la fede d' aver visto il P. Bellarmino, ed avergli parlato.

(a) *Lib. de hæresi in epist. nuncupatoria*.

(b) *In Sum. num. 28. pag. 83. §. 3.*

(c) *Uti perhibent P. Virgilius Cepari T. XII. ex proc. Apost. Rom. Sum. pag. 22. §. 5. P. Bartoli vitæ Bellarm. lib. 2. cap. 13. Vide inter postulatorias epistolas illam Capituli Ecclesiæ Cathedralis Augustæ Vindelicorum anno* 1712. *pag.* 21. §. 40. *ubi quod Bellarmini opera* -- In hunc usque diem fructum maximum procuraverint, & per Dei gratiam etiam nunc plurimis ex eisdem ad fidem Catholicam conversis procurent; ipsique Catholici agnoscant, libros Bellarmini fortissimum antidotum esse ad resistendum, & infringendum omnes eorumdem virulentos conatus --; & *alteram Archiepiscopi & Electoris Coloniensis an.* 1713. *pag.* 23. §. 43. *ubi quod* -- referente Antonio Albergato Vigiliarum antistite, S. Sedis Apostolicæ ad Tractum Rheni Nuntio, integræ Lutheranorum, atque Calvinistarum cohortes, una cum primariis sectæ suæ Ministris, solidissimâ Bellarmini doctrinâ, & irreprehensibili ejusdem conversatione convictis, coram præfato Nuntio perversa Lutheri & Calvini dogmata Coloniæ solemniter ejurarint; cujus, & tot aliarum conversionum alterum testem mihi conjunctissimum ante Sanctitatis Vestræ thronum produco Guillelmum utriusque Bavariæ Ducem Serenissimum, gloriosæ mem. abavum meum, qui non solum litteris ad eumdem Eminentissimum Card. Bellarminum propria manu suæ conscriptis id ipsum luculen-

38. Frequentissimæ de magno Controversiarum emolumento ad ipsum fuere sive Religiosorum, sive Præsulum, aliorumque gratulatoriæ epistolæ (a). Earum satis præclaræ sunt complures, datæ ab iis ipsis falsorum dogmatum sectatoribus, qui non ex rudi & incondita turba, sed genere, doctrina, muneribus spectatissimi, salutarem agnitæ veritatis fructum uni Controversiarum lectioni acceptum tulerunt, earumque authori velut parenti, magistro, ac liberatori optimo dulcissimas rependunt grates: Audiendus ex illis est Jacobus Vadesvortus: *Quantum*, inquit, *me video viris illis ex animo debere, quorum præsente adjutorio, ad Ecclesiam volutus, tanta & tam horribilia pericula ex Dei gratia evaserim. Quorum in numero primario, quum ad hæc usus fuerim, & adjutus vestræ Illustrissimæ Dominationis doctissimis scriptis disputationibus, non potui quin eo nomine & Deo, & vobis gratias agerem* (b). Audiendus pariter Michael Mencellus (c), natus, ut

D ipse

---

culenter asseruit; sed florentem suo tempore Bavariæ statum, celeberrimi ejusdem viri, aliorumque Societatis Sacerdotum indefessis laboribus pro Deo, & animarum salute susceptis acceptum tulit, & ad ampliorem fructum in rudiorum quoque hominum animis procurandum, diversa Bellarmini Opera latina ipsemet in idioma Germanicum transtulit -- . *Tridentinus item Episcopus epist. XIII.* -- His itaque suæ eruditionis, & doctrinæ positis fundamentis, Romam evocatus, suas de fidei controversiis quæstiones summà omnium admiratione conscripsit, quarum luce, & virtute, tot tantosque novitatum Germanicarum composuit motus, ut doctissimi quique, rejectis errorum commentis, rationum hujus soliditate, & pondere convicti, Catholicam Religionem sint amplexi, ea sane spe, quod Cælitum honores dicto Cardinali Bellarmino diplomate Apostolico constituti momentum additurí sint non modicum, quo plures in diem tanti viri Doctrinà, & Sanctitate permoti, ad fidem veram, quam dereliquerunt, novatorum fraudibus obtenebrati, revertantur. Hujus viri proinde operà hæc Tridentina Diœcesis ab hæretica contagione sic præservata, etiam morum emendatione fuit correcta ex Evangelico munere per eumdem in Patavina, huic Urbi viciná, maximà sui commendatione, parique aliorum profectu ad honorem Dei sæpissime executo -- *De hoc controversiarum fructu pro suis quæque locis testantur. pariter epistolæ vicesima quinta Episcopi Sedunensis* §. 54. *tricesima prima Abbatis Fuldensis* §. 64. *tricesima quarta Episcopi Varmiensis* §. 72.

(a) *De quibus P. Bartoli loc. cit.* -- Havvi poi fasci di lettere, altre di Religiosi, altre di Vescovi, parte d'Europa, singolarmente della Germania, nelle quali si ridicono al Bellarmino, e prima, e dappoi che fu Cardinale, i frutti delle sue Controversie, ch'erano le conversioni d'ogni maniera di Eretici, che là continuamente operavano; e gliene predicono il gran premio della gloria, che per esse l'aspettava il Cielo.

(b) *In Epistola 18. Decembris 1605. relata in Sum. add. num.6. pag.46. lit.D.*

(c) *In Epistola anni 1618. relata in eod. Sum. add. num.6. pag.46.*

ipse scribit, ex nobili sanguine, educatus, eruditus industriâ Calvinianorum, dignitate quoque non unâ apud illos auctus: *Unum*, inquit, *fere Bellarminum audiebam ubicumque esse gentium, in quem omnes, quantum a mutuis contentionibus vacaret, stylum acuerent . . . Quo circa & illum mihi penitus evolvendum ut sumpsi præ manibus, ita manus victas illi dare coactus sum . . . qui . . . uno stylo suo omnes Ecclesiæ Catholicæ perduelles jugulat & conficit . . . en etiam gratum animum, quocumque hoc succidenti indicio testari possum erga illum, cui secundum Deum hoc debeo potissimum, quod in Catholicorum sensu totus sim ex præscripto Ecclesiæ Romanæ*.

39. Sed præ ceteris digna est, quam aliquâ ex parte recitem, fusior Epistola Justi Calvini, qui Bellarminum non minus ex animo, quam eleganter ita compellat (a) *Tu vero ille es, Roberte Bellarmine Cardinalis Illustrissime, quem colit & veneratur anima mea, quem diligit, & expectat cor meum. Tu es, qui animam vindicasti a morte, & plusquam cimmeriis tenebris obrutam divinæ veritatis fulgore secundum Deum collustrasti. Tibi vota faciam, tuumque immortale nomen perpetuis laudibus celebrabo*. Eum orat, ut sibi auscultet enarranti fructus laborum suorum, *Ego sum magnus debitor tuus; si gratiam inveni in oculis tuis, præbe aures tuas, percipe magnalia Dei, audi excellentissimos fructus laborum tuorum*. Perbelle deinde eum comparat medico, saluberrima ægris pharmaca propinanti, *Ecce sedebas quondam, & medicinam parabas ægris . . . mihi quid accidit ægrorum infirmissimo? Propinatur eadem librorum tuorum medicina: Rideo, ut assuetus eram, & tamen periculi faciendi caussa admitto eam, lectionemque imbibo. Hic, quod ægris quibusdam accidere solet, pharmacum primo commovet animum, ac resultum quærit. Postmodum aliquamdiu retentum, occulta virtute, interius cum morbo conflictu habito, sudorem toto corpore excitat. Quod ubi sensi, tum demum gravissimâ me lue infectum, totâque curâ ad frequentandum antidotum animadverti. Eoque facto, majores in dies vires colligere, & tandem, benedicente Domino, integram sanitatem recuperare cœpi, ut nunc quidem nihil amplius in votis habeam, quam primo quoque die, abjectis pristinis errorum exuviis, valetudinarium hæreticorum relinquere, & in arce Ecclesiæ Dei cum Catho-*

(a) *Relata in eodem Sum. add. num.6. pag.47.*

Catholicis sincero corde ac fide ambulare. En operum tuorum saluberrimam in me medicinam Bellarmine? En quanto me malo eripueris, quantoque bono bearis? . . . O nunquam satis commemoranda beneficentia tua! Superat ista magnitudo omnes thesauros Mundi.

40. Ut alios taceam, in postulatoriis pro Bellarmini beatificatione Epistolis (*a*) præter rationes alias, ad eam expetendam aliis communes, *Ego* (Innocentio X. Pontifici scripserat Wilhelmus Elector & Comes Palatinus) *libentius atque impensius facere obligor, quia per argumenta & rationes, tum ex aliorum, tum ex hujus etiam Eminentissimi Doctoris fundatissimis libris depromptas, ad Ecclesiam suam Catholicam & Apostolicam, singulari gratia & beneficio misericors Deus paterne me revocavit*: quem etiam auditum fuisse dicere, *quod non sibi tantum, sed & infinitis aliis vir ille doctissimus facem prætulerit*, scribit Philippus Vvilhelmus Comes Palatinus ejus filius, aliâ in Epistolâ posterius ad Alexandrum VII. ob eamdem caussam scriptâ (*b*). *Movet me singularius* (ita ad Clementem XI. Carolus Stanislaus Dux & Princeps Radzivilius supremus magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius (*c*) *æterna erga religiosissimum virum hunc Domus meæ obligatio, quæ non paucis retro annis in Prædecessoribus meis Calvini erroribus addicta, ex illius doctissimis Controversiarum voluminibus accepto lumine, Catholicam agnovit, suscepitque veritatem*; cui concinens Joannes Dux Radzivilius Sacri Romani Imperij Princeps Palatinus Novogrodensis, *Seminavit* [& ipse ad Clementem XI. scripserat (*d*)] *inimicus homo in Palatinatus mei territoriis trium sectarum millena zizania; apposita interim falx in polemico religiosissimi Cardinalis stylo ad demetenda lolia, copiosam animarum messem attulit Ecclesiæ: involvit suis tenebris error Calvini antecessores meos, meamque consortem, paucos ante annos Deo, & Orthodoxæ Religioni reconciliatam; admotum nihilominus salutare zeli lumen in zelosissimi Bellarmini volumine dissipavit tenebras, lucemque dedit veritatis.*

41. Redeundum tamen mihi est ad eos ipsos alienæ religionis homines, ac magistros, qui licet suarum partium defensores pervicacissimi, pestifera potius lue confici, quam illam optimam

 sibi

(a) *Epist.4. inter editas jussu Clementis XI.*
(b) *Ep.10. inter easdem editas jussu Clementis XI.*
(c) *Anno 1713. epist.24. inter prædictas.*
(d) *Eodem anno epist.36. ibid.*

sibi medicinam parare maluerint; quot tamen quantaque ea fuerit salutaris, non modo satis superque prodidere iis ipsis eorum consiliis & conatibus, ut ante jam adnotavi, unius Bellarmini, ejusque doctrinæ profligandæ causâ impensissime adhibitis, sed ex iis præterea, quæ apertius & expressius de uberrimo ipsius doctrinæ fructu testati sunt, dum acerbissimas de eo querimonias effudere. *Theodorus Beza Hæresum Gebennæ inventor, & magister, cum in tomo primo Controversiarum legisset, quæ de auctoritate Summi Pontificis in eo continentur, exclamavit miser: unus hic liber nos humi omnes prosternit* (a). Franciscus Junius Calvinianus minister, *quam multos bone Deus*, conclamabat, *in Germania audivi, & in hoc Belgio; quam multos in Gallia, qui hos pulvillos suis cubitis miseri consutos putant, ut a veritate scripturæ, a religione, a pietate aberrent speciosius! Legitur Bellarminus a multis studiose, & teritur a plurimis, qui aliquid re majus, ut majus mole, præstitum ab ipso arbitrantur. Sunt profecto, sunt multi, qui Bellarmino dicenti, & scribenti credunt, qui folia Sibyllæ altera esse putant, qui denique de scriptis ejus haud secus gloriantur, quam si veritas esset divina ipsa*. Idemque Beza suadendi vim pro fallacia, abjectionem erroris pro apostasia depingit, exprobratque Bellarmino verbis illis, *tanta probabilitate, tanta veri specie, dogmata Pontificia, falsa, impia pleraque incrustat, astruit contraria, vera convellit, strophis illidit, ut parum cautis lectoribus non paucis imposuerit: multis ambitiosis ingeniis ultroneæ apostasiæ caussa, ab Evangelio ad Papatum, a Christo ad Antichristum transeundi occasio fuerit.*

42. En ingens, & copiosissimus fructus, quem adeo multi omnis generis, & conditionis viri ex lectione Controversiarum hauserunt: Neque tamen hunc intra fines hujusmodi cæteroquin amplissimos contineri quisquam dixerit; nam si alii Theologorum, Ecclesiæque pastorum plurimi, quotquot illi vel sub eâdem Bellarmini ætate, vel postero floruerunt tempore, adversus lascivientium hæresum licentiam e suggestu declamarint; si privatis sermonibus, quibus de Religione verba misceri solent, impias obtrectatorum linguas adorti fuerint, compresserintque; si publicis disputationibus, si editione librorum, si novis argumentorum accessionibus, si denique dicendo, scribendove quidquam pro-

(a) *Ex Petrasancta vitæ Bellarm. lib.2. cap.6. pag.114. & Sebastiano Bado, quem citat Card. Brancatius in ejus voto super revisione libr. inter vota Consultorum pag.2.*

profuerint Catholicæ fidei bono & incremento, uti plurimum juvisse, ac profuisse compertissimum est; nonne tam grandium laborum & emolumentorum magnam quoque partem sibi æquissime vindicat Bellarminus, quem Controversiarum ope veluti Ducem, præceptoremque illi omnes habuere? (a) Atque ut unum saltem ejus rei exemplum proferam, & quidem illustre, multa illa hæreticorum millia a Francisco Salesio in Romanæ Ecclesiæ communionem reducta, suavissimis quidem ac fortissimis ejus concionibus salutem suam referre debent; sed & sacris Codicibus, & Bellarmini libris, Controversiis scilicet, quibus sanctus

(a) *Huc spectant, quæ habet Episcopus Sedunensis ep. XXV. inter editas jussu Clementis XI.* -- Sed implorata (*inquit*) & ingressa Jesu Societas omnem hanc Orci propaginem sustulit à Diœcesi, edocta, pro antiqua fidei veritate certare, & vincere ex solidissimis fundamentis Bellarmini, ac tantam hactenus Orthodoxæ salutis sementem omnium ovium mearum animis inserere, ut per Dei singulare donum, in tota Diœcesi, nulla adsit familia Novatorum erroribus imbuta; Beatissime Pater, clarissimum istud est a Societate Jesu per Vallesiam patratum miraculum, ope scribentis, & arma contra hostes suppeditantis dexteræ Bellarmini a Deo impetratum --. *Item, quæ scribit P. Thomas Franciscus Rotarius Præpositus Generalis Clericorum Regularium S. Pauli Bernabitarum epist. LIV. ubi quod* -- Nulla fortasse Religio . . . . quæ Alpes præterito seculo superavit . . . tantum præsidii roboris ad Orthodoxam fidem non modo tuendam, sed dilatandam. ab elucubrationibus Ven. Servi Dei Roberti Cardinalis Bellarmini hauserit, atque perceperit minima mea hæc Congregatio, . . . Si enim ex quo fines excessit Italiæ quantulacumque mea Religio, tum in Barnensi provincia ad Pirenæos usque posita, tum in Bohemiæ Regnis, postremo in tota Sabaudiæ Ditione Gebennam circumquaque diffusa, tot populos Caballicensi Luteranaque peste infectos, Jesu Christo per Evangelium genuit, atque sanavit; si quot annis missi ab Aniciensi, & Thononensi Collegiis Apostolici Viri, huc illuc cursitantes egentes, angustiati, quærentes in montibus, & speluncis terræ filios tenebrarum, ut filios lucis efficiant, non tam debet fructum hunc centuplum Divo Francisco Salesio, Congregationis meæ extra Alpes quodammodo Conditori; sed magna ex parte studiis, & Controversiis sapientissimi hujus Viri, atque Theologi, cujus præceptis & institutis imbuti Religiosi mei illuc addicti missionibus, adeo semper docte sapienterque ceteros imbuerunt, ut ipsos etiam rebelles lumini deteriores ad lumen non modo allexerint, sed adegerint -- *Similia sunt, quæ P. Bernardinius Præpositus Generalis Congreg. Matris Dei epist. LXXIX.* -- Meas, (*inquit*) preces urget ille ardor confirmandæ, dilatandæque fidei Catholicæ, qui primis institutoribus meæ minimæ Congregationis inditus fuit ex ejus libris, in quorum lectione totus erat Ven. Servus Dei Jo. Baptista Cioni primus socius, & particeps laborum in ea instituenda, pro quorum commendatione dicere solitus erat, dignos eos esse, qui aureo charactere imprimerentur, & quorum studium pro fidei Catholicæ zelo primis illis studentibus assidue insinuabat, ut constat ex ejus processibus exhibitis Sacræ Rituum Congregationi.

ctus idem Præsul, nec aliis ad concionandum usus est, ut ipse testatur in Epistola ad Viennensem Archiepiscopum (*a*).

43. Neget propterea, qui velit, eminentem in Bellarmino fidem elucere, nec ejus scripta ad eam demonstrandam satis esse: ego vero existimo, nihil certius, aut præclarius adferri posse, quo pulcherrimum sui conspectum faciant ipsius & fides, & religio, & charitas, & divini honoris zelus. Quum enim insigne virtutis præmium habituri sint illi, qui explicandis, illustrandisque divinis rebus incumbunt *qui elucidant me, vitam æternam habebunt* (*b*): quum splendidissimâ lucis coronâ perpetuo effulsuri sint in firmamento: *Qui docti fuerint, fulgebunt; & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates*: (*c*): quum denique ab Angelico Præceptore edoceamur fidei meritum non minui, sed augeri pervestigatione & studio humanæ rationis, qua res ipsæ, quas credimus, declarentur, confirmenturque (*d*); amplissimus sane & meriti, & præmii cumulus Bellarminum manere debet, qui non aliquo dumtaxat studio, nec humana tantum ratione, sed argumentorum omnium ex altioribus, purioribusque fontibus deductorum acie validissimà tantopere & verbis, & scriptis adlaboravit defendendæ Catholicæ

(a) *Part. 1. lib. 1. edit. Roman. quæ etiam refertur in Sum. add. pag. 43.* -- Nel che (*scribit ibidem S. Franciscus Salesius*) mi servirò di molte considerazioni fatte nello spazio di cinque anni in Chablais, dove ho predidato senza altri libri, che la Bibbia, e quelli del gran Bellarmino.

(b) *Eccles. cap. 24.*

(c) *Quem Danielis locum citat, bisque verbis persequitur Hieronymus epist. 1. lib. 2.* -- Daniel in fine sacratissimæ visionis Justos ait fulgere sicut stellas, & intelligentes, hoc est doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent Justa rusticitas, & docta justitia: Alii stellis, alii cœlo comparantur; quamquam juxta hebraicam veritatem utrumque de eruditis possit intelligi; ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia vas legis & Sanctarum Scripturarum armarium est -- *Hoc eodem recitato Danielis testimonio, Justus Calvinus ad Bellarminum scribens* -- Sed & Dominus miserationum in hac jam vita, constituens se inter Principes populi sui, atque inter columnas Ecclesiæ suæ, hanc tuam fidelitatem insigni laurea coronabit, rependens illud Prophetæ Danielis -- Qui docti fuerint &c. -- *ut in epist. 6., quæ refertur in Sum. add. pag. 48.*

(d) 2. 2. *quæst. 2. artic. 10.* -- Cum enim homo diligit veritatem creditam, & super ea excogitat, & amplectitur, si quas rationes ad hoc invenire potest; & quantum ad hoc ratio humana non excludit meritum fidei; sed est signum majoris meriti.

cæ fidei, conterendis hæresum monstris, erudiendisque fidelibus (*a*).

44. Hoc præcipue nomine magnis in Ecclesia Dei, & ab universa ipsa Ecclesia laudibus extolluntur, Hieronymus, Augustinus, aliique sancti Doctores & Patres (*b*); ac porro extollendos esse, & in ævum celebrandos divina eloquia nobis prænuntiarunt: *Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in sæculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requiretur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit Ecclesia*: quæ, & alia tam magnifica sapientium virorum elogia, vel in sacris litteris expressa, vel ab Ecclesia usurpari solita, non eo spectant, ut levem quamdam, & inanem solius doctrinæ gloriolam tribuant, sed ut dignis prosequantur honoribus fidem, ceterasque virtutes, in sapientiâ, & doctrinâ ipsâ prælucentes: sicuti non unius doctrinæ, sed meriti, sed virtutis spectatissimæ commendationem sumunt ex Patrum libris, scriptisque plures, gravesque viri (*c*); quos inter S. Thomas de Villano-

(a) *Hinc Cardinalis Laurea in ejus Suffragio XIII. pro Bellarmino ait* -- Dicam de Bellarmino: si facta transeuntia a testibus deposita non movent ad credendum ejus virtutes, videte opera; tot volumina Dogmatica pro fide Catholica tanto labore elucubrata, apud vos sunt. Illa 1231. Capitula, contenta in quinque tomis Controversiarum, sunt totidem argumenta, testantia fidem, spem, charitatem ipsius heroicus -- *& Card. Capizucchius in ejus Suffragio XI.* -- Theologales virtutes in Cardinali Bellarmino heroicum gradum tenuisse certum apparet, cum fidem verbis scriptis, & gestis adeo excellentem ostenderit, ut communem etiam piissimorum virorum fidem longe superaverit; doctissimis enim voluminibus a se editis, Sacrosanctæ Fidei Dogmata adversus Hæreticos egregie adeo propugnat, ut ejus doctrina non nisi ab excellenti, & heroica Fide prodire potuerit -- *His respondent, quæ dixit Porphyriensis Episcopus in ejus Suffragio IV.* -- De Bellarmino liceat (*inquit*) mihi pro coronide dicere, quod dixit Joannes XXII. De articulis Divi Thomæ -- Quot articuli, tot miracula; quot Controversiæ, tot miracula -- *Quibus & fidei, & charitatis miraculis tanto, tamque incredibili Ecclesiæ bono honores Ecclesiasticos non solum rependere possumus, sed pene dixerim etiam debemus, ut sapientiam ipsius narrent Populi, & laudes ejus nunciet Ecclesia*. Eccles. cap. 44.

(b) *Id perspicuum est ex Breviarii lectionibus, & ex Pontificum etiam diplomatibus de eorum Canonizatione*.

(c) *Unde in vita S. Augustini prope finem Possidius hæc habet* -- Et in suis quidem scriptis ille Deo acceptus, & carus Sacerdos, quantum lucente veritate videre conceditur, rectæ ac sanæ Fidei, Spei, & Charitatis Catholicæ Ecclesiæ vixisse manifestatur -- *Petrus item Canisius in præfat. ad selectas epistolas S. Hieronymi* -- Loquor autem (*ait*), de Latinis Patribus, uti Cypriano, Hilario, Ambrosio, Augustino: in quorum monumentis Apostolicum quidem Spiritum, & vere piam Doctrinam, doctamque juxta pietatem relucere nul-

lanova, inter se comparans aliud, atque aliud fidei meritum, quod martyris sanguini, ac Augustini libris sit adscribendum, egregie alterum alteri præstare innuit, diversa tamen ratione: illud quidem operis ipsius magnitudine, istud commodo & utilitate. *Quantum* [ait] *obsecro refulsit fide? quantum fide contulit Augustinus? Martyr enim in illo oppido, vel civitate, ubi patiebatur, fidem credentium confirmabat; at Augustinus doctrinâ suâ non in uno oppido, sed in toto orbe defendit. Unde sicuti majoris meriti est defendere vitam sanguine, quam verbo; ita etiam majoris commodi in Orbe, quam in Urbe* (*a*).

45. Quamobrem, quod adversus Bellarminum objici video in animadversionibus SANCTITATIS TUÆ, ex authorum ibidem relatorum sententiâ, haud satis esse ad probandam alicujus Sanctitatem, *si fuerit eximie doctus, vel prudens, vel præter omnes in omni Scientiarum genere peritissimus*; id equidem verissimum est; quum Paulus dicat: *Etsi habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam; etsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum*. Nec enim viris solâ ingenii, vel doctrinæ facultate præditis Divinæ Litteræ pollicentur æterni splendoris, vitæque præmium, sed *qui elucidant me*, sed *qui ad justitiam erudiunt multos*; neque is, qui tantummodo docuerit, sed *qui fecerit simul & docuerit, magnus vocabitur in regno Cælorum*. At non ex sterili, nudâque doctrinâ Bellarmini Sanctitatem probare contendo, sed ex tam multis ejus libris in fidei Catholicæ defensionem editis; ex summis laboribus, vigiliis & curis huic operi dicatis; ex gravissimis incommodis, & molestiis hâc eâdem ex caussâ patientissime toleratis; ex eo denique Charitatis igne, qui eos omnes libros penitus succendit, inflammavitque: cujusmodi scientiam non nisi Sanctorum esse cælestibus præmiis cumulandam recte adnotarunt iidem ipsi autho-
res

---

nullus inficiatur: Sed parem illorum eloquentiam haud pauci desiderarunt — *In oratione pro S. Bonaventura, quæ habetur apud Bollandianos tom.3. Julii pag.829.* Sed quid ulterius exquirimus miracula, quasi vero Basilium Magnum, Hieronymum, Augustinum, nostræ fidei lucida sydera, Thomam Aquinatem, & alios quamplurimos, quos in Ecclesia colimus, ob miracula, non autem ex Doctrinæ divinitate miremur, ac veneremur.

(a) *Concion.1. de S. Augustino, cujus verba relata sunt a Sanctitate Sua lib.3. cap.23. num.3. de Canoniz. Sanctor.*

res in oppositum adducti (*a*), confirmantque gravissimâ illâ Chrysostomi sententiâ; *quia sicut ferrum in ignem missum non est aliud, quam ignis; sic doctrina Pauli igne Charitatis accensa non erat aliud, quam Charitas.*

46. Quanto Charitatis igne Bellarminus æstuaret, & quantum Zelus domus Dei illum comederet pro iis omnibus, quæ ad Catholicæ fidei defensionem scripsit, conjicere possumus vel ex ipsa sola eorum lectione, quæ vix ac ne vix quidem scribi, vel dici potuisse credam, nisi ab eo, cujus cor eadem saperet, quæ linguâ, & scriptis exprimeret. Neque vero poterat ejus scientia in Controversiarum libris expressa, non vehementissimo Charitatis igne flagrare; quum ex iis, quæ superius dicta sunt, probe noverimus, magnum undique incendium excitasse, bonos confirmando, errantes ad rectum veritatis, fideique tramitem reducendo, pertinacibus pudorem ac metum injiciendo: *Si sensero* [ajebat Bernardus] *aperiri mihi sensum, ut intelligam Scripturas, aut sermonem Sapientiæ quasi ebullire ex intimis, aut infusa lumine desuper revelari mysteria, aut certe expandi mihi quasi quoddam largissimum Cœli gremium, & uberiores desursum influere animo meditationum imbres, non ambigo, sponsum adesse. Quod si se pariter infuderit humilis quædam, sed pinguis intimæ aspersionis devotio, ut amor cognitæ veritatis necessarium quoddam odium vanitatis in me generet, & contemtum, ne forte scientia inflet, aut frequentia visitationum extollat me; tunc prorsus paterne agi mecum sentio, & Patrem adesse non dubito* (*b*).

47. At vero Bellarminum, non sine interiore Deo ad ardua quæque aggredienda ipsum extimulante, scripsisse, perfecisseque tot Controversiarum volumina, præstantissimo ulterius, nisi fallor, illud est argumento, quod ipse inter pestiferos, ac fœdissimos tot impiissimarum hæresum afflatus validissima remedia, salutemque aliis præbens, innoxius sibi ipsi, & ab omni earum contagione illibatus permanserit. Nihil enim sordium inter diurnam nocturnamque lectionem pessimorum librorum ipse contraxit, nihilque ab exundantibus hisce aquis putidissimis obrui, aut imminui passus est pristinum Charitatis suæ ardorem, fideique suæ fir-

 mita-

(a) *Nimirum Augustinus de Ancona in Summa de potest. Eccles. quæst.* 15. *dub.* 1. & *Angelus Rocca in tract. de Canoniz. Sanctor. cap.* 30.

(b) *Sermon.* 57. *in Cantic.*

mitatem labefactari. Quæ res, quantum difficultatis haberet, & quantum late distaret ab communi & vulgari hominum pietate, bene noverat S. Franciscus Salesius, se in ejus laudes effundens hâc ipsâ de causâ, quod in tantâ malorum librorum colluvie ac volutatione, adeo bonus perseverasset, ut nihil ita ignoraret, ac malitiam, & nihil minus cognosceret, quam quod scripserat (a).

48. Et zeli & Charitatis ferventissimæ ad illud Controversiarum opus eum sollicitantis voces illæ erant, quibus profitebatur, se in id labores, & operam suam exerere, quod tunc temporis utilius visum esset pro defensione Catholicæ fidei (b); se perpetuum adversus Ecclesiæ hostes bellum indixisse, neque cum iis pacem unquam habere voluisse, *cum ipsi sint vulpes illæ, quæ demoliuntur vineam Domini* (c); ac præ ceteris auro cedroque digna vox illa Bellarmini fuit in libro Recognitionum, *scripsi, Deo teste, quod verum esse existimo* (d), *non gratiam hominum, non propriam utilitatem, sed honorem Dei, & Ecclesiæ commodum respiciens*: cujusmodi confessionem si comparavero cum arduâ sponsione Deo factâ vel a S. Andrea Avellino magis magisque in dies proficiendi in virtutibus, vel a S. Theresia agendi semper, quod melius ac perfectius esse cognovisset; anceps sane quæstio esset, nec ita facile definienda, quænam, illius ne protestatio, an horum promissio majorem de se opinionem ingerat, majoremque virtutis laudem promereatur. Sua tamen utrique laus, suum utrique meritum constet; *Promissioni*, quia referebatur ad id, quod perfectius videretur; *Protestationi*, quia complecteretur id, quod & perfectius, & universæ Dei Ecclesiæ utilius & visum esset, & revera extitisset: *Promissioni* rursus, quia optimam exhiberet voluntatem operis, perpetuo voti nexu devinctam; *Protestationi* vero, quia exhiberet integrum jam opus ipsum. Horret ve-

ro

(a) *Ajebat enim* -- Magnus hic Cardinalis adeo bonus est, ut mali libri, quos ad hæreticorum confutationem legit, nullo modo suis inhærere cogitationibus potuerint; nihil ita ignorat, ut malitiam, & nihil minus cognoscit, quam quod scripsit -- *Teste Carolo Augusto Salesio Nepote, ut in Sum. addit. num.3. litt.B. pag.111. Et meritò; Ut enim tradit S. Thomas 2. 2. q.2. art.10. ad 3.* -- Etiam sapientes majus meritum fidei habent non recedentes a fide propter rationes philosophorum, vel hæreticorum contra fidem inductas.

(b) *Ut passim profitetur in præfationibus ad libros Controversiarum.*

(c) *Epist.124.*

(d) *Paucos etiam dies ante obitum scriptis tradi voluit, se confirmare omnia, quæ antea scripserat in Catholicæ fidei defensionem. Ut in Sum. num.28. pag.97.*

ſo animus, hanc eamdem tam ſeriam proteſtationem, jure jurando confirmatam, atque in publicis libris, ac totius orbis conſpectu evulgatam, in ſuſpicionem vocare, num ſincera & ingenua fuerit.

49. Bellarmini vocibus, ſc. *non gratiam hominum, non propriam utilitatem*, ſed honorem Dei, & Eccleſiæ commodum reſpexiſſe, ex æquo concinunt teſtes plurimi, & Scriptores vitæ ejus, ac etiam ampliſſimi Cardinales; qui omnes coævi, deque ingenio ejus, & moribus optime conſcii, ad unam Dei gloriam, & Eccleſiæ utilitatem omnibus in rebus intendiſſe eum nobis tradidere. Pontifex quoque optimus Clemens VIII., qui & purpurâ eum ornavit, in litteris ad ipſum, dum Archiepiſcopus Capuanus eſſet, amantiſſime ac ſæpius datis, illud ingeminat, ſe certo ſcire, quod ad Dei gloriam, & animarum ſalutem totus inhiaret (*a*). Credamus denique reliquis omnibus, quæ verbo, ſcripto, & opere Bellarminum integro, ac longiſſimo vitæ ſuæ tempore perfeciſſe conſtat, unius divini honoris, & animarum ſalutis cauſsâ.

50. Hæc, nec alia cauſſa erat, ob quam impenſiſſime illud curabat, ne ullus novis, & quoquomodo periculoſis opinionibus pateret aditus, ac ſi quando eas ab aliquo ex Patribus Societatis tradi, vel doceri animadverteret, occurrebat ſtatim, agebatque cum Præpoſito Generali pro iis interdicendis (*b*): *Neapolim miſſus, ut recognoſceret ſcripta Patris Salmeronis, perlegit immenſa volumina prædicti Patris, & quotidie afferebat ad Patrem errata, quæ invenerat, vel in citandis auctoribus, vel in falſis hiſtoriis, vel in opinionibus novis, vel in ſcripturis non recte explicatis, vel in dogmatibus philoſophicis, & Theologicis a veritate abhorrentibus*. Rurſus *circa librum Molinæ de Concordia primo N. admonuit Patrem Generalem, antequam lis ulla exoriretur, eſſe in Molina multas propoſitiones male ſonantes, & ſcripta illi exhibuit. Ea Pater Generalis miſit in Hiſpaniam, & inde ſequuta eſt nova editio P. Molinæ, in qua propoſitiones illas mollire conatur, & dicit, ſe diſputative, non aſſertive loquutum* (*c*). Hæc etiam cauſſa fuit, ob quam Generalis Societa-

 tis

(a) *In epiſt.8. Junii 1602.* -- Gratulamur tibi fili, & Deo gratias agimus, cujus te ſolam gloriam quærere certo ſcimus -- *& altera 3. Maii 1603. ubi* -- quem non terrena commoda, ſed Dei gloriam ubique, & in hoc præſertim genere quærere plane ſcimus -- *in Sum. add. pag.63. & 65.*

(b) *De his plura P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.100.*

(c) *In appendic. ad relat. vitæ ſuæ. Sum. pag.130.*

tis Congregatio habita anno 1593. eum delegerit *pro recognoscenda ratione studiorum*, atque optimas in id regulas ab eo traditas omnes probaverit (a), eamque inter ceteras, quod Societatis Doctores sequantur *in Scholastica Theologia doctrinam S. Thomæ, neque deinceps ad cathedras theologicas promoveantur, nisi qui S. Thomæ bene affecti fuerint; qui vero ejusdem authoris parum studiosi, vel etiam ab eo alieni sunt, a docendi munere repellantur*. Malâ etiam valetudine affectus non omisit, proximo ante postremam ejus ægritudinem tempore, ad Congregationem Indicis convenire, ut in ea de perniciosissimo libro, ab ejus authore publicæ editioni jam destinato, sententiam suam referret (b).

51. Unius divini honoris studio, nec alio ferri poterat ad illud satis arduum, ac periculi plenum Opus, quo exemplum imitatus veterum Episcoporum, Luciferi Calaritani adversus Imperatorem Constantium, Gregorii Nazianzeni, & Cyrilli Alexandrini adversus Julianum Apostatam, fidei ac religionis Causam libere defendendam suscepit adversus Jacobum Magnæ Britanniæ Regem, edito ac pervulgato pro confutandis ejus erroribus peculiari libro; nec defuit pariter, quin modis omnibus eniteretur, ad alios in pristina fidei incolumitate roborandos; adversus impias jussiones, & conatus Regis, nihil ejus potentiam, nihil iram ejus, & odium reformidans, ut vere dicere potuisset, loqui se de testimoniis divinis non in conspectu tantum Regum, sed adversus Reges, & regios libellos; nec quidquam confundi.

52. Supersunt etiam num velut illustre fortissimæ æque, ac flagrantissimæ ejus Charitatis, & Zeli monumentum, exhortatoriæ litteræ *anno 1607. ad Blakuelium Archipresbyterum Angliæ* (c), quibus eum, prius obsequi recusantem cuidam juramenti formulæ ab eodem Jacobo Rege Anglis omnibus propositæ, sed postea carceribus, vinculis, aliisque modis prostratum, fractumque erigere, confirmare, adhortari, vehementerque inflammare conatur, ad pristinum constantiæ robur redintegrandum pro

(a) *Ut ex actis ejusdem Generalis Congregationis. Sum. add. pag.25. §.15.*

(b *Ita refert Cardinalis Verallus. Sum. num.28. pag.75. §.12. ad quod respexisse videtur P. Minutoli in relat. ultimæ infirmitatis Bellarmini ad Card. Farnesium. Sum. add. pag.126. §.3. dum ait* -- In fine alli 28. del medesimo, essendo egli stato per ultimare un negozio assai grave, che li era rimasto nella Congregazione dell'Indice, nel quale ci aveva messa molta diligenza e fatica, se ne ritornò finita la Congregazione malamente a casa, mettendosi poco dopo in letto.

(a) *Epist.52. inter impressas. Summ. addit. num.10. pag.92.*

pro defensione Catholici dogmatis de Primatu Summi Pontificis, quod ne unius quidem, vel alterius verbi contagione esset corrumpendum. Ostendit cum rationibus, tum argumentis pluribus, ex veterum rerum gestarum memoriâ petitis, non ideo juramentum illud licere, quod aliquo modo temperatum offerretur; *hujusmodi modificationes nihil esse aliud, quam Satanæ dolos atque versutias, ut fides Catholica de primatu Sedis Apostolicæ vel aperto, vel obscure petatur, pro qua fide tot inclyti Martyres in ista ipsa Anglia ad sanguinem usque pugnarunt*; *Christi servos, ac præsertim primarios Domini Sacerdotes, ubi periculum fidei subesse posit*, abesse quoque debere *ab omni etiam suspicione simulationis* præstiti juramenti. Id egregie præstitisse insignem illum Eleazarum, *qui neque porcinas carnes comedere, neque simulare comedisse voluit, quamvis gravissima tormenta sibi cerneret imminere*. Præstitisse quoque Basilium, Valentis Imperatoris Præfecto fortiter respondentem, nullo pacto ferendum, *ut de divinis dogmatibus, vel una syllaba corrumpatur*; *sed potius pro eorum defensione omne genus supplicii amplectendum*. Confidere se, ait, *de Domini pietate, & de diuturna sua virtute, fore, ut qui S. Petri, & S. Marcellini easum aliquâ ex parte imitatus videtur, eorumdem fortitudinem in reparandis viribus, & veritate asserenda feliciter imitetur*. Ad mentem revocat, sanctissimos recentiore memoria viros, eosdemque doctissimos *Joannem Roffensem, & Thomam Morum pro hoc uno gravissimo dogmate duces ad martyrium fuisse plurimis aliis cum ingenti Anglicæ nationis gloria*. Orat & obtestatur, ne anteponat *libertatem temporalem libertati gloriæ filiorum Dei*: *neque ob momentaneam, & levem tribulationem fugiendam amittere velit æternum gloriæ pondus, quod operatur in ipso*: Hæc, & alia plura scribit eâ dicendi vi, eoque spiritus ardore, qui magis ex epistolæ lectione perspici, quam exprimi verbis possit.

53. Ita nimirum animo comparatus erat, ut curam & sollicitudinem suam aliquâ ex parte desiderari passus nunquam fuerit, si cubi Dei honor eam postulasset, aliis omnibus cujuscumque generis, & dignitatis consilio suo adjuvandis, adhortandis, monendis, ac libere corripiendis (a).

54. Gra-

(a) *De fraternæ correctionis officio, quod summa cum charitate ac prudentia exercere consueverat, plene Testes relati ex processibus Apostolicis Capuano, & Rom. in Sum. num.* 14. *pag.* 32. 33. 34. & 35.

54. Gratulatur Mariæ Bellarminæ nepti suæ de auspicatissimis ejus nuptiis, sed multa & optima gratulationi adjungit documenta, quomodo illam oporteat virum suum amare, supportare invicem in charitate, ei, quoniam Vir caput sit mulieris, obtemperare, subditamque esse in omnibus, sicut oportet in Domino; & quomodo oratione, obsecratione, divinorum mysteriorum frequentatione, verecundiâ, sobrietate, domusque suæ curâ quietam & tranquillam vitam agat in omni pietate & castitate (*a*). Sanctimonialibus quibusdam civitatis Capuæ recusantibus alias, quam nobiles puellas, in earum societatem adsciscere, significat sibi quidem probari, quod, si cetera paria sint, earum delectus habeatur, sive ad habitum, sive ad obeunda varia Monasterii officia; probari tamen, vel permitti non posse, quod aliæ penitus arceantur: quum non opes, non genus, non bona cetera, quæ mundus in pretio habet; sed virtus, honestasque morum in pretio habenda sint ab iis, qui & documenta, & exempla Christi Domini, Sanctorumque ejus sectantur, & colunt. Quamobrem statutum sibi, fixumque esse; quod aut Monasterium illud regatur spiritu religioso, humilitatis nimirum, & charitatis, aut nullas amplius puellas recipiat.

55. Archipresbyterum Montis Politiani, convicia quædam in graves alios viros proferentem, excitat, ut serio, & pacato secum animo reputet Evangelicam illam sententiam, *qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis*, & aliam Bernardi, *nugæ in ore laicorum nugæ sunt, in ore Sacerdotis blasphemiæ sunt*; tum aliam, quæ ex hac recte deducitur, *Contumeliæ in ore laicorum contumeliæ sunt; in ore Sacerdotis sacrilegia sunt*; multoque graviora in ore Sacerdotis, qui ut ætate, dignitate, & generis nobilitate præstat: ita exemplo quoque humanitatis, ac modestiæ præesse debet (*b*). Quum Canonicus alter Montis Politiani, gravioris injuriæ eidem Archipresbytero illatæ reus, & ex Bellarmini sententiâ censuris notatus, epistolâ ad eum missâ querimonias suas effunderet, immo nec obscure adeo subindicaret, injustæ sententiæ ultionem Deo relinquere; hunc tamen dedignatus non est Bellarminus responsione simul, & commonitione tranquillâ adeo & benignâ, ut diceret optare se, litteras suas eâdem animi tranquillitate legi, quâ conscriptæ fuerunt;

(a) *In epistola relata in Sum. addit. num.8. pag.74. §.6.*
(b) *In epistola relata in Sum. addit. num.9. pag.77. §.2.*

sunt; non parum dolere, quod Sacerdotes id sibi sumant, ut, abjectâ Christi regulâ, regulam seculi amplectantur, dicentes malum bonum, & vindictæ iram justæ defensionis specie obtegentes, ac cæci duces cæcorum fiant, & ambo in foveam cadant; si non jure condemnatum se putet, expectandam non esse Dei ultionem, sed paratum esse aditum ad Summum Pontificem, vel ad Sacram Congregationem Episcoporum ac Regularium negociis præpositam; sin vero resipiat, errorisque sui veniam postulet, non id tantum, sed & alia plura, quæ non petierit, facile ab se impetraturum (*a*).

56. Nepotem suum Theanensem Episcopum satis prolixâ & gravi scriptione (*b*) instructum voluit de pluribus ad Episcopale munus pertinentibus; inter quæ difficillimo in negotio ita defendendæ Ecclesiasticæ libertatis, quin ullam incurramus offensionem Dei, vel hominum, duo ad id quam aptissima non minus sapienter, quam prudenter suggerit. *Primum, ut nihil temere, & sine maturo consilio agamus*, sed consultis etiam per litteras absentibus viris, quorum judicio fidere possimus, si copia eorum desit in præsentia, ac tempus patiatur. *Alterum, ut sic vivamus, ut intelligant Principes, vel Principum administri, nos non quærere occasiones cum illis rixandi, sed solo Dei timore, & honore duci, ut libertatem Ecclesiæ defendamus; alioquin eorum amicitiam optare, & magni facere: & revera conemur officiis, & beneficiis amicitiam illorum diligenter conservare, & nutrire; multa enim Principes seculi amicis Episcopis concedunt, quæ non concederent iis, quos adversarios sibi esse sciunt, aut credunt* (*c*). Episcopo Ripæ Transonæ in quâdam jurisdictionis controversiâ implicato, ac ipsius Bellarmini opem imploranti, explicat, quid in Pontificiâ quidem ditione, emergentibus hisce de jurisdictione quæstionibus, ipse facturus esset, quidve consultius fore existimaret, nimirum, ut absque ullo interioris pacis, aut aliorum amicitiæ detrimento, & absque ullâ aut censurarum interminatione, aut vehementiore aliâ contentione, eorum, qui præsunt, judicio rationes suas exponeret, ac prorsus adquiesceret; quoniam] sapientissime ajebat] Dei obsequio parum refert, ab unâ, vel altera pa.

(a) *In epistola pariter relata in d. Sum. addit. num.9. pag.78.*

(b) *Quæ titulum habet* – Admonitionis ad Episcopum Theanensem Nepotem suum, *impressa Venetiis* 1622.

(c) *Ut in eadem admonitione, cujus particula refertur in Sum. add. num.8. pag.71. lit.B.*

rā poteſtate, quarum utraque uni, eidemque Principi famuletur, delinquentem pœnis coerceri (a). Bambergensi Episcopo anxie ſciſcitanti commodam aliquam rationem, qua abſque turbarum ac ſeditionum periculo efficeret quoquo modo, ne Parochi nonnulli, ſibi quidem ſubditi, ſed hæretici, adeo infeſtos ſe redderent gregi ſuo, ſcitiſſime reſpondet (b), pro certo habere, nullatenus paſſurum eum, quod hæretici ulli, ſiquidem utrique ipſius, & ſpirituali, & temporali ſubeſſent poteſtati, munus paſtorum gerant: ſin vero iſti ſpirituali dumtaxat poteſtati ejus ſubjecti fuerint, populum quidem Catholicum, gravibus indictis pœnis, continendum eſſe, ne eorum aut concionibus, aut conventibus, aut cœnæ communicent; populum autem, hæreſis & ipſum labe infectum, non aliis remediis juvari poſſe, quam precibus ad Deum, conſilio item, & operâ pii alicujus, & docti viri, omniſque generis comitate verbis, & factis in eos adhibenda, quoniam paſtoris officium non ſit oves eripere e luporum faucibus, ſed modis omnibus curare, ut eripiantur.

57. Ad iſtud vero paſtoris officium quod pertinet, præcipua illa Bellarmini ſollicitudo videbatur eſſe, ut Epiſcopi cum in Eccleſia reſidendi, tum Verbi divini adminiſtrandi leges, & cetera, quæ paſtoralis officii ſunt, quam exactiſſime implerent. Epiſcopum quemdam legendis ethnicorum, ac profanorum Scriptorum libris plus æquo deditum rogat, in bonam partem accipiat ſenſum animi ſui, ex Charitate ſincera procedentem, ſcilicet, non ſolum in ſanctis Patribus, & ſacris Conciliis legiſſe, quanta ſit gravitas ſarcinæ paſtoralis; ſed etiam proprio experimentó didiciſſe in triennio illo, quo Archiepiſcopali officio functus eſt, ſarcinam illam adeo eſſe gravem, ut non relinquat otium reſpirandi, nedum libros ab illa profeſſione alienos legendi (c). Non potuit ſe continere, quin Archiepiſcopo Capuano ſucceſſori ſuo per litteras acerbiſſimum dolorem ſuum exprimeret, tam diuturnæ ejus ab Eccleſia abſentiæ, publicis licet Legationis muneribus impenſæ, diceretque ſe apud Summum Pontificem ſæpius inſtitiſſe pro ipſius reditu, eâ etiam adductâ ratione, quod vir longe ab uxore manens neque liberos procreare poſſet, neque recte inſtituere (d).

58. Nec

(a) *In Epiſtola relata in d. Sum. addit. pag. 72. lit. C.*
(b) *In alia epiſtola relata in Sum. add. pag. 73.*
(c) *In epiſtola 121. inter impreſſas.*
(d) *In epiſtola apud Bartoli lib. 3. cap. 15. pag. 403.*

58. Nec etiam Zelus ejus cohiberi potuit, quin eo tempore, quo Capuanam Ecclesiam moderabatur, gravissimis litteris (a) exoraret summum Pontificem Clementem VIII., primo ut inter ceteras deligendorum Episcoporum dotes posteriore loco non haberet prædicandi Evangelii, exhortandique in doctrina sana, facultatem adeo pastoralis officii propriam, & sanctis omnibus sive prioris, sive recentioris ætatis Episcopis adeo communem, & in exiguis præsertim Civitatibus, in quibus alius nemo, iis tacentibus, de rebus divinis loquitur, adeo necessariam. Præterea vero, ut quam maxime urgeret rem alteram priori consectariam, & gravissimi momenti, residentiam nempe eorundem Episcoporum, quorum plures e regno præsertim Neapolitano ad principem ejus regni civitatem confluentes ab ea se divelli non sinerent. Libere namque dicebat (liberius dicendi veniam precatus, quoniam charitas exstimularet) penes se habere Petri Soti magnæ doctrinæ & sanctitatis viri Epistolam postremâ vitæ horâ conscriptam ad Pium IV. Pontificem, eum præcipue sollicitantem ad id perficiendum, ut Episcopi residerent, utque Cardinales, quoniam residere tunc nisi in Urbe non consueverant, non Sacerdotiis, sed aliis beneficiis ornaret; illudque, si secus faceret, subjungentem, *Non dubito* SANCTITATEM VESTRAM *ultimam damnationem in divino judicio incursuram*.

59. Qua in re maximum quidem Bellarmini Zelum agnosco: pluris tamen faciendam existimo fortissimam illam libertatem animi, qua Pontificem Maximum seu voce, seu scripto adloquebatur, non semel tantum, & uno vel altero in negotio, sed perpetuo, & quotiescumque occasio ferret: semper enim, veluti de Cardinali Bessarione scripserat Cardinalis Papiensis (b), meditabatur aliquid, & proponebat Pontifici, quod ad communem rem vel Christianorum, vel Ecclesiæ faceret: nihil etiam verebatur ea consilia, & monita, seu voce, seu scriptis edicere, quæ minus ei aut consentirent, aut placitura essent (c). Quam re-

 ɛte,

(a) *Quæ recitatur ab eodem Bartoli lib.3. cap.14.*

(b) *Relatus a Sanctitate Sua de Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.33. num.19.*

(c) *P. Virgilius Cepari T.XII. P. Minutoli T.XV. ex proc. Rom. Apost. pag.20. num.10. §.5. P. Mutius Vitelleschi T.XXII. ibid. pag.37. §.45. ubi* -- Una volta dicendo io al d. Sig. Cardinale, che qualche persona ricercava da lui l'officio della correzzione nelle cose del governo, avvisando il Papa ...; mi rispose che lui non mancava in questo, e che si serviva delle due volte la settimana, che aveva audienza dal Papa per occasione delle Congregazioni e Consistorii, si serviva dico di que-

cte, sapienterque & consultoris, & admonitoris partes ageret, ex eo novimus, quod peculiaribus scriptis non pauca adnotavit, in quibus Pontifices aliquâ ex parte deesse possent, aut circumspectiores esse suo judicio oporteret; eaque scripta Clementi VIII. detulit (a): ipse vero Pontifex Optimus pro ea, qua præstabat, animi moderatione, & in Bellarminum existimatione, marginales notas unicuique scriptorum capiti manu suâ exaratas eidem Bellarmino remisit; quibus ita finem imponit; *Hæc pauca ita cursim diximus, non ad excusandas excusationes in peccatis, sed ut ipsa potius misereatur difficultatibus, quibus impliciti in has ærumnas incidimus: fatemur enim nedum in istis, sed in aliis multis, immo in omnibus peccasse, & in nulla re muneri nostro satisfecisse, nec satisfacere. Roget ergo Deum omnipotentem, vel quod suâ divinâ, & efficacissimâ gratiâ nobis opituletur; vel quod magis optamus, nos ab hoc mortali vinculo absolvat, aliumque subroget, qui omnibus numeris officium sibi injunctum perficiat*. Idemque Pontifex, acceptis quondam a Bellarmino Capuæ degente faustis illis, quæ Natalis Domini celebritati præmitti solent, ominibus ac precationibus responderat, optasse se monitum aliquod salutare illis adjunctum videre (b): eum vero in Urbem deinde profectum Paulus V. successor amplius abire noluit eâ potissimum de caussâ, ut in publicis, & gravioribus quibusque rebus ejus consilio & operâ uteretur: *Propter quam ipse virtutem, libertatis nempe consiliorum* [*præsertim cum optimi consilii author esset*] *a Gregorio XV. inter initia Pontificatus habitare in Vaticana Regia jussus est* (c).

60. Ne-

queste occasioni per avvisare il Papa di cose intorno al governo, aggiungendo, che non lasciava di farlo anco per viglietti, quando non poteva di presenza. -- *Hunc etiam zelum in admonendo Pontifice commendant Card. a Monte. Sum. pag.74. §.16. Card. Ursinus pag.78. §.7. & Card. Valerius pag.90. §.7. ubi* -- Nella libertà di dire il suo voto, e nel far la correzzione senz'alcun timore di offendere persone grandi, dove conosceva il bisogno, ed il pericolo dell'offesa di Dio, non fu mai alcuno, che l'abbia avanzato -- *Similia habet Card. Desiderius Scaglia pag.94. §.8.*

(a) *Hæc scripta reperiuntur impressa ad calcem libelli familiarium epistolarum cum notis sive responsionibus Clementis VIII. ad singula eorum capita, deque his mentionem habent Card. Valerius Sum. pag.90. §.7. & in proc. Rom. Ord. P. Eudæmonjuannes T.II. Sum. pag.109. §.33.; qui rem tunc vulgatissimam fuisse narrat, ac præ manibus exemplar habuisse, P. Benedictus Justinianus T.III. Sum. pag.113. §.53. & Episcopus Julius Sansedonius T.IV. pag.114. §.59.*

(b) *In epistola relata in Sum. add. pag.66. §.38.*

(c) *Petrasancta in ejus vita lib.6. cap.5. fol.481.*

60. Neque certe desiderio Pontificis aliquâ ex parte defuit Bellarminus; nam præter adeo multa & gravia negotia, quæ uni ipsi expedienda committebantur; quæque summæ Bellarmini diligentiæ argumentum præbent (*a*) : præter frequentissimas dubiis in rebus interrogationes, quæ ab Episcopis, aliisque privatis viris ei proponebantur, *in multis* (ut ipse (*b*) tradidit) *Congregationibus Cardinalium adscriptus fuit, videlicet Sancti Officii, Indicis librorum prohibitorum, Sacrorum Rituum, Examinis Episcoporum, Indulgentiarum, de Propaganda Fide, Germaniæ, & Hungariæ, Protector fuit Cælestinorum &c.*: quo in posteriori munere non vigilantissimum modo protectorem, sed patrem egit amantissimum, suasionibus, ope, consilio, authoritate, plura, eaque saluberrima ad optimam Monachorum institutionem perficiens (*c*), singula totius Ordinis monasteria olim in partes divisa in unius corporis compagem restituens sub libero unius, ejusdemque capitis imperio (*d*), nullis parcens incommodis, quæ in

(a) *Nam, ut de Cardinali Bessarione notaverat Cardinalis Papiensis in epistola 127. relata a Sanctitate Sua de Canoniz. Sanctor. lib. 3. cap. 33. nu. 10.* -- Quanto studio id peragat, testes nos sumus, & testis frequens talium demandatio. Nisi enim injuncta perficeret, non tam crebro injungeret Pontifex. Neque enim negligenti opus unum libenter demandamus secundum --.

(b) *In commentario vitæ suæ Sum. num. 30. pag. 129. §. 28.*

(c) *Constant hæc ex epistola P. Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis ad s. m. Clementem XI. quæ est XCIX. inter editas; in qua plurimum commendantur zelus Bellarmini pro Ordinis bono, & beneficia eidem Ordini collata. Referuntur quoque ibidem duæ ex epistolis ipsius, in quarum priore Abbatem Generalem monet, ne vacantes Abbatias conferat Religiosis per intercessiones Principum Ecclesiasticorum, vel secularium etiam non quæsitas; & in altera, ut peculiari benevolentiâ excipiat Patres quosdam Avenionenses, certosque faciat de recta ratione Novitios instituendi: Adfertur etiam testimonium Abbatis Celsi Americi litteris ab eo consignatum, & in Monasterii Archivo repertum, ubi* -- posso dire per la verità, *ait idem Abbas*, che nel tempo della protezione della santa mem. del Sig. Card. Bellarmino la nostra Religione de' Celestini fece progressi felici in molte cose, e particolarmente nella istituzione de' Noviziati ridotti per sua esortazione in quattro Monasterj principali de' studj, deputando altri quattro Monasterj per le scienze maggiori, e nell'esercizio dell'orazione mentale.

(d) *Idem Americus Generalis loco cit.* -- Li Monasterj, che la Religione ha in Francia, ed in Fiandra totalmente divisi da questi d'Italia, per opera di sua Signoria Illustrissima furono riuniti tra loro, mentre per la sua efficace mediazione tra la s. m. di Paolo V. e S. Maestà Lodovico presente Re X., ottenni io essendo allora Generale la permissione e l'autorità di visitare tutti quelli Monasterj, come di fatto eseguii.

aliquod ejus Ordinis bonum cessura forent (a), donis quibuscumque, quæ a Monachis exhiberentur, sibi familiæque suæ penitus interdicens (b), eos omnes, & quos etiam corripi opus fuisset, mansuetudinis, & charitatis suæ testes habens (c), & omnibus, quibus poterat, beneficiis augens, inter quæ postremo loco habendum non est illud Opusculi *de septem verbis Domini* Monachis iisdem dicati dulcissimis illis verbis : *Accipite igitur, Venerabiles Patres, munusculum a Protectore vestro, quod erit post obitum ejus pignus amoris, quo omnes ex corde dilexit, & virtutum Sancti Petri Cælestini heredes, & Christi Crucifixi veros discipulos, & imitatores semper esse concupivit.*

61. In iis vero Congregationibus omnibus quam assiduus, ac diligens fuerit ad conveniendum statutis horis, quam rectus, ac sapiens in proferendo & explicando de unaquaque re sui ipsius judicio, ita ut in eum Cardinales ceteri, qui adessent, ora converterent, & ab eo pendere viderentur (d), quam indefessus incom-

(a) *Adfuit enim præter alia Monachorum Comitiis Sulmonæ habitis, ad quæ* Ego etiam (*inquit Bellarminus ep. 93.*) proficisci volui non sine magno meo incommodo ob ætatem jam gravem, & itinera satis prolixa & difficilia, sed per gratiam Dei non fuit inutilis -- : *Qua occasione magnus Hetruriæ Dux litteris 24. Maii 1612. eum rogavit ad se adeundum absoluto Cœlestinorum Capitulo.*

(b) *Idem Americus Generalis loco cit. pag. 128. ubi etiam* -- Una volta volendo complire la Religione con sua Signoria Illustrissima per le feste di Natale con alcuni commestibili, arrossì nel vederli, ed ordinò che si rimandassero indietro, come fu fatto. Questa legge prescrisse ancora alla sua Corte, e saputosi dalla Sua Signoria Illustrissima esser stato riconosciuto con un regalo di pochissima valuta un suo Cortigiano, fu rimandato per suo ordine in Monastero -- *Marcell. Cervin. in Sum. add. num. 4. pag. 32.* -- adeo inhorruit (Religiosorum munera) ut Cælestinæ Congregationis Protector electus graviter ferret, quod quis è suis in eorum Monasterio ne quidem potum sumeret, & ad hoc evitandum sæpius ad eos non accedere affirmaret ; & cum nonnumquam evenerit ipsum occasione Capituli alicujus, vel Congregationis, in eorundem Monasterio refici cibo coactum extitisse, nullis eorum precibus adduci potuit, quin statim impensis facere satis imperasset.

(c) *Idem Americus loco cit.* -- Si portò con tanta modestia, mansuetudine e giustizia, che tutti restavano soddisfatti, e quelli ancora, che per ordine di Sua Signoria Illustrissima ricevevano qualche mortificazione da Superiori -- *P. Justinianus T. III. in proc. Rom. Ord. Sum. num. 29. pag. 113.* -- in particolare li Celestini, de quali era Protettore, che restavano non solo soddisfatti, ma maravigliati, della prudenza, mansuetudine, e carità : con le quali procedeva con essi loro.

(d) *Ut testantur Cardinales a Monte, & Ubaldinus Sum. pag. 73. §. 4. & 7. & pag. 88. §. 7. Cardinalis etiam Valerius Sum. pag. 91. §. 12.* -- Io mi son trovato con mio grandissimo gusto molte volte seco in alcune Congregazioni de Cardinali, dove

commissis sibi negotiis perpendendis, expediendisque, satis exploratum est. Non prætermittam tamen hic recensere, quod oculatissimus testis, omnique major exceptione Archiepiscopus Tarsensis olim a Secretis Sacræ Congregationis Rituum professus est (*a*): *Ad supremam* [inquit] *usque vitæ lineam huic Sacræ Congregationi Bellarminus interesse non prætermisit : nempe die 7. Augusti* [*cum obiisset mense proximo Septembris*] *novissime tandem præfuit, in qua quasi retributionem quæsivit, cum Sanctus ipse pro Sanctis laborasset ..... Sane non est, qui cumulatius noverit, quam ipse, cum a secretis huic Sacræ Congregationi adessem, quæ, & quanta in ipsa Sacra Congregatione Bellarminus gesserit; adeo quidem, ut ex Archivio, & Regestis eâ felici tempestate, quâ idem florebat, liquido constet, fere omnia, quæ tunc agebantur, præcipue graviora negotia solum Bellarminum retulisse, suâque unâ, quæ omnium erat, sententiâ explevisse* -- Verum, quemadmodum in iis, quæ superius jam adnotavi, ita & hoc quoque loco præcipue illud specto, quod eam in dicendis sententiis libertatem cum gravitate conjunctam semper retinuerit (*b*), ut sine assentatione, seu timiditate, sed magnâ modestiâ & libertate, quod æquum, quod justum esse, quod conducere putaret, loqueretur (*c*). Hinc quoties de dispensationum negociis ageretur, quibus Tridentinarum legum vigorem laxari cerneret, aliis licet adsentientibus, repugnabat ipse, ne contingeret, nemine reclamante, paullatim præscribi contra canonem (*d*).

62. Ea-

---

dove ebbi sempre giustissima occasione di ammirare la grandissima stima, che veniva fatta da tutti li maggiori Cardinali della Corte del suo voto, e del suo grandissimo giudizio, poiche non ci era quasi mai, chi ardisse di sentir mai in contrario alla sua opinione: onde alla semplice sua relazione venivano confidati quasi sempre tutti li più gravi, e più ardui negozj, che venissero commessi da Nostro Signore -- *Et Cardinalis de Torres in epist. relata in Sum. add. pag. 70. n. 8.* -- *Narr. at Joseph Finalis, qui continue aderat Servo Dei in ultima ejus ægritudine, quod Cardinalis Bandinus eum invisens dixerit* -- Noi perdiamo chi con una parola quietava la nostra coscienza nelli negozj, che si trattavano nelle Congregazioni, dicendo, il nostro era discorso; e la sua resoluzione -- *in Proc. Rom. Ap. Sum. pag. 63. §. 16.*

(a) *In ejus Suffragio hac in causa edito.*

(b) *De qua P. Mutius Vitelleschi T. XXII. Sum. pag. 37. §. 51. & Cardinales a Monte, Ursinus, & Ubaldinus Sum. pag. 74. §. 16., 78. §. 7. & 88. §. 8.*

(c) *Qua libertate Callixtum III. cum Cardinalis esset, Marcellum item Cervinum, postea Pontificem maximum sub nomine Marcelli II. & Bellarmini avunculum commendat Cardinalis Palcotus relatus a Sanctitate Sua lib. 3. cap. 33. n. 19. de Canoniz. Sanctor.*

(d) *De auditu a S. D. P. Endæmonjuannes Sum. pag. 110. §. 34.*

62. Eâdem animi libertate cum pari suavitate conjunctâ usus est in Cardinalibus ceteris; quibuscum agebat, ac versabatur, officii sui admonendis, ita quidem, ut, eo è vivis sublato, sublatum sibi dicerent, qui fraternæ ipsorum correctionis munus gereret (a). Sed & eamdem animi libertatem, idem animi robur hortando, monendoque ad id, quod divini honoris, aut fidei vel Ecclesiæ caussa postulare sibi videretur, porrexit ad magnos etiam seculi Principes. Jacobum Scotorum Regem omnino urget, ut fidei veritatem tamdem agnoscat, redeatque ad Catholicæ Ecclesiæ sinum (b). Maximilianum Bavariæ Ducem, eumdemque tunc Catholici fœderis Imperatorem instruit, acceditque ad pie, fortiterque dimicandum contra fidei hostes eo consilio proposito, *ut & milites Christi solius Dei honorem, & Ecclesiæ incolumitatem præ oculis habeant; & expiati culpis per sacram Confessionem, & Sacrosanctâ Eucharistiâ refecti ad Bellum procedant*: quo pacto & innumerabiles pagani fusi olim fuerint a parva Christianorum manu, quamquam isti diutius obsessi summâ inopiâ laborarent, illi vero abundarent rebus omnibus; & a Simone Corvino octo millibus Catholicorum stipato cæsa fuerint Hæreticorum centum millia; & ante eos notum sit, Sanctum Imperatorem Henricum ex gente sua frequentes victorias retulisse, quia exercitum suum Sacramentis cœlestibus ante prælium muniret (c). Aliâ rursus epistolâ (d) eum inflammat ad milites suos verbo, & exemplo strenue commovendos, ut cum hostium sanguine vitas quoque suas pro justitia, pro religione profundere gestiant, recitata peroratione illa Bernardi ad milites templi, *securi procedite milites, & intrepido animo inimicos Crucis Christi propellite, certi, quia neque mors, neque vita vos separare poterit a Charitate Dei, quæ est in Christo Jesu: illud sane vobiscum in omni periculo replicantes, sive vivimus, sive morimur, Domini sumus. Quam gloriosi revertuntur victores de prælio, quam beati moriuntur Martyres in prælio! Gaude fortis athleta, vivis, & vincis in Domino; sed magis exulta, & gloriare, si moreris, & jungeris Domino. Vita quidem fructuosa, & victoria gloriosa, sed utique mors sacra jure proponitur: Nam etsi beati, qui in Domino moriuntur,*

(a) Dopo la sua morte alcuni Cardinali graziosamente dicevano, non averemo più chi ci faccia le correzzioni fraterne. *Ita Cardinalis a Monte Sum. pag. 74. §. 18.*
(b) *Epist. 1. inter impressas.*
(c) *In epistola relata in Sum. addit. num. 19. pag. 89. §. 4.*
(d) *Quæ refertur in eod. Sum. addit. num. 10. pag. 90. §. 5.*

riuntur; non multo magis, qui pro Domino moriuntur? Principem alium, cujus filio ex fama non satis certa audiverat connubium proponi cum femina Lutherana, modis omnibus dehortatur a foedere hujusmodi conciliando, ob oculos ponens cum pericula ex luctuoso totius memoriæ veteris experimento comprobata, tum præsertim scandala obventura, si contra apertam Ecclesiæ legem, & cum evidenti fidei periculo alienæ religionis mulier adlegetur in domum Principis hactenus semper ab omni contagioso hæresum afflatu præservatam, sanctissimarum Catholicæ Ecclesiæ legum observantissimam; omniaque amplissimæ ditionis suæ loca in Orthodoxæ Ecclesiæ fide & obedientia continentem. *Quis ergo* (demum exclamat) *non ingemiscat, si videat in domo Serenissimorum Principum originem tam ingentis mali? Horret profecto animus meus cogitare ex una tali scintilla quam magnum incendium excitari possit*. Nec ullo deterritus metu est, quin vel per se, vel interpositas personas Principes alios ab iis procul avertere conaretur, quæ vel authoritati Apostolicæ Sedis, ac Summi Pontificis, vel Ecclesiasticæ immunitati obesse animadverteret (*a*).

63. Quæ hactenus a me relata sunt, ne quisquam fortasse existimet concludere omnem omnino Bellarmini Charitatem, qua consulendo, dicendo, hortando, monendo, privatis tum sermonibus, tum scriptis adeo prosecutus est Dei gloriam, Ecclesiæ bonum, æternamque omnium felicitatem. Solæ namque familiares epistolæ, non quidem omnes, per omnem ejus ætatem, sed tunc solum, quum Cardinalis esset, conscriptæ, neque rursus omnes hujus temporis, sed illæ tantum depromptæ, ex fasciculis litterarum ab aliis missarum, *in quarum obversa pagella, suâ ipse manu, ut plurimum respondebat, tradebatque rescribendas amanuensi* (*b*), centum & octoginta sex numerum conficiunt in unum volumen collectarum, e quibus, & ex aliis permultis extra volumen illud extantibus aliquas dumtaxat superius recitavi; ac fere singulæ id habent, *ut ex familiari simplicique sermone animum optimum introspicias, & simul ex negotiis, quæ illic tractantur, intelligas, quo ille ardore non temporalia lucra, sed animarum salutem procuraret; quam salubria, ac divina redderet responsa consulentibus*

a pru-

(a) *Uti perhibent epistolæ, quæ referuntur in d. Sum. addit. num. 10. pag. 90. 91. & 92.*

(b) *Ut ait P. Fuligatti, qui eas epistolas collegit, in præfat. ad lectorem eisdem epistolis præfixa*.

a prudentia carnis remotissima; quibus Christianæ Charitatis officiis amicos coleret; quam prompte beneficus esset in omnes; quo animi sensu aliorum vel adversam, vel prosperam fortunam prosequeretur, ut eâ, qua complexus erat terrarum orbem, Charitate nullum bene de omnibus merendi prætermitteret modum, factus omnibus omnia, ut Christo lucri faceret (a).

64. Inter hæc, quibus Christo lucri facere studuit, haud postremum locum tenet Verbi divini palam prædicandi officium, cujus a puero jam quædam veluti rudimenta posuerat (*b*), deindeque adolescentior factus usum habuit frequentiorem. Quindecim annos natus, quum in cujusdam Sodalitii loco pium quemdam sermonem egisset, compellebatur deinde sæpius ad eosdem sodales verba facere (*c*): tum eo tempore, quo ab seculi illecebris sese abdicare statuerat, publicam in Ecclesia operam dabat explicandis Religionis nostræ mysteriis, rudioribusque hominibus veræ pietatis sensu imbuendis (*d*). Vix annis tribus, aut quatuor in Societate Jesu transactis, deputari cœpit concionandi muneri; quod quam bene auspicatus, quam strenue ac naviter prosecutus fuerit, quam recte sancteque obierit, ex his potissimum dignoscemus.

65. Primum enim Sacro huic ministerio initium dedit in Collegio Civitatis Florentiæ, agens vix duos supra viginti ætatis suæ annos, *imberbis, & sine ullis Ordinibus, immo primâ sine Tonsurâ*: atque sive ibidem, sive deinde in Collegio Montis Vici, sive

(a) *Ita verissime scribit idem P. Fuligatti in cit. præfat. ad lectorem.*

(b) Adhuc puerulus, *inquit ipse in relat. vitæ suæ*, annorum (opinor) quinque, vel sex concionari solebat & inversum scabellum indutus linea veste impositus concionabatur de passione Domini -- *Sum. pag.* 118.

(c) *In cit. relat. vitæ suæ Sum. pag.* 119. §. 6. *ubi quod ejus sermonis* materiam subministrarunt Patres Societatis, ipse autem sibi memoriam, & verba, & actionem de suo apposuit, *& T.III., & alii coævi in proc. Polit. ord. Sum. add. pag.* 12. *& pag.* 15. §. 30. -- Frequentava gli Oratorj, dove faceva anco li sermoni -- *Camilla item Bellarmini Soror T.I. in proc. Polit. Ordin. fol.* 9. -- andava alla Compagnia detta de' grandi, e faceva sermoni quasi che all'improviso.

(d) *Constat id non modo ex relatione a Bellarmino edita vitæ suæ Summ. pag.* 120. §. 8., *sed etiam ex epistola tunc scripta a P. Rectore Collegii Politiani ad P. Jacobum Lainez ajente* — Intendo dalla moglie del Sig. Alessandro, che Roberto nostro al Castello detto il Vivo, luogo loro, ha predicato al popolo, ed ha molto soddisfatto'-- *Ut in Sum. add. num.* 2. *pag.* 18. *& ex Camilla Bellarmina Sorore T. II. in Polit. Apost. Sum. n.* 3. *pag.* 3. -- fu mandato da suo padre in un luogo ... per vedere se lo poteva divertire dalla vocazione ... ed in quel tempo si esercitò sempre in predicare, e che per tale effetto saliva sopra le quercie a predicare.

ve Montis Regalis, ubi triennio permanserat, Concionatorem egit ne inchoatis quidem Theologicis studiis (*a*).

66. Secundo munus hoc ubique exercuit per singulos Dominicos, ac festos dies, aliis interea pluribus obstrictus curis habendi singulis hebdomadis publicas exhortationes ad Societatis sodales, tum perpetuò litterarum studiis vacandi, ut vel disceret, vel doceret, sive etiam in unâ, eâdemque re simul & discipuli, & præceptoris partes exequeretur (*b*), & alicubi etiam supplendi plurium officia, quod sibi præsertim contigisse narrat in Collegio Montis Regalis: *Nam docebat in scholis, legebat ad mensam, concionabatur in templo, habebat exhortationes ad fratres, comitabatur euntes Sacerdotes ad sua negotia, Janitorem juvabat, cum ille pranderet, excitabat etiam aliquando matutino tempore dormientes.*

67. Tertio concionantem eum qui audiebant, magnopere colere videbantur, admirantes super doctrinâ, & virtute ipsius (*c*). Singularia quædam Bellarminus recensuit (*d*), quum scilicet Florentiæ *in autumno peregrinatus est cum P. Marco usque Camaldulum, Montem Alverniæ, & Vallem Vmbrosam*, ab cujus Cœnobii *Majore* [sic enim Superiorem Generalem vocant] *pene ex improviso jussus ut haberet exhortationem ad Patres loci illius, fecit invitus, & coactus; sed venerandi illi senes attentissime audiverunt, & po-*

(a) *Vt perhibet idem Bellarminus in relat. vitæ. Sum. pag. 121. §. 16. & P. Eudæmonjuannes T. II. in proc. Rom. Ord. Sum. pag. 99. §. 10.*

(b) *Nam Florentiæ* -- humaniores litteras docuit adolescentes in scholis, ut potuit, sed admiscens philosophicas quæstiones, ut compararet sibi authoritatem; & in æstate etiam docuit spheram cum tractatu de stellis fixis; habuit in sede primaria duas orationes latinas, & scripsit carmina in magnis festis, quæ affigebat januis templi. In Collegio Montis Vici invenit expositum catalogum lectionum illius anni, & sibi assignatum Demosthenem Græcum, & Marcum Tullium, & alia quædam; & quoniam in Græcis vix ipse aliquid noverat præter alphabetum, dixit auditoribus se velle illos a fundamentis instruere, ac primum eos docere Grammaticam, deinde Demosthenem; itaque maximo suo labore quotidie discebat, quod alios doceret -- *ita Bellarminus in relat. vitæ suæ. Sum. pag. 120. §. 11. & 12. itemque in append. ibid. pag. 130. ubi quod* -- ad profectum studiorum multum sibi profuisse sensit necessitatem docendi, quæ non didicerat -- *His cohærent quæ narrat P. Eudæmonjuannes T. II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag. 108. §. 30.*

(c) *De his testantur P. Mutius Vitelleschi Præpositus Generalis T. XXII. in Proc. Ap. Rom. de auditu a Bellarmino, & aliis, & de publica voce, & fama. Sum. num. 4. pag. 3. P. Eudæmonjuannes intimus Servi Dei in Proc. Rom. Ord. T. II. Sum. pag. 99. §. 9. & pag. 107. §. 30.*

(d) *In eadem relat. Sum. pag. 120. §. 13. & seqq.*

& postea manus ei osculari volebant (a), *quamvis adolescenti*; quum in civitate Montis Regalis *in festo Pentecostes invitus*, *& pene coactus a superioribus concionatus est in Aede primariâ tribus diebus continuis*: Tunc enim, *quamvis omnino immerito*, subdit ipse, *scriptum est a Superiore ad Patres Romanos*, *nunquam locutus est homo sicut hic homo*; quum ibidem aliâ die *Canonici dixerunt ei*, *aliàs tu concionaberis*, *hodie Angelus de Cælo concionatus est*; quum itidem a Patavii civitate Bacchanalium tempore Venetias profectus *ibi habuit concionem feriâ quintâ Bacchanalium in conventu multorum nobilium*, *ubi attentissime auditus est differens contra choreas*, *& alias insanias illius temporis*; *& cum absolvisset*, *multi nobilium Senatorum manus illi osculari volebant*.

68. Quarto in divini Verbi prædicatione non seipsum, suique gloriam, sed proximorum salutem quæsivisse, illud præcipue declarat, quod, licet initio *forte legeret conciones Cornelii Episcopi Bituntini*, *& ad ejus imitationem inciperet conciones scribere ad verbum*, easque eleganter ornateque contextas *recitare non sine magno labore*; ut agnovit tamen modum dicendi extemporalem, omnique fuco vacuum fructuosiorem fore, hunc sibi deliberatissime statuit. *Cum enim quâdam die Natalis post vesperas in civitate Montis Regalis habuisset concionem valde laboriosam*, *& in quâ memoriæ commendandâ aliquot dies consumserat*, *significatum est a Canonicis templi*, *sequenti die habendam concionem summo mane*. *Itaque pene desperabat se concionari posse*, *cum ne quidem unam horam haberet ad concionem memoriæ commendandam*; *sed placuit Deo*, *ut nunquam tam fructuose*, *& tam libere*, *& ex corde concionatus sit*: *Canonici enim dixerunt ei* [ut paullo ante retuli], *aliàs tu concionaberis*, *hodie Angelus de Cælo concionatus est*: *ex illo tempore decrevit ornamenta omnino verborum dimittere*, *& sola puncta latine scribere*, *quod & fecit*, *præterquam in concionibus latinis* (b); ac deinceps revera exquisitum omne dicendi studium, & concinnita-

---

(a) *In epist.87. ad s. m. Clementem XI. pro beatificatione Bellarmini Alphonsus Celinus Abbas Generalis totius Ordinis Camaldulensis refert* -- ab Eremitis meæ sacræ Camaldulensis Eremi in Etruria, apud quos triduo mansit, concionesque habuit, indesinenter postea ad invicem dictum fuisse: nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur, & aperiret nobis scripturas?

(b) *Idem Bellarmin. in relat. vita sua. Sum. pag.121. §.15.*

nitatem verborum summopere abhorruisse, aliisque semper improbasse compertum est (*a*).

§. 69. Spectabiliora longe sunt, quæ diuturnâ septem annorum morâ in Civitate Lovanii operatus est Bellarminus; quem ibidem, sive scholasticam Theologiam ex Cathedra docentem, sive per singulos festos dies in Ecclesia latino sermone concionantem, utroque in genere mirabilem, magnæque utilitatis fuisse prædicat Cardinalis Bentivolus (*b*): Qualem revera fuisse in concionibus præterea dignoscimus, sive ex confertissimâ illâ, quæ templo contineri non poterat, civium, & exterorum multitudine ad eum audiendum perpetuo confluente (*c*); sive ex peculiari curâ, & diligentiâ, quam auditorum permulti adhibuere in iisdem concionibus scripto consignandis, servandisque (*d*).

 Post

(a) *Nam in epistola 6. Junii 1615. ad P. Julium Recupitum* -- mi fa una severa correzzione (*inquit idem P. Recupitus*) della mia predica stampata della Beata Teresia ora Santa, dicendomi tra l'altre cose, che quelli ancora, che predicano utilmente, stan no in pericolo per la vana gloria di andare all'inferno, aggiungendo queste precise parole: Potrà considerare in che pericolo stanno quelli, che non predicano utilmente, ma vanamente, e non perchè cerchino altro, ma dar materia alla vana gloria. Ancor io essendo giovane feci alcune poche prediche simiglianti a questa di V.R. essendo invaghito di Cornelio di Bitonto, ma Dio per sua grazia mi avvisò, facendomi fare una gran commozione in una predica semplice, e dall'ora in poi lasciai quel modo, e ne ho avuto sempre gran pentimento -- *in Sum. pag. 37. §. 44.*

(b) *In ejus memoriis relatis in Sum. addit. num. 14. pag. 161.* -- Qui egli fece maraviglliose fatiche, e nel tempo della mia Nunziatura vivevano ancora molti di quelli, che l'avevano veduto gareggiar nelle meraviglie con se medesimo, lasciando in dubbio, quali fossero stati più celebri, e piu fruttuose, o le sue vigilie di cattedra, o pur quelle di pulpito; ma nel pulpito veramente egli aveva fatto prove incredibili di rara eloquenza e dottrina, e di singolar zelo, e pietà, predicando molti anni in lingua latina, specialmente con tal chiarezza e facilità, che pareva nudrito in quello studio, e nato a quel solo officio.

(c) *Ut constat ex iis, quæ refert Andreas Uvisse Eques Hierosolymitanus & magnus Prior Angliæ de maximo auditorum concursu, & vehementi concionandi spiritu in Proc. Neapol. Ord. ac præterea in posteriori ejus attestatione relata apud Bartoli lib. 1. cap. 10.* -- Pene septuagenarius fidem facio & attestor me juvenem annos natum novemdecim novisse Lovanii R. P. Robertum Bellarminum, & sæpe sæpius eum audivisse summâ cum laude concionantem in templo S. Michaelis, tantâ auditorum multitudine illuc confluente, ut eos templum non caperet, famamque tum publicam fuisse, multos Hæreticos ex Anglia & Batavis ad videndum eum commeasse; auditoque eo ab hæresi ad Orthodoxæ fidei cognitionem fuisse conversos.

(d) *Ut constat ex epist. nuncupatoria Fr. Simonis Ryckii præfixa iisdem concionibus sacris Lovanii habitis*, -- & pii cujusdam auditoris calamo exceptis -- *in qua hæc habentur* -- nam bonum semen benignam terram nactum tam altas radices egit, ut

Post suum vero in Urbem reditum, quamquam a publicis in Ecclesia concionibus vacaverit, non cessavit tamen ab domesticis exhortationibus, quas, qui audivere, cælesti plane spiritu redundantes agnoverunt (*a*).

70. Cardinalitiâ dignitate auctus, quantum per occasiones, & munera ei licuit, & decuit, divini Verbi ministerio semper institit (*b*). Capuanæ Ecclesiæ Archiepiscopus renunciatus, uno eodemque fere tempore, & Ecclesiam adivit, & initium concionandi fecit (*c*). Usum hunc singulis Dominicis diebus tamdiu retinuit, quamdiu Archiepiscopatu se non abdicavit (*d*); etsi vetus consuetudo esset, *ut in Cathedrali non haberetur concio, nisi quatuor Dominicis Adventus, & per Quadragesimam* (*e*). Neque dedignabatur, curarum quoque suarum partem conferre in id, quod tenuiorum vix Clericorum munus, neque parum molestum esse solet, docendi nempe per se & pueros, & rudiores quoscum-

---

ut plurimis jam non sufficeret Bellarmini conciones audivisse, nisi etiam easdem tamquam assiduos monitores, ac duces perpetuos descriptas penes se haberent; ex quo factum, ut earum varia manuscripta exempla tam in communibus, quam in privatis Belgii bibliothecis extiterint.

(a) *Nimirum TT. relati in Sum. pag.26. §.11. pag.28. §.17. pag.30. ubi* -- Ho sentito molte sue esortazioni domestiche fatte a noi altri in Napoli, & in Roma tutte piene di sommo spirito, e particolarmente nell'estate dell'anno 1606. o 1607. fece nel Collegio Romano alcune esortazioni della Carità, che fece stupir tutti, e mostrava chiaramente, che era pieno di carità & amor di Dio -- *& Nicolaus Lancitius Societatis Scriptor in epistola relata in adjuncto Scriptorum elencho ad an.1623. hæc habet* -- L'esortazioni domestiche le faceva in modo, che io sempre ne partivo tanto acceso e infervorato nell'amor delle virtù e nell'odio di tutte le imperfezzioni, che per dir così sarei entrato nel fuoco --.

(b) *Episcopus Julius Sansidonius T.IV. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.*114. §.59. -- ne suoi sermoni uditi da me riconobbi modi Angelici per muovere & infiammare gl'affetti alle virtù & estrarne da vizj --. *Similia de quadam ejus exhortatione ad Novitios Joseph Finalis in sua depositione pag.13.. Item Jo. Baptista Rubeus & ipse præsens refert in clyp. Castit. pag.* 103. *quod* primo anno Cardinalatus de laudibus Sancti Ignatii, Beati titulum nondum habentis, sermonem egit tam pie tamque magnifice, ut plenus stupore & consolatione diceret alter ad alterum: non hominem sed Angelum de Seraphino sermocinatum: & Card. Baronius tunc præsens afferri ad se postulaverit Sancti Ignatii Iconem, & coram eâ supra sepulchrum appensâ flexis genibus una cum Bellarmino oraret.

(c) *Michael Monachus in ejus Sanctuario Capuan. & Bellarm. in sua relat. Sum. pag.*128. §.40.

(d) *De hoc usu præter Michaelem Monachum, & Bellarm. locis citatis Præfectus Cubiculi T.III. ex Polit. Ap. Sum. pag.*10. *num.*8. §.1. *pluresque alii testes in Sum. pag.*11. §.8. *pag.*13. §.30. *pag.*14. §.47. *&* 56. *pag.*15. §.61. 71. *& alibi*.

(e) *Bellarm. loco cit.* §.44.

cumque Christianæ doctrinæ rudimenta (a); tum exemplo suo & Parochos, & alios inferiores Clericos instruendi, quânam faciliore, aptioreque methodo fidei nostræ mysteria tradi, explicarique opus esset; ac inspiciendi per se, num ex præscripto Christianæ doctrinæ exercitationes recte haberentur (b).

71. Tribus annis, quibus resedit Capuæ, hæc ultra præstitit. Administrando Pœnitentiæ Sacramento libentissime, ac promtissime aderat quibuscumque ad eum convenientibus (c). *Ter visitavit totam Diœcesim, ter celebravit Synodum Diœcesanam, & semel Concilium provinciale, quod ab annis octodecim non fuerat celebratum* (d). Universam autem Diœcesim lustrabat nullo fere populorum sumptu, ac omnium, quibus opus esset, commeatu plerumque e Capuana Civitate perducto, ne ulli ex Parochis incommodo foret (e), & in singulis, quos adibat, locis nusquam prætermissâ divini Verbi ad populum prædicatione, sacrique Chrismatis dispensatione (f). Illud præterea universi Gregis sui bono providerat: nam, *quoniam ipse non poterat toto anno esse in pagis, & in civitate, mittebat duos Patres Societatis, qui circumirent pagos, assignatis illis decem aureis in singulos menses, ne gravarent rusticos; & quando ipse visitabat pagos, Patres illi manebant in civitate concionantes, & confessiones audientes* (g). Denique illa egit, de quibus ipsi sæpius gratulatus

(a) *P. Virgilius Cepari ex Proc. Ap. Rom. T.XII. Sum. pag.22.§.5. & Cardinalis Crescentius in jurata attestatione. Sum. pag.84. §.8. T.XXV. in Cap. Apost. Sum. add. pag.55. §.5.*

(b) *Ex Proc. Polit. Apost. T.III. Præfectus Cubiculi* -- le feste in Capua scese molte volte in Chiesa alla Dottrina Christiana. *Sum. pag.21. num.11. §.2. Narrat P. Bartoli lib.2. cap.8. pag.186.* -- Viveva tutt'ora quest'anno un Vecchio di somma autorità, che ricordava l'averlo perciò veduto venirsene tutto a piedi, e in beretta alla parrocchia di S. Marcello Maggiore --.

(c) *Ita Sacerdos Antonius Cangiano in Cap. Apost. Sum. pag.37. Et ex colloquio habito cum S. D. testatur Eques Uvisse Hierosolymitanus T.V. in Proc. Neap. Ord. Sum. add. pag.36. §.25.*

(d) *Ut refert Bellarminus in relat. vitæ suæ. Sum. pag.128.§.43. & constat ex ipsa Provinciali Synodo, quæ censuræ subjecta fuit, & ex Præfecto Cubiculi T.III. in Polit. Ap. Sum. pag.10. §.4. aliisque testibus in Sum. pag.11. §.12. & 13. pag.12. §.23. pag.13. §.31.*

(e) *Idem Præfectus Cubiculi loco cit. & ex Proc. Rom. Apost. T.XIX. Magister Domus Sum. pag.12. §.27. Cervin. in adumbrat. Imag. fol.29.*

(f) *Ex Proc. Rom. Apost. Idem T.XIX. Sum. pag.12. §.27. ex Cap. Apost. T.IV. §.62. ex Rom. Ord. P. Endæmonjuannes T.II. Sum. pag.101. §.12.*

(g) *Bellarm. in d. relat. Sum. pag.128. §.44., late P. Fuligatti in ejus vita cap.22. pag.182.*

latus est Clemens VIII., dum ei præsertim rescripserat: *Tum illa pergrata, quæ narras de tua pastorali sollicitudine, & piis laboribus ad Dei gloriam, & Christi ovium istarum utilitatem, quæ tibi sunt creditæ. Gaudeamus in Domino fili, quod talenta tua, quæ multa, & præclara a Deo accepisti, multa multo cum spirituali fructu in ista insigni Ecclesia negotieris* (*a*).

72. Peculiari quoque studio animum adjiciebat suum ad erudiendos in Christianâ doctrinâ, iisque omnibus, quæ ad æternam salutem opus erant, familiares suos (*b*); ad quos præterea singulis quibusque mensibus statutâ die, vel etiam sæpius pias adhortationes habere consueverat (*c*): vitas etiam sanctorum in domo sua publice expositas retineri jusserat familiarium, aliorumque advenientium commodo (*d*): quodque ad hanc familiarium curam attinet, ut paucis cuncta complectar, *Domesticam familiam ita regebat, domum suam [cui qui præesse nescit, Ecclesiæ Dei diligentiam habere non posse clamat Apostolus] ita moderabatur, ac temperabat optimis institutis, ut potius Regularium cœnobium, quam Aulicorum familia videretur* (*e*).

78. An-

(a) *Litteris 10. Januarii 1603. relatis in Sum. add. pag. 66.*

(b) *P. Eudæmonjuannes T.II. in Rom. Ord. Sum. pag. 101. §. 12.* -- eziandio insegnava la Dottrina Cristiana alla famiglia più bassa, ed ho avuto io stesso in mano il libretto, che, come mi dissero, lui teneva quando gli esplicava, e per più certificarmene lo domandai poi al Maestro di casa, che me lo confermò -- *P. Mutius Vitellescus T.XXII. in Rom. Apost. Sum. num. 11. pag. 23.* -- dichiarava il Credo alla sua famiglia.

(c) *De his ad familiares sermonibus P. Mutius Vitelleschi T.XXII. in Proc. Apost. Rom. Sum. pag. 10. §. 14. P. Eudæmonjuannes loco superius cit. Item T.V. ex Cap. Apost. Sum. pag. 30. §. 22.* -- Vidi ed intesi, che tanto la Quaresima, quanto le Domeniche dell'Avvento verso la sera all'Ave Maria detto Signor Cardinale sermoneggiava alla sua famiglia in sua casa, dove ce venivano altri Corteggiani di Cardinali ad intenderlo, così come più volte io vidi, e mi trovai in ciò presente, e con molta attenzione, e dimostrazione era inteso. *Et Jacobus Sirmundus In epist. 8. Martii 1622. ad P. Fuligattum. Sum. addit. pag. 83.* -- Mortuo Baronio, cum ad Bellarminum postridie missus essem, interfui exhortationi, quam ad domesticos familiares de more habebat initio mensis. In ea vicissim quo animi sensu esset erga Baronium apparuit --, *Et Celsus Americus Generalis Cælestinorum in ejus testimonio relato in epist. 99. pro Causa Beatificationis pag. 129.* -- Faceva continui ragionamenti spirituali alla famiglia, esortandola a vivere Christianamente, & alla frequenza de' Sagramenti.

(d) *Præfectus Cubiculi T.III. in Proc. Polit. Apost. Sum. pag. 11. §. 4.*

(e) *Ita Card. Centinus in ejus testimonio. Sum. pag. 87. §. 6.; cui cohærent ea, quæ de familiæ regimine, ac disciplina narrat Petrasanct. in ejus vita lib. 3. cap. 4. pag. 240.*

73. Angustis tamen & familiæ, & Capuanæ Diœcesis limitibus eo etiam tempore haud circumscripta erat ipsius Charitas, sed omnes orbis partes pervaserat cura, quæ Bellarminum adeo sollicitum habuit cunctos ad fidem, pietatemque omnem instruendi, informandique. Dum in Diœcesi Capuana moraretur, explicationem edidit Symboli Italico sermone, eo nimirum consilio, *ut Parochi, qui concionari nesciunt, legerent post Evangelium unius articuli explicationem, præcipue quando congruebat cum festis diebus* (a): sed plures jam ante annos duplicem Christianæ doctrinæ libellum ediderat, breviorem unum, grandiorem alterum, sive potius libellum unum duas in partes divisum, ac explicandis, addiscendisque præcipuis Religionis nostræ capitibus accommodatissimum; de cujus pretio, ac utilitate plura dicere supersedeo, quum laudes meas omnes occuparint & judicium plurium gravissimorum virorum (b), eorum præsertim, qui ex mandato Clementis VIII. opus illud recognoverunt; & judicium ipsius Summi Pontificis Clementis VIII., qui hunc eumdem doctrinæ Christianæ libellum ceteris pluribus, de eodem argumento hactenus vulgatis, omnino prætulit, hunc unum usurpari jussit in Ecclesiis totius Pontificiæ ditionis, atque hunc ipsum adhortatus est ut reciperent, adhiberent, atque adhiberi curarent reliqui omnes aliarum Diœcesum Antistites; quemadmodum nostrâ etiam ætate non in Italiâ solum, sed & in permultis remotioribus locis scimus frequen-

---

(a) *Ut scribit idem Bellarminus in vita sua relatione. Sum. addit. num.3. pag.18. §.45. Hæc explicatio inter ejus Opera recensetur in Bibliotheca Scriptorum Societatis.*

(b) *Episcopus Julius Sansidonius Bellarmini Operum utilitatem commendat* -- Ma particolarmente per le Dottrine Cristiane grande e piccola, per le quali con si facile e sublime Dottrina illumina l'intelletto nelle cose della S. Fede Cattolica nel credere e nell'operare -- *ut in vita B. Ambrosii Sansidonii ab eo edita & in Process. Rom. Ord. Sum. pag.113. §.56. Et Cardinalis Laurea in ejus suffragio ordine 13. Bellarminum commendat* ex parvo illo, sed mirabili Doctrinæ Christianæ Cathechismo in Orbem totum in omni idiomate diffuso, quo omnes, quotquot sumus, in rudimentis fidei instructi invenimur; quo ipsemet, & per alios, pueros, & ceteros instruebat -- *Cardinalis item Pignatellus Archiepiscopus Neapolitanus Epist.LXXIV.* -- Accedit, *inquit*, Bellarmini laudibus altera(ut ita dicam) ex ore infantium, & lactentium, quibus ille præcipua, & a sensu remotissima fidei nostræ mysteria ediscenda proponit aureo illo exiguæ molis libello, quo & nos, ac fere omnes utuntur Catholici Antistites, mirificeque juvantur ad erudiendas plebes.

quentissimum esse, ac perutilem hujus libelli usum, & ab Romano Concilio rursus confirmatum (*a*).

74. Quam verò salutaria, & utilia Christianæ reipublicæ sunt & alia permulta Bellarmini Scripta, & Opuscula ab eo plerumque edita, dum procul ab quocumque hominum, ac negotiorum strepitu solus Deo, sibique ipsi vacaret, veluti commentaria in psalmos, de septem verbis Domini, de gemitu Columbæ, de æterna felicitate Sanctorum, de ascensione mentis in Deum? Valent sane plurimum, immo nata apta esse videntur ad singularis pietatis sensus excitandos, fovendosque. De iis, sive de eorum nonnullis satis nunc sit referre quid senserit S. Franciscus Salesius ad Bellarminum scribens: *De tuâ erga hujus Diæcesis* [inquit] *miserias commiseratione libri tui Controversiarum*; *de tuâ verò erga pias animas benevolentiâ novissimus ille, & amabilis nimis tuus Beniamin dubitare non finit*: Itemque aliâ epistolâ: *Eidem plurimum gratulor de ultimis duobus libris piissimis, quibus fidelium mentes & recreavit, & ad meliorem frugem excitavit* (*b*): Quam boni etiam & salutares libelli de officio Principis Christiani, & admonitionis ad Theanensem Episcopum Nepotem suum; quem postremum aureum vocat, ac pro diviti thesauro ab sapientibus habitum scribit Rothomagensis Archiepiscopus (*c*)?

75. Hæc Opuscula non alio consilio, nec aliâ mente in publicam lucem a Bellarmino prolata, quam ut fidelium animarum bono prodessent, perfectissimum certe nobis repræsentant virum, qui fidei, spei, charitatis in Deum, & proximum amplitudine, Christianâ humilitate, innocentiâ, omnique aliarum virtutum genere sanctissimis etiam viris sit comparandus; quum celestis ista sapientia haud alibi adquiri potuerit, *nisi in schola affectus & amoris, vehementisque exercitii moralium virtutum, quibus affectiva pars purgari solet* (*d*); quemadmodum insigne argumentum

Cha-

(a) *Tit. cap.4*

(b) *In epistolis 10. Julii 1616. & 12. Semptembris 1617. relatis in Sum. addit. pag.53. §.16. & 54 §.19.*

(c) *Cujus instantissimis precibus, ut formam sancti Pastoris præscriberet, eum confecit; ut in ejus epist. relata in Sum add. pag.84. Libellum hunc tanti fecit Eminentissimus Card. Passioneus, ut dum Legatum Apostolicum ageret apud Helvetios, novam ejus editionem perfecerit. Vide adjunctum Scriptorum elenchum ad annum 1729.*

(d) *Prout his verbis de mysticæ Theologiæ scientia observat insignis mysticus doctor Ven. Bartholomæus a Martyribus in Compend. mysticæ doctrinæ part.2. cap. 12.*

Charitatis, quâ alii ſancti viri ſuccendebantur, educimus ex eorum ſcriptionibus, & opuſculis; ſcilicet ex libro Confeſſionum Auguſtini, ex Bernardi Sermonibus in Cantica, ex Spiritualibus opuſculis Bonaventuræ, ex Franciſci Saleſii libello de Amore Dei; ita quidem, ut ex illis commentariis, & opuſculis eximiam Bellarmini Charitatem agnoverint Cardinales Centinus, cognomento Aſculanus, & Deſiderius Scaglia (*a*), Cardinalis item de Laurea (*b*), Summus Pontifex Urbanus VIII., (*c*) aliique ſapientiſſimi viri, quos hic recenſere nimis longum eſſet. Ex his tamen reticendum haud eſſe arbitror modo laudatum S. Franciſcum Saleſium, qui in præfatione libelli ſui de Amore Dei peculiari hoc elogio Bellarminum exornat: *Quel grande e celebre Cardinal Bellarmino ne ha parimente poi fatto un picciolo libretto intitolato la Scala per aſcendere a Dio dalle creature, che non può eſſere, che meraviglioſo, uſcendo da quelle ſapientiſſime mani, e divotiſſima anima, che ha ſcritto tanto, e ſi dottamente per il bene della Chieſa.*

76. Et quoniam in ſimplici, familiarique ſermone ſapor mentis guſtatur, & theſaurus pectoris publicatur eloquio, ut recte ſcribit S. Paulinus; locupletiſſimum ſane pectoris theſaurum detegunt eloquia ejus ſive ore tenus (*d*), ſive familiaribus epiſtolis expreſ-

(a) *Quoniam prior* -- jam verò, *inquit*, illius Opuſcula leniore quodam ſpiritu profuſa illius Chriſtianam pietatem, lenitatem, ac plene bonam animam, quam erat ſortitus, redolent; in odorem plane ſuavitatis legentium animos honeſtiſſimis delinimentis alliciunt, ac mores ad omnem vitæ ſanctitatem informant -- *& alter* -- ſono l'opere ſue ſpirituali, e ſpecialmente quella de Aſcenſione mentis in Deum, condite di tanta dottrina e pietà, che non è facile a diſcernere, s'egli foſſe più dotto, o più pio; e da eſſe ben ſi comprende con quanta facilità per l'abito lungo fatto nella meditazione, rapiva ſe ſteſſo alla contemplazione delle coſe celeſti, paſcolo perpetuo de' ſuoi penſieri, e materia indeficiente de'ſuoi ragionamenti -- *ut in Sum. num.28. pag.87. & 93.*

(b) *In ejus ſuffragio ordine XIII.* -- De Charitate in Deum multa & bene dicta ſunt, ſed melius a Poſtulatoribus omiſſum video, Aureum illud Opuſculum de Aſcenſione mentis in Deum, ubi per 15. gradus, ideſt, conſiderationes operum Dei, docetur anima ad Deum aſcendere, & e legentis corde inſuperabili neceſſitate amoris Dei eruit flammas. In ſoliloquiis, quæ ſecum, & colloquiis quæ cum Deo ibi ſæpe peragit, manu quaſi tangitur Charitatis fervor, & oculo quaſi unio ejus cum Deo cernitur. Talia enim verba fatur, quali ſit præditus arte, & ex abundantia cordis os loquitur.

(c) *In libro cui titulus Maphei S. R. E. Card. Barberini nunc Urbani Papæ VIII. Poemata an.1642.*

(d) *Utilia ſemper & pia miſcuiſſe familiaribus ejus ſermonibus teſtantur Cardinales a Monte, & Verallus. Sum. pag.63. §. 2. pag.75. §.7. Card. d'Eſte pag.79. §.4.*

ſa, piiſſimiſque animi ſenſibus redundantia (*a*); quorum aliqua ſuis diſtincta locis, & ordine mox referre non prӕteribo, dum Bellarmini actiones perſequi inſtituo per ſingulas rerum ab eo geſtarum ſpecies.

77. Inter has omnes occurrit mihi primum actio illa valedicendi ſeculo, religioſoque Ordini ſe devovendi, quӕ licet in nobili adoleſcente, florentiſſimӕque ӕtatis, cujus tum Bellarminus erat, ſatis audax inceptum fuerit, non ſine interiore Deo perficiendum; multo tamen prӕſtabilius reddunt complura facti adjuncta: Nam ſicuti in capeſſendӕ religioſӕ vitӕ propoſito *clariora heroicitatis indicia apparebunt, ſi aliӕ accedant circumſtantiӕ, fortitudo in ſuperandis precibus parentum, contemtus bonorum, quӕ in propriâ domo ſunt, neglectus dignitatum, quӕ merito expectari poſſunt in Seculari, vel Clericali vita* (*b*); ita omnia hӕc indicia Bellarminus prӕbuit. Ac primo *fortitudinem in ſuperandis precibus parentum*, qui licet non minus pietate, quam genere ſatis clari, nihil ſӕvum, & aſperum pro frangendâ ejus voluntate commiſerint; ӕgerrime tamen ejus, quem maxime diligebant, & in quo ſpem omnem fortunarum, ac dignitatum locarant, orbitatem tulerunt (*c*); nec ante

---

§.4. 5. -- Avevo coſi gran guſto in ſentirlo diſcorrere, e tanto profitto cavavo da ſuoi avvertimenti paterni, che il cor mi s'inteneriva, e non potevo tener le lacrime -- *Card. Vbaldinus Sum. pag.*88. §.5. -- li ſuoi ragionamenti erano ſoaviſſimi, ne quali ſcuopriva ſpeſſo l'ardente zelo, e la carità, che gli ardeva nel petto -- *Card. Valerius refert epiſtolam ad Bellarminum Cardinalis Valerii Senioris anno* 1594. *hӕc ſcribentis pag.*89. §.5. -- ſenza V.R. non poſſo ſtar contento a Roma, la quale tanto amo, e dalli ragionamenti, dalli quali così vecchio imparo -- *Card. Mauritius a Sabaudia pag.*96. §.11. -- Prendevo grandiſſimo diletto della ſua dolce e pia converſazione non meno utile per li buoni eſempj, che mi dava in ogni genere di virtù, che profittevole per li ſanti documenti; per tanto ſentendomi da quella grata piacevolezza di coſtumi allettare con particolare inclinazione, l'andai ſpeſſo a viſitare; e ſe bene mi trattenevo con lui buon ſpazio di tempo, ſempre mi pareva di eſſervi ſtato poco, ſi grande era il guſto, che prendevo in mirar la ſua grand'umiltà, & udir li ſuoi buoni ricordi, conditi ſempre di notabili eſempj molto a propoſito per muovere al ben operare.

(a) *Veluti ex Bernardi epiſtolis deprehendi amorem ejus ad omnem juſtitiam ac virtutem obſervat Goffridus in ejus vita cap.*7. -- Epiſtolis (*inquit*) quas ad diverſas perſonas ob negotia diverſa dictavit, prudens lector advertet, quo fervore Spiritus juſtitiam omnem dilexerit, omnem ӕque oderit injuſtitiam. Fidelis enim Servus Chriſti non quӕrebat aliquid ſuum, quidquid tamen erat Chriſti ſic curabat ut ſuum.

(b) *Vti docet Sanctitas ſua de Canoniz. Sanctor. lib.*3. *cap.*23. *num.*18.

(c) *De parentum dolore, prӕterquam quod ſatis eſt veroſimilis, habemus teſtimonium Marcelli Cervini in Sum. add. num.* 2. *pag.*17. -- Societatem Jeſu

„ pro-

ante abire passi sunt, quam exactis induciis integri unius anni, ac pertentatà omni vià eum dimovendi ab suscepto consilio (a). Secundo *contemtum bonorum, quæ in propriâ domo erant*, quæque licet non abundantissima, non adeo tamen exigua erant, ut ad amorem sui pellicere haud possent animum humanæ cupiditati paullum indulgentem. Tertio *neglectum dignitatum, quæ* H 2 *me-*

profiteri decernit, nec tarde novum Roberti consilium, ac deliberationem clara indicia parentibus aperuerunt, qui quantà molestià fuerint affecti, quanto oppressi dolore incredibile est. Recens enim adhuc erat, & in illorum animis tenacissime hærebat angor extincti Marcelli II. hoc est illorum extinctæ lucis. Nec Bellarminæ domui erat, in quo magis acquiesceret, quam in Roberti expectatione. In illo tota revivisscendi spes posita erat -- *Habemus etiam Cinthiæ matris epistolam ad P. Jacobum Lainez Præpositum Generalem, ita dolorem suum exprimentis* -- Benchè a me sian restati alcuni altri figliuoli, non dimeno in quello più che in tutti gli altri mi compiacevo, e quello era la speranza mia per le qualità sue, sì di divozione, sì ancora d'ingegno; non di meno con tutto questo essendo stata contentissima dal principio del desiderio suo, e molto più contenta essendo al presente di consecrarlo a Dio, sapendo che a lui si devono le cose migliori; non dimeno, dico, non posso contenere il dolore, che mi è nato in questa tal separazione dell'amatissimo figlio con la madre -- *ut in Sum. add. num.2. pag.18. §.14.*

(a) *De hujusmodi conatibus parentum idem Marcellus Cervinus loc. cit.* -- Vehementer igitur commoti, nulla intentata via est, quà revocare a proposito illum se posse confiderent; sed neque majorum preces, aut domesticorum squallor ipsum inflectere potuerunt, quin in hoc quasi conflictu dies aliquot mirum in modum exagitatus firmior evaderet -- *Tum etiam P. Rector Collegii Politiani in epistola tunc scripta ad Præpositum Generalem* -- Intendo dalla moglie del Signor Alessandro, che Roberto nostro al Castello detto il Vivo, luogo loro, ha predicato al Popolo, & ha molto soddisfatto. Il Padre suo è per andar là domani o l'altro, faranno il suo sforzo di ritirarlo. Spero nel Signore staranno forti, perche stanno in compagnia Ricciardo e Roberto, & Dominus in medio ipsorum, funiculus triplex difficile rumpitur -- *ut in Sum. add. pag.18. §. 40. Parentes enim tam Bellarmini, quam Ricciardi Cervini, antequam hi societatem ingrederentur, impetrarunt a Præposito Generali, ut unum adhuc annum manerent apud se, ut narrat ipse Bellarminus in relat. Sum. pag.119. §.8.; quoque ipse missus fuerit ad ociandum ruri una cum Ricciardo Cervino ejus consobrino, ut periculum fieret eorum propositi de suscipiendo statu religioso, testantur Camilla Bellarmini soror de auditu ab aliis, Joseph Avignanesius familiaris Bellarmini de auditu ab eo. In Sum. pag.3. num.3. Scribit quoque Bellarminus tunc edidisse* libros, quos non absolvit, de impedimentis, quæ sibi afferebantur, ne ingrederetur societatem, *ut in Sum. pag.118. §.4.; eique propositam & collaudatam potius fuisse antiquam aliam, & nobilem Religionem tradunt Marcel. Cervin. loc. cit. & Petrasanct. lib.1. cap.4.* -- eoque in spatio edidit Robertus constantiæ specimen varium, præsertim dum ad delectum religiosæ familiæ plures proponebantur, & ante alias eximius Ordo Prædicatorum, ex quo viri sapientiæ, sanctimoniæque laude conspicui, sæpe in Ecclesiasticas dignitates evehuntur.

meritò expectari poterant in Seculari, vel Clericali vita: Quippe Societatem Jesu ceteris Ordinibus prætulit eo præcipue consilio, ut non solum dignitatibus, honoribusque, sed & omni eorum comparandorum in posterum spe, & facultate penitus se submoveret. Facilem autem, ac propinquam illi spem fuisse ad honorum quorumvis, ac dignitatum aditum, non modo perhibet ingens illa expectatio a parentibus de eo præconcepta, verum etiam & generis nobilitas, & recens Marcelli II. Pontificis optimi, cujus Bellarminus ex sorore nepos erat, memoria, & ingenii præstantia una cum singulari morum suavitate, ac pietate conjuncta.

78. Mundanis itaque rebus, & curis omnibus abjectis, cœloque semper defixus *per Charitatem* [ut verbis utar Marcelli Cervini] *in Deo manebat, Deo inhærebat, in Deum terminabatur, in Deo sedem habebat*: Nam præter solidam horam matutino tempore per singulos dies mentali orationi impensam, sive antea, sive postea quam ad Cardinalitiam dignitatem evectus esset (*a*); præter quotidianum Missæ Sacrum ab eo numquam, quoad per valetudinem liceret, intermissum (*b*); ac præter horas Canonicas, quas flexis plerumque genibus, aut stans (*c*), ac suis, distinctisque singulas temporibus recitare perpetuò solebat, hoc ordine, ut summo quidem mane Matutinum cum Laudibus, ac illuscente die primam Horam persolveret, tum diurnis aut litterariis, aut aliorum negociorum occupationibus tertiam, ac prandio sextam præmitteret; post prandium nonam, sole ad occasum inclinante Vesperas; quum autem sol occidisset, Completorium diceret (*d*); [cujus quidem ordinis tam diligens, & constans observatio, per tam plura distincta, fixaque temporum intervalla, quam difficilis sit Cardinali tantâ curarum, ac laborum mole fere obru-

---

(a) *Ut fidem nobis faciunt informatissimi testes XII. XIX. & XXII. in Proc. Rom. num.29. pag.107. & pag.111. §.41. & Cardinalis Crescentius Sum. num.28. pag.84.*

(b) *Ut præsertim adfirmant in Proc. Rom. Apost. Testes XII. XV. XVII. XIX. & XXII. v l familiares, vel intimi Servi Dei in Sum. num.23. pag.52. & 53.*

(c) *Ex Præfecto Cubiculi T.III. in Proc. Ap. Polit. Sum. pag.6. §.9. ex T.V. in Proc. Neap. Ord. Sum. add. pag.22. lit.A. §.3. & ex aliis testibus intimis Servi Dei, scilicet XII. XVII. & XXII. in Proces. Roman. Apost. Sum. pag.52. §.5. 18. & 21.*

(d) *De hac Horarum recitatione distinctis temporibus idem Cubiculi Præfectus Sum. pag.6. §.10. & seqq. Episcopus Invitiatus T.V. in Proc. Roman. Ord. Sum. pag.117. ac Testes XII. & XV. ex Rom. Apost. Sum. num.23. pag.52. §.5. & 13. Cardinalis item Verallus. Sum. num.28. pag.63. tum etiam Scriptores omnes vitæ Bellarmini.*

obruto, uti Bellarminus erat, omnes ſcimus; quum etiam, *ſi quis alius*, ut idem Bellarminus notaverat, (*a*) *conari velit ſic horas Canonicas legere, & noctu etiam ſurgere ad nocturnas horas perſolvendas, experiatur omnino ſine labore, ac patientiâ ſe non poſſe divino Officio ſatisfacere*]; præter itidem Litaniarum preces ſub ingruentis noctis tempus ab ipſo (*b*) una cum familiaribus ad domeſticam Cappellam convenientibus per ſingulos dies haberi ſolitas; præter, inquam, hæc omnia, ne unius quidem momenti jacturam faciens, dimidium vix horæ meridiabat, nec aliter quam obambulans, ac precarias coronas percurrens; idemque poſt cœnam alicujus quietis loco factitabat (*c*); reliquam verò omnem temporis partem, quæ ſibi a publicis, privatiſque negociis ſupererat, orationi itidem, rerumque divinarum meditationi concedebat (*d*). Noverat enim *hoc eſſe Chriſtianæ animæ pabulum, ſi in lege Domini meditetur die, ac nocte* (*e*).

79. Quâ de re etiamſi nullos haberemus teſtes, pro multis ſane teſtibus, ac documentis nobis ſufficerent tot, tantæque ipſius Bellarmini elucubrationes piiſſimæ, Commentaria ſcilicet in Pſalmos, aliaque illa complura Opuſcula ſuperius recitata; quæ omnia eum cordis affectum præferunt, tam ſanctis abundant eloquiis, ad humanarum rerum contemtum, Deique amorem adeo accendunt, ut facile intelligamus non aliunde illa prodiiſſe, quam ex interiori

---

(a) *De ſeptem verbis Domini cap.*10.

(b) *Idem Cubiculi Præfectus Sum. pag.*7. §.20. & *P. Mutius Vitelleſchi T.XXII. Sum.pag.*10.§.24. *ac Joſeph Finalis Coadjutor Societatis in ejus depoſit.pag.*7. *ubi* — Da un ſuo ajutante di camera mi fu detto, che eſſendo uſo il Cardinale a dire le Litanie ogni ſera in pubblico nella ſua Cappella con l'intervento di tutti, una volta ſi accorſe, che mancava il mozzo di ſtalla, volle aſpettare finchè egli foſſe trovato, e venuto cominciò le Litanie, *uti refertur in poſit. cauſæ de relev.pag.*179.

(c) *Idem Cubiculi Præfectus Sum. pag.*7. §.21. & *Magiſter Domus T.XIX. Sum. num.*17. *pag.*41.

(d) *Id non modo ſcimus ex teſtibus diuturnâ Servi Dei conſuetudine edoctis, nimirum III. ex Polit. Apoſt. Sum. n.*24. *pag.*54., *XVII. & XIX. ex Roman. Apoſt. Sum. num.*13. *pag.*29. & *num.*24. *pag.*55., *Cardinali item Creſcentio Sum. num.*28. *pag.*84.; *Sed ex iis, quæ explicat Bellarminus ipſe in epiſtolis, libellis, ac eorum præfationibus, præſertim in epiſt. ad Leſſium, & in altera ad Julium Epiſcopum Herbipolenſem, quæ referuntur in Sum. add. num.*5. *pag* 40., *itemque in epiſt. nuncupatoria Commentar. in pſalmos* — Mecum ipſe, *ait*, cogitare cœpi, ſtudium contemplationis rerum ſacrarum ob auctas publicas occupationes non eſſe facile deſerendum .... Quare horas illas, quibus a publicâ functione vacabam, ac præſertim nocturnæ quietis tempora in meditatione Davidicorum Hymnorum, non ſine animi voluptate & utilitate conſumpſi.

(e) *Hieron. epiſt.*5.

riori ipsius cum Deo agentis sermone; neque perfici potuisse, nisi ab eo, qui cœlesti sapientiâ perfusus, ab assiduâ divinorum mysteriorum, æternæque legis cogitatione fere numquam cessaret; utque intelligamus etiam verissimum esse, quod scribit Petrasancta (*a*): *Expertus feliciter est Cardinalis Bellarminus, quam pronunciaverit sapienter D. Athanasius illud: sufficit animæ puritas, ut per se Deum speculetur.*

80. Etsi verò præcipua ejus meditatio in Deum esset, & in Servatoris nostri Jesu Christi vitam, ac mortem, veluti patet ex libello de Septem verbis Domini, quem postremo capite concludit verbis illis: *Christus igitur magister bonus. Hoc exemplar est nobilissimæ virtutis, quod intueri semper debent, qui a Deo vocati ad palmam propriæ abnegationis, & Christi imitationis aspirant*: Cujus rei caussâ & magno in pretio habuisse, & perpetuâ, suavissimâque lectione versasse Opusculum illud *de Imitatione Christi*, scimus ex iis, quæ de Gersone ipse recensuit in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis: *Præclarissimum*, ait, *Opusculum de Imitatione Christi est utilissimum, & jure in tota Ecclesia summo omnium consensu receptum. Ego certe ab adolescentia, & usque in senectam hoc Opusculum sæpissime volvi, & revolvi, & semper mihi novum apparuit, & nunc etiam mirifice cordi meo sapit*: Non omittebat tamen in sanctorum virorum, Cardinalium præcipue, & Episcoporum vitas, & exempla diligentissime intueri, ut totum se, quam simillime posset, ad eorum formam effingeret.

81. Quamobrem eorum, qui vel Cardinales, vel Episcopi insigni vitæ sanctimoniâ ceteris præluxerunt, nomina in catalogum sibi retulit (*b*), res ab iis gestas frequens lectitavit (*c*), earumdem quotidie lectionem ad mensam adhiberi voluit (*d*): *Ego* [ita scripserat Archiepiscopo Rothomagensi petenti, ut formam sancti Pastoris præscriberet] *tamquam ad speculum oculos*, *ani-*

(a) *In ejus vita lib.6. cap.3. pag.446.*

(b) *Extat hic catalogus in Sum. add. pag.63. & 64., cumque memorat Sanctitas Sua de Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.33. num.7.*

(c) *Joseph Avignanesius Præfectus Cubiculi T.III. ex Proc. Polit. Apost. Sum. pag.11.§.4.P.Minutoli T.XII. ex Proc. Apost. Rom. Sum. pag.11. §.9. T.XIV.XVI. §.14., T.XXI. pag.4. §.31. T.XII. ex Cap. Ap. pag.16. §.87, P. Eudemonjuannes T.II. Proc. Rom. Ord. Sum. pag.106. §.22.*

(d) *Idem Cubiculi Præfectus loc. cit. & ex Proc. Apost. Roman. T.XIV Eleemosynarius Servi Dei Sum. pag.11. §.15. Bellarminus ipse in sua relat. Sum. pag.129.* -- Legebat vitas sanctorum Episcoporum, quas ex Surio in unum collegerat, & ex hac lectione plurimum juvari se sentiebat --.

animumque converti, ad vitas scilicet eorum, qui optimi, & laudatissimi Episcopi fuerunt, legendo illorum historias ac gesta, & adnitendo, ut illis per Dei gratiam efficerer simillimus illorum actiones imitando. Quare Sanctorum Episcoporum vitas semper præ manibus habebam, & perpetuò in meâ mensâ erat aliquod Surii volumen apertum, ut ordine percurrerem vitas Sanctorum Episcoporum (a).

82. Ex hoc perpetuo orandi, meditandique usu, & ex illustribus adeo exemplis sibi propositis veram illam hausit Sanctorum scientiam, quâ lucem a tenebris, pretiosa a vilibus secernens, ad Deum tantum, æternamque vitam animum intendebat suum; res autem omnes hujus seculi fluxas, & caducas penitus contemtui habebat, fastidiebatque. *Cervinam familiam, quam arctiori vinculo necessitudinis, & peculiari instinctu plurimum adamabat, pene jacentem respiciens, dum compatiebatur, etiam terrenæ felicitatis despiciendam esse fragilitatem, & infirmitatem, æternam verò, quæ sine amittendi timore possidetur, inquirendam sæpissime monebat* (b). Nostram in libello de Gemitu Columbæ cæcitatem reprehendit, qui a Deo liberalissimo cœlestium omnium charismatum largitore *ideo non accipimus, quia non magni facimus dona Dei, neque gratiam remissionis peccatorum, neque ipsam vitam æternam. Si enim ista magni faceremus, frequenter, ardenter, cum clamore valido, cum gemitu, & lacrymis peteremus. Sic enim petunt temporalia bona cives hujus mundi, qui illa valde diligunt; sic etiam petunt, & accipiunt veri Servi Dei dona cœlestia, qui illorum pretium noverunt: sed hi pauci sunt, illorum infinitus est numerus*. Eos quoque stultos vocat, qui deflent quidem inconsolabilibus lacrymis mortes charorum, aut jacturam pecuniarum, aut alia quæcumque temporalia detrimenta; siccis autem oculis animi mala prospiciunt. *Quid enim* [ait] *mirum est, si peritura intereunt? & si temporalia cum tempore transeunt? & si mortales moriuntur? At mortem animæ, quæ victura est in æternum, & jacturam regni cœlestis, quod est maximum, & sempiternum, non deflere, imo non magni facere, neque curare, nonne stuporis, vel amentiæ argumentum est manifestum?* (c) Scripserat alibi (d): *Nos, qui per gratiam Dei Paradisum patriam*

(a) *In epist. relata in Sum. add. pag.65.*
(b) *Marcellus Cervinus, qui hujus familiæ erat, in adumbr. Imag. pag.33.*
(c) *De gemitu Columbæ lib 1. cap.9. circa finem.*
(d) *In epist.104. inter impressas.*

triam computamus, non debemus in hoc exilio multum de temporalibus laborare, scientes nos habere meliorem, & manentem substantiam, videlicet civitatem, cujus artifex, & conditor Deus est.

83. Immo bona cuncta temporalia pro malis computabat: quamobrem verba illa, quæ ab Ecclesia usurpari solent: *Sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna*, verterat in hæc alia: *Sic transeamus per mala temporalia, ut non incurramus æterna* (a). Ut enim scribit ipse, *tres videntur miseriæ toti humano generi communes, omnibus notæ, morbus, paupertas, & servitus, sive subjectio. Sed aliæ tres sunt miseriæ majores, quas pauci arbitrantur esse miserias, bona valetudo, ubertas opum, & imperium, sive splendor honoris, & dignitatis* (b). Propterea constantem adeo, & imperturbatum gerebat animum inter quoscumque humanarum rerum eventus (c), ut ingenue fateretur nihil omnino esse, quod nocturnam, & placidam sibi quietem abrumperet (d): perturbari tamen visus est, quum funestos excepisset casus duorum, qui proprio in peccato misere perierant (e).

84. Cardinali Ursino percunctanti, num ei negocium quoddam cordi esset, responderat, aliâ se non urgeri curâ, præterquam æternæ sui ipsius salutis (f): dum quidquam minus recte dictum, aut factum ab aliis intelligeret, solitus erat dicere, rem sibi impossibilem videri, quod qui de novissimis suis, deque vitâ æternâ sæpius cogitaret, rem aliquam mundi hujus diligeret, aude-

(a) *P. Mutius Vitelleschi ex Proc. Rom. Apost. T.XXII. Sum.pag.38. §.51. subdens* -- Perchè diceva che li beni di questa vita sono più presto mali che beni.

(b) *In eodem lib. de gemitu Columbæ lib.2. cap.8.: ibique argumentum istud latius persequitur.*

(c) *De hac summâ æquabilitate & tranquillitate animi præter Testem III. inferius citandum Cardinales a Monte & Centinus Sum. pag.74. §.20. & pag.87. §.4.; præterea Baudinus de Noris quondam & ipse Præfectus Cubiculi, relatus ex Proc. Rom. Ord. apud Bartoli lib.3. cap.12. pag.366.*

(d) *Præfectus Cubiculi T.III. in Proc. Polit. Apost. Sum. n.7. pag.7. §.18.* -- Andava a dormire con tanta quiete, che diceva, che mai, nè pensieri, nè caldo, nè freddo gli guastava la quiete del sonno --.

(e) *Ex eodem Proc. Polit. Ap. T.III. Præfectus Cubiculi. Sum. pag.31. §.4.* -- Non si turbando egli mai per accidente alcuno; lo vidi però turbato due volte per il male del prossimo, una fù quando per lettere del Vescovo di Monte Pulciano intese, che un Cavaliere era morto in concubinato, l'altra quando uno condannato dalla S. Inquisizione non si era ravveduto --.

(f) *Fuligatti in ejus vita cap.17. pag.132.*

auderetque in Deum peccare (*a*). Ne suadere quidem sibi poterat, quod mendacium aliquis proferret (*b*): ubi vero secum alloquentes mentiri cognovisset, vultu statim inflammari videbatur expostulans, *perchè questi dicono le bugie* (*c*)? Audiens hinc de Joanne Berkmans Societatis alumno, ante ipsum Bellarminum vix mensem præmortuo, quasi rem prorsus singularem proferri, quod in libello quodam post Joannis obitum adnotatum legebatur, nullum umquam veniale peccatum consulto perpetrasse, paullulum substitit, interrogavitque, *Chi avrebbe mai fatto un peccato veniale volontariamente*? Deinde recogitans subdidit: *Io in quanto a me non mi ricordo d'averlo fatto*; atque iterum dicta perpendens, *volontariamente* [inquit] *vuol dire apposta. Io non mi ricordo d'averlo mai fatto* (*d*).

85. Ex eâ pariter orandi, in Deique lege meditandi exercitatione non dubito Bellarminum id assecutum fuisse, ut arctissimâ cum Deo conjunctione frueretur; qui propterea non semel visus fuerit ore, vultuque vehementer inflammari, dum vel incruento Missæ Sacrificio operaretur (*e*), vel de divinis mysteriis privatim cum aliquo dissereret (*f*); qui etiam pomeridianæ quie-

I tis

(a) *De auditu proprio P. Mutius Vitelleschi in Proc. Apost. Rom. T.XXII. Sum. pag.23. §.13. Cohærent quæ refert Card. Ursini. Sum. pag.77. §.2.* -- Se sentiva dire de' vizj del Mondo, gli parevano cose tanto lontane, che appena potessero essere -- *& Card. Desiderius Scaglia pag.94. §.6.*

(b) *T. III. Præfectus Cubiculi in Proc. Polit. Apost. Sum. pag.28. num.13. T.XI. Canonicus Ecclesiæ Capuanæ Sum. pag.30. §.24. cui alterum de mendacio accusanti* -- Esso rispose, che non poteva credere, che avesse detto la bugia -- *Card. a Monte. Sum. pag.73. §.14.*

(c) *De visu & auditu proprio Sacerdos Joannes Antonius de Cangiano T.XXI. in Cap. Apost. Sum. pag.31. §.29. & 30.*

(d) *Id refert P. Rector Collegii juvenum Anglorum T.I. in Proc. Rom. Ap. cum quo colloquium illud de Joanne Berchmans intercessit. Sum. pag.29. §.2. & apud Petrasanct. Sum. add. pag.16. §.36.*

(e) Notai in lui (*ita scribit P. Nicolaus Lancitius Cracoviæ 15. Aprilis 1623. in epist. apud Bartoli lib.3. cap.4. pag.392.*) che quando diceva la Messa, s'infiammava talmente, che le guancie gli divenivano rosse rosse, sicchè pareva volesse uscirne il sangue; e la diceva con tanta divozione, e riverenza, e decenza, e gravità, come se vedesse con gli occhi Cristo Nostro Signore. *De maxima devotione, qua sacra Mysteria peragebat, Testes præsertim XII. & XV. Sum. pag.52. & XVII. Sum. pag.29. num.13. ubi* -- Celebrava ogni mattina Messa con molta divozione, con edificazione particolare di tutti quelli che l'udivano, e tutto il suo studio era posto in star unito con Dio.

(f) *Sum. pag.78. §5. ubi Card. Ursinus* -- Egli subito cominciò a parlar meco di questo mistero con grandissimo sentimento, e non poteva saziarsi di parlare, sicchè la sua faccia era divenuta tutta rossa fuori di modo.

tis tempore precariis coronis intentus sæpius conspiciebatur veluti procul a sensibus positus, ita ut præfectum cubiculi coram stantem, elatâque loquentem voce, neque videret, neque intelligeret (a). *Narravit Cardinalis Petrus Aldobrandinus, a se quâdam die Cardinalem Bellarminum repertum esse ad horarias preces intentum adeo, ut, tametsi ab aulicis in Conclave ipsius introduceretur, ille nihilominus immotus hæserit, perinde ac si feriatus a sensibus cum Deo ageret. Deinde obsequia omnia tanto Hospiti exhibuit, qui æquissime rem interpretatus judicavit Deum non debuisse deseri, ut sermo cum homine institueretur* (b).

86. Rogatus quondam a Cardinali Crescentio, ne per æstivum tempus in Palatio Vaticano manere vellet, suavissimam gratissimamque sibi fore dixit eam solitudinem per idem ipsum æstivum tempus omni hominum frequentia destitutam; idque respondit non alio quidem [ut Cardinalis ipse Crescentius perhibet, & ego arbitror] consilio, quam ut liberius & commodius cum Deo ageret (c). Ugoni Fantio Politiano ad eum humiliter in Vaticano salutandum Kalendis Julii accedenti, *precatâ primum felicitate, inter cetera digito quasdam pias Beatorum e Societate Jesu imagines designans dixit hæc ipsamet verba: Cito ad eos volo convolare, & ad eos volo convolare cito, cito* (d). In Cardinalium Congregationibus, quum tractandorum negotiorum finis advenisset, ipse ab aliis paullulum secedens voce, gestuque Paradisum petere consuevit; uti sæpius vidisse refert Cardinalis Scaglia (e). Denique tam ardenti dissolvendi corporis, beatæque patriæ adeundæ desiderio incensus erat, eoque tam crebro, ac in tam longo annorum decursu agitatus, ut qui cum ipso versari solerent, nihil ex ejus ore frequentius audiverint in familiaribus, & privatis colloquiis, nihil ipse notabilius Epistolis, & scri-

(a) *Ut refert idem Cubiculi Præfectus T.III. Sum. pag.54. num.24. §.1. subdens* -- Ma con ogni poco toccarli le vesti, subito dando un tremore come un bambino, che pigli paura, tornava in se: il che mi accadde anco più volte mentre egli stava al tavolino per studiare --.

(b) *Petrasanct. in vit. Bellarm. lib.6. cap.3. pag.446.*

(c) *In jurata ejus attestatione. Sum. pag.84. §.7.* -- Tutto il tempo, che gli avanzava, spendeva, o nello studio, o nell'orazione: ed a questo proposito mi ricordo, pregandolo io, che si volesse partire dal Vaticano ne'tempi particolari dell'Estate, mi rispose che godeva infinitamente di quella solitudine, giacchè in quei tempi non vi praticava nessuno; e questo senz'altro per potere stare continuamente unito con Dio.

(d) *Marcel. Cervin. in adumbr. Imag. pag.66.*

(e) *In sua attestatione. Sum. pag.93. §.9.*

scriptis usurparet, quam cupere se dissolvi, & esse cum Christo; aut velle se ad domum suam [Cœlum nempe] proficisci (*a*).

87. Desideria vero hujusmodi non nisi Sanctorum esse, neque nisi ab unâ castissimâ, ardentissimâque Charitate prodire observat ex Augustino Bellarminus ipse (*b*); & expendens illa Pauli verba: *Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus justus judex; non solum autem mihi, sed & iis, qui diligunt adventum ejus*, perbelle ita commentatur: *idest iis, qui timore casto diligunt sponsum, & ideo cupiunt, ut cito veniat, & non tardet gloriosum adventum suum. Sed adultera, quæ non diligit sponsum suum, timet adventum ejus, & vellet, si fieri posset, ut numquam veniret. Sponsa autem in extremâ Apocalypsi dicit: veni: Et sponsus respondet: etiam venio cito: Et rursum sponsa: veni, Domine Jesu .... Qui enim vere, & ex corde diligit, non potest patienter tolerare absentiam dilecti; sed sive comedat, sive bibat, sive quid aliud agat, semper dilectum cogitat, & cogitando suspirat, & plorat; & si forte dormiat, illum quoque somniando videt, & eum eo confabulatur. Et si hæc accidunt iis, qui amore capti sunt rerum mortalium & fœdarum, quid illi facient, qui amore capti sunt pulchritudinis infinitæ, & sempiternæ? Illis vere lacrymæ solæ sunt panes die, ac nocte, quia solis lacrymis reficiuntur, & in illis conquiescunt; cetera omnia consolatores onerosi sunt, ut loquitur Sanctus Job.*

88. Sed quoniam præter spem adest etiam timor Sanctorum, utriusque ductu Bellarminus ad arduum virtutis culmen ferebatur, alternantibus modo in unam, modo in alteram partem mirâ, sed sanctis viris consuetâ varietate, animi sui affectionibus: *magnitudo* enim *bonorum, quæ complectitur in se felici-*

(a) *Ita de auditu proprio deponunt Testes XII. & XV. ex Rom. Apost. Sum. n.12. pag. 25. Testes I. & XXIII. ex Cap. Apost. Sum. num.13. pag.27. & 28. P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.106. §.21. & Episcopus Invitiatus T.V. pag.117. §.79. duoque Cardinales a Monte & Scaglia. Sum. num.28. pag.75. §.12. & pag.95. sub §.9. Id etiam apparet ex Opusc. de æterna felic. Sanct. ubi cap.1.* -- Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in Domum Domini ibimus. Vere magna, & ineffabilis est causa lætandi servo tuo bono, & fideli, quando omnibus laboribus perfunctus in Domum Domini sui lætus ingreditur -- *& ibid. cap.12. de fugienda civitate Mundi* -- Quicumque civitatem illam supernam diligit, festinet exire de Mundo - *Huc pertinet etiam quod scribit in præfatione de gemitu Columbæ* -- Scripsi anno superiore de æterna felicitate Sanctorum, ut ipse me jam senem, & morti propinquum seriò excitarem ad rem tantam toto animo concupiscendam, & gratiam Dei sollicite, & assidue implorandam --.

(b) *De gemitu Columb. lib.2. cap.10.*

tas sempiterna, tanta est, ut, quemadmodum spes ejus acquirendæ lætitiam maximam gignit, sic etiam timor amittendæ dolorem tantum adferat, ut qui serio de ea recogitat, lacrymas continere non possit. Certe enim si quis reus capitis factus, dum apud Principem Causa ejus agitatur, inter spem, & metum constitutus hæreret, non posset omnino lætari, nec fletum comprimere, donec certior de justitia Causæ suæ, aut saltem de indulgentia Principis fieret. Quis igitur cessare a metu, & gemitu poterit, si cogitet adhuc pendere judicium æternæ salutis suæ, aut mortis & infelicitatis æternæ (a)?

89. Continuo, ut dixi, optabat liberari se de corpore mortis hujus, in Cœlum advolare, & requiescere: nihilominus ajebat non audere se cum Apostolo dicere: Cupio dissolvi, & esse cum Christo; *quia neque mihi constat, utrum odio, vel amore dignus sim, ideo neque cum Apostolo dicere possum: Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Itaque illud unum mihi superest, ut toto corde desiderem fieri de me, quod beneplacitum est Deo* (b).

90. Spem ac fiduciam impetrandi a Deo, quæcumque peteret etiam ex bonis temporalibus, adeo firmam, certamque habebat, ut in quadam relatione Causæ B. Philippi Nerii suâ ipse manu adnotaverit: *E' noto, che mai non manca danaro a chi lo spende in limosina, & ajuto de' poveri* (c); diceret quoque idcirco se rem nullam temporalem postulare, quoniam non dubitaret eam protinus impetraturum (d); tum adfirmaret verissimum esse experientiâ, quod Dominus noster in Evangelio nobis tradidit: *Petite, & accipietis* (e): sique aliquid sibi, aut Societati, quam adeo diligebat, adversum, molestumque contigisset, post imploratam in eâ re divinam opem penitus quiesceret (f); ac etiam traderet (g) caussam præcipuam, cur multi pauperes miserâ necessitate conficiantur, & multi divites pecunias suas recon-

(a) *Ut scribit idem Bellarminus de gemitu Columbæ cap.11.*

(b) *In epistola 25. Januarii 1617. ad Archiducissam Austriæ, quæ est 140. inter impressas.*

(c) *Ut refert Card. Crescentius in jurata attestatione. Sum. pag.85. §.10.*

(d) *Plura in hanc rem P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ordin. Summ.29. pag.100. §11. etiam de auditu proprio a Bellarmino.*

(e) *Idem P. Eudæmonjuannes loco cit.*

(f) *Ita Matthæus Torti plurium annorum spatio ejus Capellanus T. XVII. in Proc. Rom. Apost. Sum. pag.25. §.5. ubi* — Questo lo sò per la conversazione, e servitù, che ho avuto con lui.

(g) *De gemitu Columb. lib.2. cap.8.*

recondant ; & malint fame, fitique cruciari, quam cumulum pecuniarum diminuere, illam esse, quia non confidunt in Domino, qui dives est in misericordia; deque hoc fiduciæ defectu valde miraretur. *Et vere* [subdit] *mirabile est, quod Dominus apud Matthæum certissimis, & clarissimis rationibus, & similitudinibus demonstravit, Deo Patri curam esse de nobis, & nihil nobis neque ad victum, neque ad vestitum posse deficere, si confidamus in eo; & tamen tam paucis persuaserit, quibus dogmata altissima, & difficillima persuasit*, post plura demum concludens, hos omnes fiduciæ in Deum egestate laborantes majori & ope, & commiseratione nostra indigere. *Verum non ideo fraterna charitas continere debet aut manus a largiendo, quibus potest, aut oculos a lacrymis ad Deum fundendis, pro quibus non potest: tanto enim magis multitudo prope infinita mendicorum misericordiâ digna est, quanto plurimi eorum non solum laborant penuriâ corporalium bonorum, sed etiam penuriâ fidei, & fiduciæ, & cognitionis Dei Patris optimi, & amantissimi, & sapientissimi, & omnipotentissimi. Hæc enim spiritualis inopia digna est lacrymis compassionis multo magis, quam omnis summa, & extrema mendicitas corporalis*: Ad quam proinde spem, & cogitatum nostrum in Domino jactandum pro bonis etiam spiritualibus impetrandis sæpius nos provocat cum alibi, tum in eodem libello (*a*), e quibus ut aliquid referam: *Si quotidie* [ait ipse] *cum gemitu columbino ploraremus coram Domino omnipo-*

(a) *In cujus præfatione hæc habet* -- Nam etiam sapientia unum est, & præcipuum inter septem dona Spiritus S. & tamen S. Jacobus dicit -- *Si quis ex vobis indiget sapientiâ, postulet eam a Deo, qui dat omnibus affluenter* -- Sed postulanda sunt dona ista optima, & perfecta, sicut oportet: Ideo adjungit idem Apostolus. -- *Postulet in fide nihil hæsitans* -- & infra -- *Non habetis, propterea quod non postulatis: petitis, & non accipitis, eo quod male petatis*. Itaque petendum est donum lacrymarum magnâ cum fiduciâ, & cum non minore desiderio -- *& cap.1. ejusdem libelli* -- Primus versiculus tria requirit ab eo, qui ad culmen beatitudinis pervenire desiderat. Primum est, ut de sua virtute diffidens, de auxilio Dei valde confidat. Sic enim ait, *Beatus vir, cujus est auxilium abs te*, hoc est, ille Beatus est in spe, & Beatus erit in re, qui non confidit in virtute sua, sed in auxilio Domini, & ideo auxilium ejus non est a se, sed abs te --. *Hinc in epist.3. ad Gulielmum Tailerum* -- Tu vero (*inquit*) homo Dei jacta cogitatum tuum in Domino & ipse te enutriet. Fidelis enim Deus est in omnibus verbis suis: ipse dixit: *Quærite primum regnum Dei & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis*. Ergo ne solus Gulielmus Tailerus egregius confessor & pugil Dei deseretur a Deo? absit, non fiet hoc: imo quanto magis videtur ab auxilio humano destitutus, tanto erit illi vicinius, atque præsentius auxilium divinum.

nipotente, & amantissimo Patre nostro, quid non impetraremus? Quomodo non mutaremur in viros alteros? An non ascenderemus quotidie de virtute in virtutem? Non est Deus avarus distributor donorum suorum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat (*a*).

91. Attamen secum ipse reputans, quod *viri etiam sanctissimi propter incertitudinem gratiæ, & abyssum judiciorum Dei trepidant* (*b*), magnâ sollicitudine, & anxietate æternæ salutis suæ angebatur (*c*); commendabatque se tum voce, tum epistolis ex intimâ cordis significatione aliorum precibus ad Deum, modo ut exitum suum custodiret Pater misericordiarum, non ut diutius hæreret ipse in valle lacrymarum (*d*); modo ut, quemadmodum anno septuagesimo finem habuit captivitas Babylonica, sic anno jam septuagesimo ætatis suæ Deus eum liberaret a captivitate corporis (*e*); modo ut Deus nos confestim eriperet ex hoc Mundo tot periculis pleno (*f*).

92. Mortis cogitationem præsentissimam semper habens (*g*), præsertim vero proximo ante obitum decennio, quo brevi se moriturum totiens prænunciabat (*h*), in id potissimum, veluti gratiam ceteris omnibus anteponendam, desideria sua referebat, ut vitæ suæ exitus sibi contingeret opportuno temporis puncto (*i*); neque prætermittebat in id ipsum adjuvari se quoque aliorum religiosorum, piorumque virorum meritis, & orationibus, *pro me* [inquiens] *inutili servo, qui hæc subsidia orationum tanto æquius posco,*

(a) *Lib.1. cap.1.*

(b) *Lib.3. de justific. cap.8.*

(c) *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.103.* -- Sò, che più volte parlando meco mi domandò, se credevo, che si salverebbe,

(d) *In epistola ad Vincentium Abbatem de Lande, 15. Octobris 1617., quæ extat inter impressas epist.146. Similia habet in epistola 10. Aprilis 1611. cujus particula refertur in Sum. num. 12. pag.27. §.16.*

(e) *In epistola, cujus particula refertur in Sum.dict. num.12. pag.27. §.15.*

(f) *In alia epistola, cujus particula ibidem refertur §.17.*

(g) *Ut patet ex libello de arte bene moriendi, ex præfat. libelli de gemitu Columbæ, ex epistola 154. inter impressas, ex commentariolo vitæ suæ prope finem, & aliis locis.*

(h) *Ex Proc.Polit.Ap. T.III.Præfectus Cubiculi Sum.pag.25. §.1.* -- Li ragionamenti famigliari suoi erano della morte -- *Marcel. Cerv. in adumb. Imag. pag.68.*

(i) *In epistola 20. Aprilis 1612. cujus particula refertur in Sum. num.12. p.27. §.17. ubi jam septuagenarius scribit* -- Con tutto ciò la morte, che viene quando manco si pensa, non mi può essere lontana, e però desidero grandemente come grazia sopra tutte le grazie, che la morte mi trovi in grazia di Dio.

posco, quanto me viciniorem video, ut ex hac vita discedam (*a*) : & alibi scribens, ac repetens egere se orationibus, quoniam transitus sibi proximus foret ad æternitatem (*b*). Quam vero impensâ, studiosâque voluntate hæc orationum subsidia expeteret, ut anima ejus moreretur morte justorum, præcipue demonstrat tenacissima illa, neque plurium annorum decursu obliterata recordatio temporis, loci, personæ, cui ad eum finem quondam se commendaverat (*c*).

93. Affici quoque timore mortis, & pro singulari Dei beneficio se habiturum sæpius profitebatur, si post obitum ad vitæ suæ labes purgatorio igne expiandas admitteretur (*d*) : quamquam alio tempore Episcopum Sansidonium eodem animi sensu loquentem reprehenderit, quasi non eâ, quâ par esset, spei, fiduciæque magnitudine præditum (*e*) : Cujus argumentum aliud non vulgare nobis suggerit, dum anno *1616.* Religiosum Societatis ex Urbe ad Collegium Licyense, unde discesserat, reversurum affatus est rogatione illa, *Facciami V. R. questa carità : subito che sarà giunto in Lecce, dica al santo vecchio P. Bernardino Realino, che già è molto vecchio, e non può fare in questa vita cos' alcuna, e che perciò quanto prima se ne vada in Paradiso, e lì apparecchi il luogo per me, acciò quando io arrivarò, trovi il luogo apparecchiato*; deindeque eidem Religioso nunciante & responsionem a P. Bernardino datam, quod commissa præstiturus

(a) *In epistola 20. Februarii 1617. ad Rothomagensem Archiepiscopum, quæ extat in Sum. addit. num.7. pag.64.*

(b) *In alia epistola 4. Januarii 1618. cujus particulam refert Testis XXII. ex Capuan. Apost. in Sum. num.22. pag.50.*

(c) *Narrat enim P.Capycius Galeota, qui est LXXIII. in Proc. Cap. Apost. Sum. pag.28. §.19.* — Essendo io Novizio nell' anno 1596. in circa, dovendo il detto Cardinale allora Provinciale partire per Roma, & abbracciando, come è costume della nostra Religione, me & altri Novizj, mi raccomandò, che io pregassi per lui, particolarmente che N. S. lo facesse morire nella sua grazia. Nell'Aquila poi nell' anno 1611. cioè 15. anni dopoi in circa, essendo là venuto detto Cardinale, mi dimandò se io m'ero ricordato di raccomandarlo a fin dell'intenzione, della quale mi avea ragionato molti anni prima. Io restai maravigliato di vedere in detto Cardinale la memoria di detto fatto, nato dalla gran sollecitudine e desiderio della sua salute eterna, e dicendoli io che dubitavo, che non se ne ricordasse...mi s'accostò all' orecchio, e disse io vi pregai, che pregaste per me il Signore, che mi facesse morire nella sua santa grazia, del che, come hò detto, restai maravigliatissimo, & edificatissimo.

(d) *Ita audivisse a Bellarmino testatur Cardinalis Crescentius in jurata ejus attestatione. Sum. add. num.28. pag.85. Ita etiam referunt Marcel. Cervin. & T.III. Præfectus Cubiculi ex Proc. Polit. Ap. Sum. pag.25. §.1.*

(e) *Idem Episcopus Sansidonius in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.114. §.57.*

rus esset, & ejus obitum paucos post dies subsecutum, rescripsit cum gratiarum actione, se plurimum eâ responsione lætatum esse (*a*).

94. Tam frequens isthæc mortis cogitatio, tam magna temporalis vitæ suæ despicientia, & continua spei in Deum, ac de se ipso timoris fluctuatio, tamque ardens illud, de quo superius disserui, animæ suæ ad Deum, æternamque vitam desiderium, illustriorem, certioremque reddunt, quæ in visibilium omnium, suique ipsius contemtu posita erat, Bellarmini virtutem. *Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum*, inquit Hieronymus (*b*). Sique Basilio credimus (*c*), *perfecta quidem renuntiatio in eo consistit, ut id assequamur, ne ad ipsius etiam vitæ affectionem propensi simus, & responsum mortis habeamus, ut non simus fidentes in nobis ipsis*: atque, ut deinde repetit, perfecta eadem renunciatio est, *vinculorum terrenæ hujus, ac temporalis vitæ solutio, atque ab humanis negotiis liberatio, per quam ad ineundam viam qua ad Deum pervenitur, aptiores & promptiores efficimur; & expedita ratio ad acquisitionem, usumque rerum, quæ super aurum, & lapidem pretiosum multum longe sunt pretiosiores; & in summa, cordis humani ad Cælestem conversationem translatio; ita ut dicere liceat: Nostra conversatio in Cælis est.*

95. Agnoscimus jam, quam demissus, & humilis corde esset Bellarminus, qui sanctissimam licet vitam agens cum timore, ac tremore salutem suam operabatur. Sane cordis humilitatem summam, & admirabilem in eo prædicant testes omnes, & Cardinales in ipsorum testificationibus. Quid in se quisque agnoscere, quidve sentire de se debeat, Bellarminus ipse in Scriptis suis egregie animadvertit (*d*): *Nihil enim* [inquit] *magis odit Omnipotens, quam superbiam ejus, qui per elationem mentis excæcatus, non agnoscit imbecillitatem suam*. Quum autem, ut Angelicus Præceptor tradit (*e*), humilitas, quæ ad intellectum, sive notionem sui pertinet, spectari possit *tripliciter*, *uno quidem modo per hoc, quod proprios defectus recognoscat, & confiteatur; secundo ut ex consideratione sui defectus aliquis insufficientem se exi-*

(a) *Uti refert idem religiosus P. Antonius Beatillus T.I. ex Cap. Apost., qui Cardinalis mandatum accepit. Sum. pag.27. §.14.*

(b) *Lib.2. epist.1. circa fin.*

(c) *Lib.regular. fusius explicat. ad interrogat.8.*

(d) *De gemitu Columbæ lib.1. cap.1.*

(e) *2.2. q.2. art.6.*

existimet ad majora; *tertio*, *ut quantum ad hoc alios sibi præferat*; triplici pariter hoc modo spectatissima fuit in Bellarmino humilitas.

96. Primum enim proprios defectus recognovit, & confessus est sincero, & candido ore pronuncians peccatorem se, nudumque meritis (*a*), plenum ætate, virtutibus vacuum, senem, & inexpertum, omnique circumdatum infirmitate; se propterea regendum, muniendumque esse monitis, & orationibus Pastorum Principis, cui a Domino dictum est, *confirma fratres tuos*; eâque fiduciâ fretum gravem adeo Episcopatus sarcinam humeris suis imposuisse (*b*). *Proprios* etiam *defectus recognovit*, *& confessus est*, quum diceret (*c*) : *Illud mihi notissimum est*, *me non esse*, *neque umquam fuisse Ecclesiæ necessarium* : *Propterea non audeo cum S. Martino dicere*, *Domine*, *si Ecclesiæ tuæ sum necessarius*, *non recuso laborem*; quum in Relatiuncula vitæ suæ *de virtutibus nihil dixit*, *quia nescit*, *an ullam vere habeat*; *de vitiis tacuit*, *quia non sunt digna*, *quæ scribantur*, *& utinam de libro Dei deleta inveniantur in die judicii*. *Amen*; quum optaret a Deo id consequi, ut in ultimâ suâ ætate peccata propria, veluti par esset, agnosceret, defleretque (*d*); quum territus, ac dolens scriberet, se non inter justos, & Sanctos, sed inter injustos, imperfectos, omnique fœditatum genere inquinatos reputandum, & cui aptari posset illud Isaiæ : *a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas* (*e*).

K 97. Il-

(a) *In epist.146. ad Vincentium Abbatem de Laude 15. Octobris 1616.* — Ego (*inquit*) sæpe lego dulcissima illa verba Sanctissimi Patris nostri Bernardi ad amicum suum Carnotensem Abbatem : Orate Salvatorem, qui non vult mortem peccatoris, ut tempestivum jam exitum non deferat, sed custodiat : Curate munire votis calcaneum nudum meritis, ut is, qui insidiatur, invenire non possit, ubi figat dentes, & vulnus infligat.

(b) *In epistola, quam dum Archiepiscopus Capuanus esset, scripsit ad Clementem VIII. relata in Sum. add. num.22. pag.108.*

(c) *In epistola 25. Junii 1617. ad Archiducissam Austriæ in Sum. add. num.12. pag.108.*

(d) *P. Mutius Vitelleschi T.XXII. Sum. pag.50. §.23.* — In una lettera di sopra citata mi prega, che lo raccommandi a Dio, che in quell'ultima sua età conosca bene li suoi peccati, e li pianga, come conviene : il che io stimo ammirabile, posta la tanta purità di sua coscienza.

(e) *Ita enim exclamat de gemitu Columbæ lib.2. cap.1.* — O nos verè cæcos & miseros! quis delicta nostra numerabit, si Apostoli post acceptum Spiritum Sanctum, & illo copioso imbre mundati, non mentiuntur, cum dicunt. In multis offendimus omnes? Et si septies in die cadit justus, ut Sapiens loquitur,

97. Illudque singulare prorsus est, quod *proprios* etiam *defectus recognosceret* in ingenii, doctrinæque facultate, quâ tam insigniter pollebat. Quum audisset libellum quemdam pium ab authore publici juris non fieri, quoniam ejus animo integre non responderet; meminisse eum oportere dixit, quod homo esset humanam patiens imbecillitatem: eâque cogitatione aliqua se perfecisse, in quibus humanos errores non defuturos prænosceret (*a*). Ac revera in Recognitionum libro, in quo Augustinum imitatus censorium veluti stylum adhibet in libros omnes prius editos, plura ex iis mutando, addendo, declarando, corrigendo, humani aliquid erroris in operibus suis contigisse non agnovit solum, sed universo orbi denunciare veritus non est: *Quia tamen scriptum est* [profitetur ipse], *In multiloquio non deerit peccatum, quod etiam de multa scriptione dici posse non dubito; ego ipse jam senex, & morti proximus S. Augustinum imitatus libros meos recognoscere, & dijudicare volui .... & aliqua obscure dicta explicavi .... paucis denique, quæ minus placebant, correctis* [paucis quidem, si cum tam multis, quæ scripsit, comparentur; non vero, si cuncta, quæ emendavit, seorsim spectentur] *extremam manum omnibus libris a me conscriptis imposui*: eodem plane imbutus sensu, quo Augustinus dixerat (*b*): *ut qui primas non potuit habere sapientiæ, secundas saltem partes habeat modestiæ*.

99. Quum de sui ipsius Scriptis, doctrinâque frequentissimas laudes exciperet, non minus sinceras, quam familiares illas habebat respondendi formulas, si quid in Scriptis suis boni esset, id omne a Patre luminum descendisse; neque qui plantat, esse aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus; Dei virtutem in infirmitate perfici; notissimum sibi esse imperfectum suum; tantoque illustrius Dei potentiam enitescere, quanto per infirmiora instrumenta operatur; aliaque similia (*c*). Dolebat etiam, & erubescebat intelligens, ut ipse scribit, me *pluris fieri ab homini-*

tur, quoties cadent injusti, & imperfecti? non ne saltem septuagies septies? Hæc sane consideratio ita me terret, & confundit, ut videar mihi semper in luto, & sordibus volutari, vel certe inter spinas, & tribulos sic ambulare, ut punctiones frequentes evitare non possim. Unde illud Isaiæ mihi, & mei similibus convenienter aptari censeam -- a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas.

(a) *Veluti de auditu proprio refert Cardinalis Ursinus in ejus attestatione. Summ. num.28. pag.78.*

(b) *In prologo retractationum*.

(c) *Quæ legi possunt in epistolis 9. 11. 33. 46. inter impressas*.

minibus, quam revera sim apud Deum: Vere enim, ut S. Franciscus dicere solebat, tantus est unusquisque, quantus est apud Deum, non major, aut minor (*a*); *sed hoc proprium Charitatis, ut de fratribus bona omnia credat, & exigua licet, & infima magni pendat, ac prædicet* (*b*).

99. Secundo illud quoque Bellarminus habuit, *ut ex consideratione sui defectus insufficientem se existimaret ad majora*. Adeo imparem Episcopali muneri obeundo se fore arbitratus est, ut dum Capuanam Ecclesiam regeret, per epistolam de tribus dubitationum capitibus judicium P. Bernardini Realini exquisierit, propositis in utramque partem dubitandi rationibus ad singula capita; quorum *Primum* erat, an graviter peccasset suscipiendo [quamquam jubente Pontifice] Archiepiscopatum, ad quem se minus idoneum esse sciret? *Alterum*, num propterea gravi obligatione teneretur Archiepiscopatu cedere, quamvis eam cessionem Pontifex ratam non habuisset? *Postremum*, quid de æterna sui ipsius salute sperandum, metuendumque esset (*c*)? Longo post intervallo Archiepiscopo Rothomagensi postulanti a Bellarmino, ut imaginem, ac formam sancti Pastoris scripto aliquo exprimeret, quam demisse responderit, ex illis verbis perspicimus (*d*): *Optima postulatio; immo ego ipse concupivi ardentissime hoc ipsum, & toto corde indagare curavi, quomodo possem evadere Sanctus Archiepiscopus; & quia non successit, Deus permisit, ut Summus Pontifex Paulus V. præceperit mihi, ne Romā discederem ... Quare, si ego viam invenire non potui, ut essem Sanctus, quomodo potero eam aliis demonstrare?* In ultima concione, quam Capuæ habuit ab ea Civitate discessurus, tum in litteris Romæ jam degens ad magistratum Capuanum datis (*e*), suspicari se dixit,

 quod

(a) *In Epistola ad Palatinum Inouladislaviensem relata in Sum. add. num.12. pag.107.*

(b) *In epistola 9. inter impressas ad Archiepiscopum Leopoliensem.*

(c) *Hæc scimus ex T.I. ex Proc. Capuan. Apost. qui Bellarmini epistolam ea omnia referentem a Rectore Collegii Societatis Jesu Civitatis Lyciensis, ad quem illa pervenerat, tunc accepisse, ac legisse narrat. Sum. num.22. pag.48.*

(d) *Epist.141. inter impressas.*

(e) *De quibus in Sum. add. pag.67. §.41. ubi hæc habet* -- Ma bisogna conformarsi con la divina volontà, che è la prima causa d'ogni cosa; e vò pensando, e come dissi nell'ultima predica, che il poco frutto, che si è fatto in Capua in questi tre anni, forse è la causa di questa mutazione, perchè il Vescovo Supremo, che è Cristo, vuole provare, se un'altro più Giovane, e più forte faccia meglio.

quod supremus omnium Episcopus Christus Dominus validiorem, fructuosioremque alterius pastoris operam forte requisiturus esset. Cardinalatu indignum se profitebatur non verbis modo, sed & factis, quum Marcellus Cervinus ævo suo scripserit: *Extat adhuc chirographum ejus manu conscriptum, & confectum rationibus, quibus imbecillitatem suam longe imparem esse Cardinalitio oneri suadere attentabat*: Præcipue vero supremum totius Ecclesiæ regimen respexisse velut onus viribus suis intolerabile, ac periculosissimum sibi futurum demonstrabunt ea, quæ paullo inferius recensebo.

100. Tertiò *& alios sibi prætulit* Bellarminus, dum se minime dignum putans consortio Servorum Dei [non secus ac Hieronymus de se ipso (*a*) loquebatur], eorum orationibus se commendabat, ut in æterna eum traherent tabernacula (*b*); dum mirabatur Bambergensem Episcopum ab se, qui minus sapiens, ac prudens illo esset, consilium exposcere (*c*); dum in notis ad Petri Sacchini historias ab se editis, & evulgatis publice fateri voluit. *Nescio an sit verum, quod de me dicitur* [scilicet pietas par, indoles ingenii major, quam Ricciardi ipsius consanguinei]. *Erat enim Ricciardus & ingenio, & pietate mihi superior, solâ actione, & vivacitate illum superabam* (*d*); dum præ tot laboribus, & operibus suis pro Catholicæ fidei defensione susceptis, perfectisque veluti mortuis magni pendebat, celebrabatque vivam aliorum vocem, & sollicitudinem, cum vitæ exemplo conjunctam (*e*); dum opera, scriptaque sua libere corrigi, ac emendari a Censoribus, aliisque doctis viris, tum etiam repudiari omnino, quæ non luce, sed tene-

---

(a) *Lib.1. epist.40.* -- Quam vellem (*ait*) nunc vestro interesse conventui, & admirandum consortium, licet isti oculi non mereantur, aspicere ... Verum quia hoc faciunt delicta, ne consortio beatorum inferatur obsessum omni crimine caput, idcircò obsecro (quia vos impetrare posse non ambigo) ut me ex istius tenebris seculi vestro liberetis oratu.

(b) *In epistola inferius relegenda §.110. in notis marginal.*

(c) *In epistola ad eumdem Bambergensem Episcopum relata in Sum. add. num.8. pag.73.*

(d) *Ad tom.2. historiar. Petri Sacchini Sum. add. num.12. pag.106.*

(e) *In epistola 10.Decembris 1615. ad Episcopum Vratislaviæ ita scribens* -- Ego libris, ut ita loquar, mortuis pugnavi, & pugno adversus hæreses. Amplitudo vestra vivâ voce hæreticos prosternit, & Catholicos instituit, & simul exemplo vitæ, & morum suorum Ecclesiam ædificat -- *ut refert Bartoli lib.3. cap.11. pag.355.*

tenebris digna viderentur, non æquissime tantum patiebatur, sed & postulabat (a).

101. Recte proinde Marcellus Cervinus scripserat, *quod cum humilitate sapientiam ita habebat conjunctam, ut neque humilitas de doctrinâ, neque doctrina de humilitate quidquam detraheret* (b). Porro *si gloriam contemnere magna virtus est virtutes habenti* (c); magnam Bellarmini virtutem perspectissimam nobis efficiunt illæ, quas superius indicavi, tenuissimæ de se ipso opinionis significationes; de se, inquam, videlicet de immensæ fere doctrinæ, spectatæque adeo pietatis viro, maximæque apud omnes existimationis, & inter obstrepentium undique laudum suarum tumultus versante. *Nihil* enim *est*, ut Hieronymus, sive Paulinus scribit (d), *quod nos ita & hominibus gratos, & Deo faciat, quam si vitæ merito magni, humilitate infimi simus, propter quod Scriptura dicit: Quanto major es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam*.

102. Gratissimum autem Deo fuisse Bellarminum oportet, qui non demississima tantum, vilissimaque sui ipsius opinione, sed opere quoque, ac voluntate se, licet adeo magnus esset, velut infimum præbuit *in omnibus*. Magnus jam esse cœperat docendi in scholis, & con-

(a) *Uti constat ex T.V. Proc. Neap. Ord. Sum. add. num.12. pag.105. ubi* -- Era tanto umile, che domandava a coloro, che avevano letto i libri suoi, se li occorreva alcuna cosa, l'avessero emendato, come in particolare una volta lo disse a me -- *ex Episcopo Invitiato in Proc. Rom. Ord. T.V. Sum. pag.27. §.80. T. XV. in Proc. Rom. Apost. Sum. num.22. pag.48. de facto proprio* -- Mi mandò a vedere e moderare le lettere che scriveva alla Repubblica, acciò io le accomodassi, come giudicavo, ed io certo della singolar umiltà e mansuetudine sua aggiungevo, e mutavo con gran libertà quello che giudicavo -- *Et T.XXII. P. Mutius Vitelleschi in Proc. Rom. Ap. Sum. num.22. pvg.48. ubi* -- Volentieri ascoltava quelli . . . che correggevano le opere sue, e seguitava senza regola il parere degli altri lasciando il suo proprio -- *& Card. Ursini in ejus attestatione. Sum. num.22. pag.78.* -- Stimava anco poco le opere sue, e non sentiva disgusto, quando erano riprese -- *Extant etiam Bellarmini litteræ, quas refert P. Eudæmonjuannes testis II. in Proc. Rom. Ord. Sum. num.29. pag.105.* -- Rev. P. Eudæmonjuanni ut dignetur videre illa scripta, & judicare, utrum sint digna luce an tenebris -- *& aliæ 30. Septembris 1619. relatæ in Sum. add. num.12. pag.106. quæ sic habent* -- Mando a V. S. Reverendissima li due sbozzi delle lettere, che lei sà; mi farà grazia vederle, ed emendare liberamente quello che gli pare, e mi sarà grato, che si mostrino anche al Minutolo, e poi da loro accomodate, si diano al mio Segretario, che le rescriva, e faccia quello tocca al suo officio.

(b) *In adumbr. Imag. pag.54.*

(c) *Augustinus tom.7. pag.105.*

(e) *Inter epistolas Hieronymi lib.2. epist.12.*

& concionandi merito, quum in Collegio Montis Regalis ab suggestu, vel cathedra pergeret ad Janitoris vices implendas (*a*). Major jam erat ætate, sapientiâ, ac maximâ nominis sui apud omnes celebritate, quum deinde in Romano Collegio, ubi Lectoris fidei Controversiarum, & Rectoris munere plures annos perfunctus est, in deliciis haberet infima queque ministeria sive ad januam, sive in culina obeundi, & ad mensam inserviendi, everrendique domum (*b*); quum Neapolitanæ Ordinis provinciæ auctus regimine non ideo minus inter adolescentes tyrunculos præsto erat ad patinarum sordes abluendas (*c*), nec ideo minus subditis sibi Religiosis obsequentem se præbebat; qualem se præsertim exhibuit cuidam Religioso ad eum salutandum advenienti, nudoque capite stanti coram eo honoris causâ: nam & illi statim adsurrexit, & pileum capiti pariter suo detraxit, donec uterque simul ab mutuis hisce obsequiis cessaret (*d*); & qualem præterea se exhibuit P. Bernardino Realino, quum primum Collegium Lyciense petiisset visitationis causâ: Nam huic Religioso, cujus vitutem maxime reverebatur, sibi demonstrato, genua statim submisit, & amplexus dedit (*e*).

103. Cardinalium comitiis sive ad sacra peragenda, sive ad Ecclesiastica negocia pertractanda primus fere semper aderat, Collegas alios, veluti majores suos patienter expectans (*f*); vereque tamquam majores suos habere ostenderat responsione illâ quondam datâ Cardinali Crescentio de residentiæ obligatione interroganti

(a) *Ut enim narrat Bellarminus ipse in relat. vitæ suæ. Sum. pag.* 121. §. 16. -- In Collegio illo Montis Regalis omnia pene officia exercebat... Janitorem juvabat, cum ille pranderet -- *Hac occasione supplendi vices Janitoris* -- accidit illi aliquid jucundum.... Venit Prior ille ad Collegium, & venit ad portam fungentem munere Janitoris ipsum N. rogavitque ut vocaretur, respondit N. Concionatorem venire non posse, sed se relaturum illi fideliter quæ paternitas sua mandaret. Non (inquit Prior) possum tibi dicere quæ volo, sed duc me ad Concionatorem, vel voca llum ad me: jam dixi (inquit N.) Concionator non veniet, & cum ille instaret, coactus est N. dicere, ego sum quem quæris & non possum venire, quia hic sum.

(b) *Joseph Finalis in ejus deposit, relata in posit. Causæ de relev. pag.* 329.

(c) *De visu T. XXIII. ex Cap. Apost. Sum. pag.* 51. §. 29.

(d) *Prout id enarrat idem ipse Religiosus, qui est Testis L. ut ex Capuan. Apost. Sum. num.* 22. *pag.* 49.

(e) *De auditu a videntibus P. Antonius Beatillo T. I. ex Capuan. Apost. Sum. pag.* 49. §. 10.

(f) *De hac diligentia plures Testes relati in Sum. pag.* 20. *num.* 10. *inter quos P. Minutoli T. XV.* In Roma fu sempre diligentissimo in tutte le funzioni, e quasi sempre il primo volendo aspettare pazientemente tutti gli altri, come suoi maggiori.

ganti, *Ego non judico Dominos meos* (*a*); ac epistolâ sub initium provectionis suæ ad Cardinalem Valerium Veronensem (*b*); in qua admirabundus scribit: *Quid hoc est, vere ne Robertus Bellarminus Jesuita, alumnus, clientulus, servulus amplissimi Cardinalis Veronensis ædes Domini sui nunc inhabitat?*

104. Quantum ei licuit, *vir in tanta dignitate, & potestate constitutus privatam personam sese gerebat: optime noverat, quæ pertinerent ad dignitatem, illa non prætermittebat, ne dignitatem contemnere videretur, sed cum aliquando Suffraganeus quidam veniret ad salutandum ipsum, veniretque cum habitu brevi, ipse Episcopo nunciari mandavit, Suffraganeum non venientem ad ipsum in habitu decenti, ab ipso excipi non decere. In his, quæ non erant dignitatis, vel jurisdictionis, esse se Cardinalem, & Archiepiscopum obliviscebatur*. Hæc inter alia de Bellarmino tradit coævus & oculatus scriptor Michael Monachus, deindeque narrare pergit rem, quæ sibi ipsi contigit, ac summam ejus humilitatem exhibet. *Quadam vice horâ tardâ, accensis luminibus, cum a cubiculo suo in suam proximam Bibliothecam me introducere voluisset, conante me candelabrum accipere, & deinde velum intermediæ portæ dimovere, ipse manu suâ candelabrum accepit, ipse velum manu suâ dimovit*. Religiosis pariter viris ad eum convenientibus, etsi familiares præsto essent, aliquando ipse per se parabat sedem (*c*), ac diluculo surgens lumen hospitibus deferebat (*d*). Opere nimirum expresserat, quod verbo docuerat, humilitatem esse, *quæ semper in imo residet, & recumbit in novissimo loco, & omnibus cedit, nullum sponte sua præcedit* (*e*).

105. Modestus adeo, alienusque erat ab ostentandâ doctrinâ suâ, *che io sò* [inquit Cardinalis Desiderius Scaglia] (*f*) *esserfi trovata persona di giudizio, che quando incominciò a conversarlo, per qualche tempo dubitò, che le opere sue fossero parto d'altri, che di lui*. Libellos, & scriptiones suas nullo fere numero habere videbatur; neque, ut excuderentur, permittebat, nisi viris, quorum

(a) *Idem Card. Crescentius in jurata testatione. Sum. pag.84. §.5.*

(b) *Quam memorat idem Cardinalis Veronensis, & humilitatis plenam commendat in epistola ad Bellarminum relata ab Card. Valerio Juniore in Sum. pag.89. sub §.5.*

(c) *P. Minutoli T.XV. de sede sibi ipsi apposita. Sum. pag.47. §.3.*

(d) *Id sibi contigisse, dum Capuæ in ædibus Cardinalis hospitaretur, refert P. Endæmonjuannes. Sum. pag.106. ante §.21.*

(e) *De gemitu Columbæ lib.1. cap.3.*

(f) *In ejus testimonio Sum. pag.93. §.3.*

rum authoritas apud eum valeret, maxime rogantibus, & fere impellentibus (a). Certe conciones illas Lovanii pridem ab eo habitas, ac summo ab omnibus exceptas plausu, nulli minus, quam ipsi pretiosas, & charas fuisse ego quidem conjicio ex eo, quod nedum sponte suâ nihil umquam cogitarit de iis prælo exprimendis; sed longo post annorum intervallo ne autographum quidem apud se repererit, quod accommodaret Joanni Dulmenio Lovaniensi Theologo, ex ipsius permissu publicam illarum collectionem, editionemque molienti: quæ deinde perfecta est ex privatis earumdem concionum exemplis Auditorum calamo exaratis (b).

106. Ab Controversiarum, aliorumque Operum suorum laudibus adeo abstinuit, abhorruitque, ut ne mentionem quidem eorum facere soleret umquam, & laudantibus aliis, pudore suffundi, ac inceptum sermonem de industriâ vel abrumpere, vel alio transferre conaretur. Doctori Petro Cutsemio novam Controversiarum editionem paranti, rogantique Bellarminum de effigie sua prioris voluminis fronti præponendâ, hanc recusavit omnino, & cur recusaret, non minus argute, quam sapienter expressit verbis: *A me petis imaginem personæ meæ? ego vero illud respondeo, quod olim respondit S. Paulinus Severo Sulpitio amicissimo suo. Quæro enim, an*

(a) *P. Benedictus Justinianus T.III. in Proc.Ord. Rom. Sum. pag.*111. -- Mostrò sempre ... poca stima delle cose sue, particolarmente quando essendo fatta istanza dalle parti settentrionali, che si stampassero le sue Controversie, gli fu ordinato dal Padre Generale, che a quest'effetto le mettesse all'ordine; egli rimase quasi attonito e confuso, e se bene con ogni diligenza per obbedire di propria mano le scrisse, & ordinò tutte, non dimeno le portò poi al detto Padre Generale, dicendogli, che ne facesse quello giudicava bene, perche a lui bastava aver'obbedito -- *Card. Crescentius Sum. num.*28. *pag.*84. -- Essendo vomo di tante lettere per umiltà non ardiva dar fuori ultimamente quelli belli trattatelli, che con viva forza di preghiere sono poi usciti alla luce con tanto frutto, ed edificazione di chi li legge. Et avendo pubblicato il primo, mi ricordo, che congratulandomi seco di sì bell'operetta, mi rispose, che ne aveva ancora degl'altri simili, ma che non ardiva di darli fuora. Ed allora io istantissimamente lo pregai, come credo, che facessero altri ancora, che lasciasse da banda tanta umiltà, forse indiscreta, e non defraudasse l'anime devote di così gran gusto, e consolazione spirituale: e così poi quasi forzato da continui preghi, li diede alle stampe -- *Id etiam apparet, ex epistola Rothomagensis Archiepiscopi, qui commemorans Opusculum de officio Episcopi inscio eodem Archiepiscopo, ad quem missum fuerat, typis editum, de amicis conqueritur, subditque* -- e questa operetta, che lei non stima niente, loro la pregiano come un ricco tesoro. *Sum. add. pag.*84. §.12.

(b) *Uti patet ex epist. nuncupatoria Fr. Simonis Riekii (qui in harum concionum editionem incubuit), præfixa iisdem concionibus Lovanii habitis*, & pii cujusdam (*ut etiam in fronte libri dicitur*) Auditoris calamo exaratis.

(c) *Apud Bartoli lib.*2. *cap.*11. *pag.*57.

an velis imaginem veteris hominis mei, aut novi? Si veteris, illa nimis deformis est, ut digna non sit. quæ suscipiatur: Si novi, ea nondum perfecta est, proinde mitti non potest (a). Negavit etiam omnino id, pro quo apud ipsum officiis adnitebatur suis Franciscus Rocca Religiosus Societatis, ejusque Confessarius, ut nimirum ipsius libro typis excudendo carmina quædam ab altero Societatis Religioso in authoris commendationem composita inseri pateretur: idque ut efficacius cohiberet, animum suum clarius, ac firmius testari voluit litteris deinde ad eumdem Confessarium datis, quibus significabat omnia se perdidisse, si nominis sui perennitati laborasset; viros bonos in malos sæpe mutari; scriptumque esse: *lauda post mortem, lauda post victoriam, & neminem laudabis in vita sua* (b).

107. Altissimo huic, quod Bellarminus posuit, Christianæ humilitatis fundamento perpetuo fixus hærere cupiens, honores omnes, ac dignitates, quibus ab adolescentiâ suâ terga jam verterat, delatas postea, ac fugientem insecutas, neque mediocres & vulgares, sed præcipuas etiam, & spendidissimas, nedum refugere, sed & omni studio dispellere conatus est; & nihilominus vel invitus obtinuit; ut vere dici possit ex iis fuisse, qui *per ima humilitatis gradientes ad summa non virtutum modo, sed & honorum, ac dignitatum scandunt* (c).

108. Restitit enim, quantum potuit, & quasi cum hoste congressurus omni contentione, & arte pugnavit, ne ad Cardinalatus fastigium eveheretur. Lætatus jam fuerat se ex tanto periculo semel, atque iterum, ac tertio evasisse; Pontifex enim Innocentius IX. in priore Cardinalium assumtione ad Bellarminum respexerat: sed quum alter ex Patribus Societatis, Pontifici intimus, & gratissimus ab ejus ore audivisset; unum e Societate assumendum, ac de se dictum suspicaretur, impensissimis precibus, ac suasionibus effecit, ne ullus tunc e Societate deligeretur. Proposuerat tamen sibi Pontifex de Bellarmino rationem habere in secundâ Patrum assumtione; sed morte præreptus fuit. Quæ quum Cardinalis Valerius Veronæ Episcopus Bellarmino nunciasset, is & Deo gratias

 egit;

(a) *Apud Bartoli lib.2. cap.11. pag.257.*

(b) *Joseph Finalis Coadjutor Societatis in sua depositione pag.97. de auditu ab eodem P. Francisco Rocca.*

(c) *Ex Hieronymi sententiâ epist. XI. cui similis est altera Augustini Tom.4. pag.703.* -- ad hoc exaltantur etiam in isto seculo quædam Christi membra, ut in eis sit major humilitas.

egit, se effugisse talis dignitatis fastigium, & Patris, qui ab hujusmodi se defenderat periculo, collaudatam virtutem summopere dilexit (*a*). Idem discrimen, eumdemque discriminis exitum operâ Patrum Societatis tunc subiisse, quum Ven. Cæsar Baronius a Clemente VIII. Purpurâ donatus esset, intellexerat; eoque successu vehementer delectari se, neque de Purpurâ umquam cogitasse, nisi ut eam ab personâ suâ procul averteret, adseverantissime significabat (*b*). Et sane, *quum eum inviserem* [testatur Cardinalis Dietrichstein (*c*)], *& de rumore Cardinalitiæ dignitatis illi conferendæ aliquid insinuarem, in libros suos digitum intendens, Hic*, inquit, *meus Cardinalatus, ad alium non aspiro*. Pluries eidem Summo Pontifici Clementi VIII. desiderium suum non precibus modo, sed & multis rationibus conjunctum exposuit, vivendi, moriendique in Societate (*d*); in id quoque interponi curavit officia, & operam Præpositi Generalis, eum continuo monitum faciens de iis, quæ tractari audiret (*e*). Chirographum quoque, quod ex Marcello Cervino superius memoravi, conscripsit iis refertum argumentis, quibus imbecillitatem *suam longe imparem esse Cardinalitio oneri suadere attentabat*.

109. Quum

(a) *Hæc omnia fusius, ac distinctius refert Marcellus Cervinus in adumbr. imag. virt. Bellarmini. Sum add. fol.20. & 21. Adde Petrasanct. lib.2. cap.6. fol.111.*

(b) *Nam in epistola P. Francisci Sangri anno 1596. conscripta ad P. Aquavivam Generalem hæc habentur* -- Il Bellarmino ragionandomi di questo successo mi edificò sopra modo, poiche egli mi giurò non avere avuto mai un minimo desiderio di simili grandezze; e che tutte le volte, che vi ha pensato, non è stato per altro, che per trovare qualche rimedio, per poterlo impedire. Mi disse di più, che grandemente gli piaceva l'esser stato impedito, poiche egli medesimo avria fatto molto più di quel, che avrà fatto qualsivoglia altro; e che solo li dispiaceria, se fosse stato impedito con qualche sinistra relazione, o calunnia, che gli fosse stata apposta -- *ut in Sum. add. num.2. pag.20.*

(c) *In ejus attestatione. Sum. num.28. pag.82.*

(d) *Ut in Litteris circularibus P. Claudii Aquaviva Præpositi Generalis anni 1599.* -- L'istesso Cardinale prima d'esser promosso più volte s'ingegnò di dare ad intendere il medesimo, e palesò il desiderio, che avea di vivere, e morire in umile stato di Religioso -- *Sum. add. num.2. pag.2. §.46.*

(e) *Ut refert Joseph Avignanesius Nobilis Politianus T.III. in Proc. Ap. Polit. de auditu a Servo Dei in pluribus colloquiis habitis paullo ante promotionem. Sum. pag.6. num.7. §.5. ubi præterea hæc habet* -- Mi ricordo che mi disse d'aver detto al Padre Generale, che era necessario operare con il Sig. Cardinale Baronio, e farlo restare capace del danno, che riceverebbe la Compagnia della sua promozione, e che non ci era mezzo più potente con il Papa di esso Baronio per opporsi al suo Cardinalato, sebbene diceva in ultimo, che temeva, che per li suoi peccati non l'avesse a giovare cos'alcuna.

109. Quum verò novi Cardinales, ex iisque Bellarminus pronunciati jam essent, Pœnitentiariæ Patres ad se vocatos consuluit, quid sibi agendum esset : Sed illis ajentibus nullum consultationi locum fore, præsertim cum Pontifex nominatim præcepisset, ne domo discederet, misit, sed frustra, ad Cardinalem Aldobrandinum, ut potestas sibi fieret adeundi Pontificem, cui rationes exponeret recusandæ dignitatis (a). Aliis vero se parantibus ad Pontificem, a quo pileum suscepturi erant, adeundum, solus ipse magnopere contendit, ne clericalem coronam, vestesque sibi aptari sineret : tum advenientem Cardinalem Aldobrandinum instantissime obsecravit, ne deturbaretur e pristino statu suo : Sed voluntati Pontificis obtemperare coactus, dum purpureas indueret vestes, quasi tristissimum aliquid sibi contigisset, in uberrimas sese lacrymas effudit (b). In conspectum autem Pontificis veniens excusationes iterum suas proferre jam cœperat, sed penitus silentio se comprimere jussus est, atque in dignitatis gradu manere (c) : *Elegeram enim* [scribit Bellarminus ipse ad Jacobum Scotorum Regem (d)] *abjectus esse in domo Dei mei : Sed placuit ei, cui obtemperare necesse habeo, dicere mihi nihil tale cupienti, vel quærenti, quin potius refugienti, & recusanti, Ascende superius* (e).

 110. Haud

(a) *Ut narrat idem Bellarminus in relat. vita sua. Sum. pag.* 127. §.38.

(b) *Uti narrat Odoardus Sanctarelli Præfectus Cubiculi Cardinalis Aldobrandini, ac testis oculatus in epistola tunc scripta ad P. Generalem Vitellescbi, quam refert Bartoli lib.4. cap.5. ubi inter cetera hæc habet* — Proruppe in un pianto dirottissimo; e nel farsi la Chierica, e nel vestirsi così dietro un letto, dove depose la sua veste ordinaria, e pigliò la pavonazza Cardinalizia, tutto quel tempo seguitò a gittare un profluvio di lagrime così grande, che per qualsivoglia rovina, che fosse sopragiunta a chichesia, non sò, che si fosse potuto aspettare sentimento maggior di questo. *Extant apud Cerv. initio sua relat. carmina tunc edita* — De lacrymis, quas fundebat Card. Bellarminus, dum Purpurà induebatur.

(c) *Ut referunt P. Cepari T.XII. & Magister Domus T.XIX. ex Proc. Ap. Rom. Sum. pag.8. §.27. pag.9. §.41. P. Claudius Aquaviva in litteris circularibus jam memoratis* — Volendo lui, prima d'accettar la Berretta, propor di nuovo le sue difficoltà, e fare istanza, che non se le desse tal dignità; Sua Santità severamente rispose, imponendole precetto, & anco pena di scommunica latæ sententiæ, che non parlasse più di questo —, *& Bellarm. in relat. vita. Sum. p.* 127. §.38. — Volens incipere excusationes suas, Pontifex statim interrupit, & dixit, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna mortalis peccati, jubeo, ut accipias dignitatem Cardinalatus.

(d) *Ep.1. inter impressas; ac similia fere habet in ep.4. Martii 1599. ad Card. Veronensem. Sum. pag.90. §.6.*

(e) *Hæc eadem fere habet Card. Tarusius ad Bellarminum scribens* — Ideo cum semper te in loco imo statueres, is qui convivium paraverat, dicere debuit: *Amice,*

110. Haud certe ista mediocria sunt, & vulgaria; verum non usque adeo unius Bellarmini propria, ut magnam eorum partem concessurus ipse non sit Societatis Ordini, cujus & Præpositus Generalis, & reliqui Patres religiosæ humilitatis studiosissimi totis obnitebantur viribus, ne tituli, & honores ulli eorum septa pervaderent (*a*): Quæ tota, & peculiaris unius Bellarmini laus est, ac virtus, Cardinalis quidem Valerii judicio exemplum fere omne, omnemque in posterum imitandi spem superans (*b*), post acceptam dignitatem sui semper simillimus invisam semper, sibique molestissimam habuit hanc dignitatem, veluti quæ plena esset periculis (*c*), adjunctas haberet gravissimas curas, sollicitudinesque, nec aliud, quam flos fœni esset, impedimentum, & laqueus (*d*).

111. Con-

ce, adscende superius: debuit dare manum, etiam renuenti, & compellere, ut consequereris ad locum primum -- *in epist. relat. apud Petrasanct. vitæ Bellarm. pag.*206.

(a) *Ut præter hactenus dicta satis constat ex iis, quæ evulgavit P. Claudius Aquaviva Præpositus Generalis in litteris circu laribus tunc datis in Sum. add. pag.*20., *& quæ habet Card. Tarusius in epist. ad Card. Bellarminum in d. Sum. add. pag.*21. §.52. -- P. Generalis Præpositus, ceterique e Societate dolent in familiam suam secundo jam patere aditum ad speciosos titulos, & honores, atque in eam, quasi altero janitore, denuò Purpuram intrare. Sed eventus auctor, ut spero, erit, S. Spiritus hanc fuisse mentem: Pontifex verò non iterum Societati adferet ex simili jacturà mœroris similem caussam.

(b) *Inquit enim in ejus testificat. Sum. pag.*91. §.11. -- Grande ammirazione, & edificazione insieme ha dato sempre questo gran Servo di Dio, nel vedersi, che trasportato da un'estremo si può dir e all'altro, cioè da uno stato di semplice Religioso, a quello di Eminentissimo Cardinale, in concetto sempre anche degnissimo del Pontificato, si sia conservato sempre il medesimo senza vedersi mai in esso alcuna benchè minima alterazione, che ben si conosceva chiaramente da tutti, ch'era l'istesso Bellarmino mutato solo di abito, e di colore: memoria certo, come io credo, in tutti li secoli avvenire senza esempio, e forsi anche senza speranza d'imitazione.

(c) *Legenda est epistola* 16. *Julii* 1599. *ad P. Car minata, quæ refertur a Fuligatti in vita cap.*17. *pag.*135. -- Attendo al meglio, che posso, a portare il peso impostomi, ma confesso a V. R., che vedendomi serv ito con tanta diligenza, ed avendo molte commodità corporali, che il grado porta seco, se bene procuro di non porci affezione, ho talvolta paura, che non mi sia detto -- *recepisti mercedem tuam*, e di non esser di quelli, de 'quali è scritto, *in labore hominum non sunt*, però non sapendo che farmi mi raccomando a' Servi di Dio, che non essendo io degno del consorzio loro mi tirino seco *ad æterna tabernacula*.

(d) *Ut scribit in epistolis* 4. *&* 20. *Martii* 1599. *ad Cardinalem Veronensem, quas refert Cardinalis Valerius juni or in Sum. num.*28. *pag.*90. *Huc spectant, quæ habet T.II. in Proc. Ord. Rom. Sum. pag.* 103. -- Nella esortazione fatta ai nostri quan-

111. Consuetæ nimirum hæ voces erant, quibus quoties in Purpuræ honorem sermo incideret, animi sui sensus exprimebat. Ac ne putemus leviter hæc, & fucate ab eo dicta, relegenda est vel una gravissima de cujuscumque honoris, & gloriæ contemtu epistola ad Cardinalem Veronensem data sub initio dignitatis suæ (a) *Mira, inquit, sunt hæc, & magna, si terræ inhæremus, si patriam nostram obliviscimur: At si vere sapimus, si in Christi scholà eruditi sumus, si Evangelium, si Apostolum attente legimus, si nos hospites, & advenas esse serio cogitamus; quid hæc sunt, nisi vapor ad modicum parens? & quid est nostra vita, nisi fœnum? quid gloria ejus, nisi flos fœni? Ego certe, amantissime Pater, fateor paterno cordi vestro, numquam Purpuram magni feci; nunc vero tantum abest, ut magni faciam, ut potius vehementer mirer eos, qui ista mirantur; & obstupesco, quod videam Christianos homines ista obstupescentes, & miseret me illorum, qui gloriam Regni sempiterni negligere videntur, ut honores fugaces, & umbram consectentur.*

112. Firmiter adeo cordi ejus hæc insculpta erant, ut in sermone quodam ad Societatis novitios habito de regularum observatione disserens adfirmaverit (b), sicuti ab iis religiosa indumenta, ita ab se Cardinalitia deferri ex obedientia, haberique velut in vecte posita (c): Camillæ vero Bellarminæ germanæ Sorori suæ charissimæ enixis precibus flagitanti Urbem convenire, eumque Purpura insignitum invisere, ne id quidem concesserit, rescripseritque, diabolicam illam tentationem esse Crucis signo fugandam; seque pro certo habiturum, quod si illa perspectas habuisset sollicitudines, & molestias purpureis insertas ornamentis, optasset potius eum simplici, privatoque Religiosi habitu amictum videre (d).

113. Perpetuo quidem ipse flagrans desiderio revocandi se ad pristinum humilis, ac religiosæ vitæ genus, cogitavit sæpius de abdican-

---

quando venne per essere Arcivescovo di Capua disse, che ogni volta, che si rimirava quel rosso intorno, gli pareva di vedersi circondato dalle divine fiamme dell' inferno -- *tum carmina Bellarmino adbuc vivente evulgata, & præfixa a Marcello Cervino suæ relationis fronti.*

(a) *Relata ab Cardinali Valerio juniore in ejus attestatione Sum. pag.90. §.6.*

(b) *Uti refert de auditu proprio Testis XIII. ex Rom. Ap. Sum. n.26. pag.63. §.11.*

(c) *Joseph Finalis Coadjutor Societatis in suà depositione pag.13. & in Proc. Rom. Apost. Sum. pag.63. §.11.*

(d) *Hæc refert Marcellus Cervin.* ex proprio Bellarmini Chirographo, *& constat ex epistolà, quam transcribit Bartoli lib.3. cap.6. pag.310.*

dicandâ dignitate (*a*); quamquam re ipsâ non abdicarit, desperans omnino a Pontifice se impetraturum, quod peroptabat. Fecit tamen, quod potuit, ne & viventi sibi, & vitâ etiam perfuncto gloriæ aliquid, & honoris impenderetur: Nam testamento ipse suo, quod anno 1610. jam condiderat, (*b*) hæc vehementi animi sui voluntate expressit: *Corpus meum non apertum nocturno tempore sine ullâ pompâ ad Ecclesiam Societatis Jesu, vel Collegii Romani, vel Domus professæ deferri volo; & exequiæ fiant per solos Patres, & Fratres Societatis sine interventu Sacri Collegii, sine lecto sublimi, sine insigniis, vel flabellis, eâdemque simplicitate, quâ cæteris de Societate fieri solet. Et hâc de re quam maxime possum, Sanctissimum D. Nostrum humiliter rogo, ut desiderio meo satisfaciat.*

114. Æstimari facile hinc potest, quo Bellarminus animo affectus esset in supremum, aliisque ceteris longe sublimius se extollens Pontificiæ dignitatis culmen, quod, quo impensiore cultu, & obsequio in aliis verebatur, eo majore animi aversione ab capite suo deprecari consueverat. Perspicuum id est ex multis, quæ multi perhibent per varias occasiones ab eo dicta (*c*); quibus

(a) *Card. Mauritius a Sabaudia in ejus testimonio pag.96. sub* §.12. — In buona congiuntura di ragionamento mi disse, che più volte avea avuto grandissimo desiderio di rinunziare al Cappello per ritirarsi a viver di nuovo nella sua Religione — *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.*103. §.17. — Mi disse che andava pensando di rinunziare il Cappello, morto che fosse Clemente, dal quale non sperava licenza, & alla fine disperandola ancora dal Successore per allora si quietò; ma poi parendoli di aver trovato un Capitolo *in jure* ne parlò molto caldamente con il P. Generale, si quietò poi, perchè li fu detto, che ci voleva licenza, e che quel Capitolo non bastava. Questo lo sò da lui, per quello che tocca al Capitolo ritrovato; il rimanente lo sò dal P. Generale, quale ad istanza del Cardinale, domandò per lui licenza a nostro Signore, che potesse lasciare le funzioni, e licenziata la corte, ritirarsi in qualche Casa della Compagnia, come poi fece, & io li portai la risposta per ordine del P. Generale — *& Joseph Finalis Coadjutor Societatis in sua depositione pag.*123. — Non mai si vide più consolato, che quando se le rappresentava facile l'ottenere la chiesta licenza.

(b) *Quod refertur in Sum. add. pag.*33.

(c) *Nimirum se id a Deo impetraturum, ne onus Papatus intolerabile, & periculosissimum sibi imponeretur. De auditu proprio Testis XXII. ex Capuan. Ap. Sum. num.23. pag.51. §.26. & Testis II. ex Rom. Ord. Sum. num.29. pag.103.*

Item — a Papatu libera me Domine —. *De auditu proprio Testis I. ex Neap. Ord. Sum. addit. num.12. pag.105.*

Religioso cuidam majora auguranti manibus junctis respondisse — è tempo di pensare alla vita eterna — *De auditu proprio Test. XXIII. ex Cap. Apost. Sum. n.12. pag.28. §.20.*

Re-

bus simillima omnino sunt, quæ Bellarminus retulit in Commentariolo vitæ suæ : *In Conclavi Leonis XI. & rursus in Conclavi Pauli V.... privatim in orationibus suis dicebat Domino, Mitte quem missurus es, & a Papatu libera me Domine. In secundo Conclavi parum absuit, quin fieret Papa, & cum aliquis vir gravissimus promitteret suam operam, ipse hortatus est, ut desisteret, & neque ei gratias egit ; & affirmavit, se ne paleam quidem ex terra sublaturum, si per hoc Papa fieri potuisset ; neque eos, qui impedierunt, odio habuit, aut inde turbatus est : Dicebat enim definitionem Papatus esse laborem periculosissimum* (a).

115. Neque hoc loco prætermittendum est gravissimum, quod is Deo nuncupaverat votum die 26. Septembris 1614. verbis illis memoratu dignissimis (b). *Voveo Deo Omnipotenti, in conspectu B. M. V., & totius Cælestis Curiæ, quod si forte [quod non cupio, & precor Deum, ut non accidat] ad Pontificatum assumtus fuero, neminem ex consanguineis, vel affinibus meis exaltabo ad Cardinalatum, vel temporalem Principatum, vel Ducatum, vel Comitatum, vel alium quemcumque titulum, neque eos ditabo, sed solum eos adjuvabo, ut in statu suo civili commode vivere possint. Amen. Amen.* Nam quamvis protestatio illa, *quod non cupio, & precor Deum, ut non accidat*, voti partem nullam efficiat; est tamen illi eidem voto intermixta, fuitque a Bellarmino prolata una cum integrâ voti formulâ *in Sacrificio Missæ*,

---

Refert etiam Card. Ursinus Sum. pag. 78. §. 6. -- Nel Conclave dopo la morte di Paolo V., egli mi ritirò secretamente in un Camerino, e mi disse certe sue ragioni, per le quali egli diceva, che non dovevan mai pensare di promoverlo al Papato, mostrando gusto, che io li dicessi, se avessi mai sentito a parlare della sua persona.

In quadam relatione Conclavis Bellarminum ob sui simplicitatem negante Pontificem futurum propriâ manu adnotasse -- Sancta simplicitas, quæ me a tanto onere liberavit --. *De auditu ab eodem Bellarmino refert Cardinalis Crescentius Summ. 28. pag. 85.*

(a) *Hinc epist. 40. inter impressas* -- Quod me (*scribit*) Dominatio vestra ad Summum Pontificatum evehendum vel crediderit, vel optaverit, id totum benevolentiæ vestræ adscribo... Sed ego, credat mihi Dominatio vestra, non modo Sedem illam altissimam numquam desideravi, verum etiam semper exhorrui; ac Deum toto corde precatus sum, ut meæ imbecillitatis optime conscius tam periculosum fastigium me conscendere non pateretur.

(b) *Apud Bartoli lib. 3. cap. 6. & apud Fuligatti coævum Bellarmino cap. 26. pag. 226. De hoc pariter voto mentionem facit P. Mutius Vitellescbi intimus Servi Dei T. XXII. in Sum. pag. 43. §. 14. nec non P. Eudæmonjoannes T. II. in Proc. Rom. Ord. qui ejus notitiam habuit ex ore Servi Dei Sum. pag. 104.*

ſæ, *dum*, ut ipſe refert, *ſumturus eſſem Sanctiſſimi Domini Noſtri Corpus*, adeo ut grande piaculum eſſet ſuſpicari, eum non ex animo, & ex ſincera voluntate hæc protuliſſe.

116. Votum autem illud nobiliſſimam nobis exhibet ſpeciem animi non ſolum refugientis, aſpernantiſque honores quoſlibet, ſed neque minimum indulgentis carni, & ſanguini. Nihil hic memorabo invictam illam æquabilitatem turbari neſciam in acerbiſſimis caſibus mortis, vel fratris ſui, vel nepotum ex fratre, vel ſororis ſuæ Marcellæ; de quibus, quum ſpes effulgeret aliqua æternæ eorum ſalutis, lætabatur potius, quam doleret (*a*). Nihil præterea memorabo firmiſſimam illam voluntatem nullis umquam precibus, aut ſuaſionibus fractam, ne ex Eccleſiæ proventibus quidquam amplius in conſanguineos, aut affines ſuos deflueret, quam ex Chriſtianæ Charitatis lege opus eſſet ad ſublevandam eorum egeſtatem (*b*), adeo ut gloriæ ſibi verteret nepotes ſuos

(a) *Plura in hanc rem Marcel. Cervin. in adumbr. imag. fol.46. Extat etiam epiſtola Bellarmini ad Antonium Cervinum, de qua meminit Marcel. Cervin. filius loco cit., relata in Sum. add. pag.82. Lit. H., & apud Bartoli lib.3. cap.6. ubi* -- Se quarant'anni di Religione (*ſcribit*) non mi aveſſero inſegnato a moderar le paſſioni, e ſtimar le coſe umane, quanto vagliano, e non più, ſarei per certo un mal Prelato.... Sappia V. S., che quando paſſano da queſta vita perſone attinenti a me per parentela o altro vincolo, ſe io poſſo ſperare con qualche fondamento, che vadano, a luogo di ſalute, non poſſo contriſtarmene ancorche voleſſi; e così della morte de figlivoli di mio fratello, e della mia nipote, ed ora di mia ſorella non ne hò preſo dolore alcuno, ma piuttoſto allegrezza, e invidia -- *Quare epiſt.23. ad Virdunenſem Epiſcopum* -- non enim (*inquit*) Dominus meus Henricus de illis eſt, qui contriſtantur de dormientibus, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent; ſed de illis potius, qui ſemper cogitant hoſpites ſe, & peregrinos eſſe.... Abſit ut ſuſpicer Dominum Henricum Epiſcopum Virdunen., cujus cor Cœlo affixum eſſe non dubito, humanis caſibus ita moveri, ut conſolatorio ſermone indigeat.

(b) *Graviſſima eſt in hanc rem epiſtola ad Thomam Bellarminum fratrem 30. Maji 1603. apud Bartol. lib.3. cap.6. ubi poſt plura concludit, ſe jam impleviſſe Concilii Tridentini monitum de omni humano affectu erga fratres, & propinquos deponendo. Hæc pariter confirmat Avignaneſius Præfectus Cubiculi T.III. in Proc. Apoſt. Polit. Sum. pag.7. §.25. ubi refert aliam epiſtolam anni 1618. in hæc verba* -- Io ſtò contentiſſimo di non aver arricchito li parenti, ma ſolo darli per modo d'elemoſina come agli altri poveri, acciò non patiſcano neceſſità di vivere ſecondo lo ſtato loro -- *Item Bellarminus ipſe in relat. vitæ ſuæ. Sum. pag.127.* -- In Cardinalatu ſtatuit.... non cumulare pecunias, nec ditare cognatos, ſed Eccleſiis, vel pauperibus dare quidquid ſupereſſet ex reditibus -- *Refert etiam P. Eudæmonjuannes* -- che era andato a trovare un gran Prelato, che moriva, per eſortarlo particolarmente a pentirſi, e domandare perdono a Dio di quello, che aveva dato a ſuoi, e di un'altro mi diſſe, che ne ſperava bene per ſcrupolo, e pentimento, che verſo il fine della vita ne aveva moſtrato. *Sum. pag.104. ante §.18.*

ſuos ſolius inopiæ cauſsâ parare ſibi non poſſe equeſtre Crucis inſigne (*a*), nihil, inquam, hæc, & alia referam hujus generis plura. Id unum veluti ceteris omnibus longe præſtantius ego ſuſpicio in voti formulâ ſuperius recitatâ, quod ipſa ſanguinis, ac neceſſitudinis ratio ad opes, ad honores, & alia quæcumque virtutis præmia conſanguineis, & affinibus licet idoneis, eaque maxime promeritis aditum omnem præcludat hâc unâ ex cauſsâ, quia ejus temporis conditio ita poſtulare videretur *ad majorem Dei gloriam, & Eccleſiæ faciliorem reformationem, & ſanctæ fidei propagationem* (*b*).

117. In his porro omnibus, quæ ad gloriæ cujuſcumque, & honoris contemtum pertinent, tot fere deprehenduntur heroicæ virtutis ejus animo perpetuo inſidentis argumenta, quot actiones ſunt ſuperius relatæ. Nam quamvis earum plures deſiderium, ac voluntatem tantum præ ſe ferant, abſque operis ipſius exhibitione, veluti propoſitum illud, voti obligatione devinctum, non ditandi, neque augendi opibus, & honoribus conſanguineos, ſi Pontifex fieret; conatus adhibiti ad Purpuram ab ſe initio repellendam, ac deinde abdicandam; ac modus funeris, & exequiarum in teſtamento præceptus; in quorum priore exhibendi operis occaſio defuit, in ceteris facultas: *coronat tamen Deus* (*c*) *voluntatem*, ut Auguſtinus ait, *ubi non invenit facultatem*. Atque ut optime ſcribit Hieronymus (*d*): *Non quid invenias, ſed quid quæras, conſideramus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiamſi artificis, & plaſtæ ceſſent manus, tamen virtute totum eſt, quidquid eſſe poteſt.*

118. Mollem autem ceram Bellarminum fuiſſe aptiſſime dixerimus aliâ quoque ratione, quia unam Dei voluntatem cordi ſuo impreſſam haberet: *Non exiſtimo* [ajebat] *ſolidiorem quietem, & veriorem ſalutis ſecuritatem in ullâ re poſſe reperiri, quam in Dei voluntate tota animi devotione perficienda*; tum, *illam*

(a) *Ut ſcribit in epiſt. 6. Octobris* 1618. *quam recitat Bartoli lib.3. cap.6.* — gloriandomi che laſcio i miei parenti tanto poveri, che per la ſola povertà ſono eſcluſi dalla Croce di San Stefano, portando la Croce di Chriſto, che è molto più glorioſa, benchè poco conoſciuta —

(b) *Ut in eadem voti formulâ ipſe declarat* — Hoc votum feci, non quod damnem eos Pontifices, qui conſanguineos, affines idoneos, & dignos ad Cardinalatum evexerunt; ſed quia exiſtimavi hæc tempora ita requirere ad majorem Dei gloriam, & Eccleſiæ faciliorem reformationem, & Sanctæ fidei propagationem —.

(c) *Tom.4. edit. Maurin. pag.*458. *& pag.*1066.

(d) *Lib.2. epiſt.1.*

illam Domini vocem præter ceteras semper amavi: Pater transfer calicem hunc a me, verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Empti sumus pretio magno, proinde ut servi emptitii simplicem obedientiam Domino nostro debemus (*a*). De hâc perfectâ obedientiâ, quæ divinæ voluntati exhibenda sit, plura sapienter disserit in libello de Gemitu Columbæ (*b*), post quæ ita Dominum suavissime alloquitur: *Desiderio desideramus tibi Domino diligenter, velociter, ac sine ullâ imperfectione servire, & obedire hic in terris, quomodo ab Angelis sanctis tibi servitur, & obeditur in Cœlo; sed quia multa nos impediunt, cum servo tuo Augustino clamamus, Da quod jubes, & jube quod vis. Et si status exilii nostri tantam perfectionem non admittit, accipe sacrificium orationis, & desiderii nostri clamantis in auribus tuis: Fiat voluntas tua, sicut in Cœlo, & in terra. Et si ipsum quoque desiderium imperfectum est nimis, audi gemitum desiderantis desiderium ardens, & cum prophetâ lamentantis, & dicentis: Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.*

119. In quamcumque propterea partem, & formam versari, flecti, effingi aliorum arbitrio paratissimus erat, se suamque voluntatem, ac desideria omnia in Superiorum, tamquam Divini Numinis vice fungentium, imperio, ac voluntate deponens; optima, & gratissima divinarum scientiarum studia non suscepturus, nisi obedientiâ duce, & auspice; nihil umquam sollicitus, quo loci consistere, quibusque rebus, & muneribus vacare placitum sibi foret; sed ubi manere, quidque agere juberetur (*c*); nullis etiam vitæ,

---

(a) *Ita in epist. inter impressas 15. ad Virdunensem Episcopum.*

(b) *Lib.2. cap.10.*

(c) *His animi sensibus referta est epistola, quam scripserat ad P. Secretarium Societatis, quum ad Collegium Montis Regalis missus esset: in Sum. add. pag.34. lit. T.* -- Hò ricevuta la lettera di V. R., dove hò letto molte ragioni, per le quali il nostro P. Preposito mi hà destinato a questo Collegio di Mondovì. Io sebbene senza udire alcuna ragione dovevo ubbidire, e spero, che l'avrei fatto, nondimeno ringrazio sua Paternità ... Quanto allo studio di Teologia, che V.R. tocca nella lettera, sebbene io confesso la mia natura inclinarsi per quel poco di saggio, che nella Filosofia n'hò avuto, nondimeno non vorrei, che V.R. pensasse, che questo mi affliga punto; anzi sappia, che io non desidero, se non quanto piacerà alla santa ubbidienza, sebben gli piacesse, che io leggessi Rettorica, o altra cosa inferiore tutto il tempo della vita. Questo io proposi, quando entrai nella Santa Compagnia, e quando partii di Roma lo confermai, ed ora di nuovo lo confermo, e desidero dal N. P. Preposito, il che mi ricordo aver detto una volta al P. Rettor Madrid, che se per sorte giammai dimandassi della

vitæ, salutisque propriæ incommodis, ac periculis, nullis locorum, ac temporum difficultatibus deterritus, ne Superiorum imperata promptissime faceret. Id præsertim contigit, quum, ut narrat ipse Bellarminus in commentariolo Vitæ suæ in Collegio Patavino degens, jussusque a Præposito Generali proficisci Lovanium, *scripsit P. Generali, se promptum esse continuò proficisci, quocumque obedientia juberet*, repugnantibus licet ejusdem Collegii Patribus, & obtendentibus periculum, medicorum quoque judicio comprobatum, ne *hyberno tempore frigus Germanicum ferre posset* (*a*); quum rursus, transactis aliquot mensibus, *anno* 1569. *scripsit P. Generalis ad N.* [eumdem scilicet Bellarminum], *ut proficisceretur Mediolanum, & ibi adjungeret se Patri Jacobo Flandro, ut iret Lovanium, quoniam iter dicebatur valde periculosum propter militias Ducis Bipontini, qui transibat ex Germania in Galliam per viam, quam nos facturi eramus; contulit se N. ad Sanctissimum Sacramentum, ibique toto corde obtulit Deo vitam suam, & quidquid in illo itinere disposuisset. Inde plenus bonâ fiduciâ ivit sine socio Mediolanum, ubi adjunctus Patri Jacobo, & D. Gulielmo Alano, qui postea fuit Cardinalis, cum aliis duobus Anglis, & uno Hyberno profectus est Lovanium*. Id etiam contigit, quum Lovanii degens, etsi cœlum illud sibi infensissimum expertus esset, de eo auditus numquam est conqueri, nec umquam discedendi veniam petere; adeo ut post diuturnam septem annorum moram, ad extremum pene redactus valetudinis suæ periculum concidisset, nisi ceteri Patres Lovaniensis Collegii salvum potius eum, & incolumem, quam diutius præsentem habere solliciti, authores fuissent Generali Præposito Societatis eum in Urbem confestim revocandi (*b*). Jure propterea ipse dixerat senior jam factus, se quietissime semper in Societate vixisse, quia Superiorum placitis animum suum semper accommodasset (*c*).

120. At hæc fortasse minus admirationis habent in privato homine, ac religioso, cujus adeo propria, solemnisque voti obliga-

tione

dalla santa ubbidienza (il che spero non farò) qualche cosa circa le mutazioni, o altro secondo la mia inclinazione, desidero, dico, che non me lo conceda, per condescendermi, se non è alioqui secondo la dritta regola della santa ubbidienza, perchè hò più a caro di errare contro mia voglia, che errare con mio diletto, & allora sò certo non errerò, quando farò l'ubbidienza.

(a) *Id etiam narrat P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.*109. §.30.

(b) *Vide supra* §.6.

(c) *De auditu proprio T.XXIII. ex Cap. Apost. Sum. pag.*47. §.8.

tione devincta illa virtus est obsequendi voluntati Superiorum. Bellarminus tamen ab Præpositi Generalis sententiâ, & nutibus tum etiam pendere perpetuo visus est, quum Purpuratorum Patrum Collegio adscriptus, & dignitate, & authoritate tam longe illi præstaret (*a*), usque adeo ut non minus dignitate, quam religiosæ obedientiæ virtute auctus videretur (*b*). Et sane insigne quoque hujus obedientiæ specimen in testamento suo nobis reliquit, dum scripsit (*c*): *Quod attinet ad locum sepulturæ, libenter jacere corpus meum voluissem ad pedes Beati Aloysii Gonzagæ, mei quondam spiritualis filii; sed tamen Superiores Societatis, ubi voluerint, corpus meum ponant*; itidemque dum Collegio Romano, præter alia quædam, legavit omnia scripta sua, & totam Bibliothecam, *nisi R. P. Generali videatur Bibliothecam alicui alteri loco Societatis magis egenti applicare*.

121. Qui vero Superiorum Ordinis voluntati addictissimus erat, non poterat Supremo Ecclesiæ Capiti non obtemperantissimus esse. Capuanam Ecclesiam ex obedientia suscepit (*d*), eamdemque sponsam sibi charissimam, muniaque episcopalia sibi jucundissima ex obedientiâ protinus dimisit (*e*): obedientiæ pariter causâ fecit,

---

(a) *Ut uno ore de visu, & auditu proprio adfirmant Testis II. ex Ord. Rom. Sum. num.29. pag.108. Testes XII. XV. XVII. & XIX. ex Rom. Apost. Sum. num.21. pag.26. & 47. P. Mutius Vitelleschi T. XXII. ex eod. Proc. Sum. pag.10. §.55. ubi* -- Verso il Generale della Compagnia si portò come se fusse stato suo suddito, consigliandosi con lui, e seguitando li suoi consigli: e questo lo sò, perhè molte volte io portavo l'imbasciate, per una parte, e l'altra, ed una in particolare portai da una parte una lista delle sue massarie, pregando il P. Generale da parte di sua Signoria -- *tum etiam Cardinales Crescentius, Scaglia, & S. Susannæ. Sum. num.28. pag.76. 84. & 94.*

(b) *Idem P. Mutius Vitelleschi Generalem sibi dixisse refert* -- Che sebbene nella Compagnia il P. Bellarmino era stato obbedientissimo, più obbediente era allora che era Cardinale -- *Sum. pag.10. §.56. & pag.47. §.7.*

(c) *Sum. add. pag.33.*

(d) *Marcellus Cervinus in adumbr. imag. fol.28. & 29. & Bellarminus ipse in epist.22. ad Abbatem Fuldensem* -- Ego, Reverendissime Pater, hàc ipsâ die novà cruce oneratus sum; quasi enim debilibus humeris meis non sufficeret pondus Cardinalatus, accessit Pontificis Maximi jussu etiam onus Archiepiscopatus --, & *in aliis epistolis mox recitandis.*

(e) *Nam in epist.42. inter impressas ita scribit* -- Ego Romam veni ad Comitia Pontificia; sed cum ad meam Ecclesiam reverti pararem, obedientia Summi Pontificis, & simul desiderium Patrum Societatis fecit, ut dimissâ Ecclesia Capuanâ Romæ consisterem. Itaque qui ante triennium reliqueram Patrem, & Matrem, ut adhærerem Uxori meæ; nunc ut adhæream Patri Summo Pontifici, & Matri

fecit, quod Gregorii XV. Pontificis nomine sibi nuntiaverat Cardinalis Ludovisius Nepos per Clementem Merlinum Rotæ Auditorem, ut in Vaticanas ædes commigraret ad habitandum; sed ejusdem obedientiæ caussâ, quamvis a Cubiculi Præfecto admonitus, & collaudatus, ut Cardinalem ipsum Ludovisium salutatum iret, ageretque illi gratias, omnino recusavit, quoniam Pontifex vetuisset, ne hujusmodi salutationis officia Nepoti, nisi post Cardinalitium galerum solemni more traditum, exhiberentur (*a*).

122. Immo quasi omnium voluntati obtemperare, ac præsto esse debuisset, omnes quandocumque, & cujuscumque generis personas eum adeuntes excipiebat, intermissâ statim quâlibet legendi, scribendi, aliâve occupatione; benignas, & patientissimas omnibus præbebat aures, utut persæpe longis, inutilibus, aut etiam molestis eum sermonibus detinerent (*b*). Ab omni præterea, etiam quum maxime posset, dominatus, & imperii specie abhorrens, si quando opus habuisset facto aliquo, & operâ familiarium suorum, non nisi verbis urbanissimam rogationem exprimentibus voluntatem suam significabat; neque, si ab iis erratum esset, liberius indignabatur umquam, sed humanissime commonebat (*c*). Quid quod & fami-

Matri Societati Jesu, Sponsam mihi charissimam relinquere cogor -- *& epist.*45.-- Sciat... me non solum redisse, sed etiam libellum repudii charissimæ Sponsæ magno cum dolore illius, & meo, Pontifice jubente, misisse. Valde enim libenter a frequentià & tumultu Urbis remotus, Pastoralibus functionibus operam dabam. Sicut antea, cum solutus essem ab uxore, non quæsivi uxorem, sed Christi Vicario sic volente, duxi; Sic etiam postea cum alligatus essem uxori, non quæsivi solutionem, sed cum Summus Pontifex vellet, me Romæ manere, & ego non auderem Ecclesiam retinere, & in eà non residere, ideo coactus sum vel invitus eam deserere. Spero non displicuisse Deo, quidquid ejus Vicario authore feci -- *Hisque similia repetit in litteris ad Cives Capuanos datis post dimissum Archiepiscopatum, ac relatis in Sum. add. pag.*67.

(a) *Uti narravit idem ipse Clemens Merlinus Rotæ Auditor in Proc. Rom.* Ord.; *cujus verba referuntur a P. Bartoli lib.3. cap.14.*

(b) *Uti constat ex Testibus III. & XV. ex Polit. Ap., & T.XXII. ex Cap. Sum. num.10. pag.20. & 22.*

(c) *Ita Joseph Avignanesius Præfectus Cubiculi T.III. in Proc. Polit. Ap. Sum. pag.11- §.5.* -- Sò che da tutti li suoi era amato, perche procedeva con tanta dolcezza, che io non sò, che mai commettesse ad alcuno, se non in questa maniera -- se voi potessi andar: aurei caro: bisognerebbe, e simili -- E quando non si facevano le cose conforme al suo gusto, non si adirava, ma correggeva con grandissima flemma e carità. *Joseph Finalis in sua depositione pag.93. de auditu a familiaribus S. D.* -- mai s' intese parola in tutto il tempo della loro servitù, che sonasse servitore; ma ne anche commandò mai, ne meno ad un Palaferniere assolutamente, ma in modo, che preponeva il suo bisogno.

miliarium, & etiam famulorum dicto audiens sæpe erat obedientiæ exercendæ caufsâ (a)?

123. Neque id mirum: omnes enim fratrum loco habebat (b); omnium idcirco languores, injurias, & cetera, quibus mortales premimur, mala, veluti propria, monebat gemitu, & oratione ab iis deprecari unumquemque nostrum oportere (c). *Quid enim*, [scribit] *expectare potest aliud tam ingens languentium multitudo, nisi motum lacrymarum ex compassione fraternâ? Nam si vere omnis homo proximus noster est ex sententiâ Salvatoris, immo & frater ex eodem patre Deo, & eâdem terrâ matre, unde invocamus, & dicimus, Pater noster, qui es in Cælis: an non deberet unusquisque nostrum aliquando cogitatione lustrare multitudinem proximorum, & fratrum nostrorum languentium, & ejulantium, ac misericordiam implorantium, & ex corde commendare cum intimo gemitu Deo omnes, qui ejusmodi sunt? Profecto exaudiret plus Dominus lacrymas filiorum suorum, ex fonte Charitatis profluentes, & illis quidem refrigerium aliquod largiretur; & nobis etiam boni operis merces non deesset. Si enim qui dederit calicem aquæ frigidæ proximo suo, non perdet mercedem suam; multo magis qui dederit calicem aquæ calidæ, idest lacrymarum ex fornace Charitatis prodeuntium, non perdet mercedem suam*: Sed his lacrymarum officiis absentes, quos aliter non possumus, juvandos esse: *Neque hoc dico, quasi lacrymæ sufficiant, quando possumus visitatione, exhortatione, eleemosynis miseros adjuvare. De multitudine tantum absentium locuti sumus, quibus non nisi oratione, & lacrymis adesse possumus.*

124. At enim Bellarminum visitatione, exhortatione, eleemosynis, & omnis alterius generis ope miseros, quos potuit, & quantum potuit, adjuvisse exploratissima res est; adeo ut S. Franciscus Salesius merito eum dixerit *oculum esse cæco, & pedem claudo; manus lassas erigentem, & genua debilia corroborantem* (d). Ac revera in alios omnes beneficentissimus, suæ dumtaxat utilitatis, suique commodi non despector tantum, sed & inexorabilis adversa-

(a) *Idem Præfectus Cubiculi* -- Solo una volta, facendolene io grand'istanza, lo prese (un manicotto) per manco d'un mezzo quarto d'ora per far quell'obbedienza, perchè faceva professione d'obbedire molte volte anco ai servitori. *Sum. pag.40. num.17. §.2.*

(b) *Vide infra §.165.*

(c) *De Gemitu Columb. lib.2. cap.8.*

(d) *In litteris 6. Januarii 1621. quibus Religiosum quemdam commendat Bellarmini patrocinio in Sum. add. pag.81. lit.E.*

farius fuit ; nullique minus, etiam quum maxime poffet, placere, aut indulgere ftuduit per integrum vitæ fuæ tempus, quam fibi ipfi.

125. Abfolutiffimæ paupertatis cultor, dum in Societate Jefu permanfit, etiamfi multis nominibus, ac præfertim ob continuos, & graviffimos ejus labores æquiffime ea petere, vel comparare fibi potuiffet, quibus honeftius aliquanto, & commodius, quam ceteri fodales, vitam tranfigeret; nihil tamen vel minimum umquam habuit, fibique fumfit præter id, quod aliis omnibus commune effet (*a*). Nudus nudum Chriftum ita fequi peroptabat, ut facras imagines, & precatorios etiam calculos, quæ fibi dono offerebantur, aliis diftribuenda, prorfus refpueret (*b*). Tenuem adeo apparatum femper retinuit in cella, five cubiculo fuo, ut ibidem paupertas fedem fixiffe videretur; neque, fi parvulum lectum, fcamnum ad fcribendum, & imaginem ex papyro detraheres, aliud quidquam reperiffes (*c*). Poftquam Collegii Romani Rector conftitutus fuit, a Rectoris cubiculo ftatim amoveri voluit res illas, quæ non adeo fimplices, & ceteris communes fibi viderentur (*d*).

126. Cardinalatus dignitas Bellarmino de priftino religiofæ paupertatis fpiritu nihil imminuit, vel immutavit. Nummorum fpecies,

---

(a) *Ex Cap. Apoft. Sum. pag.43.* -- Mentre che io conobbi il P. Bellarmini, lo vidi fempre ftare al comune, ed alla Religione, fenza neffuna particolarità, con tutto che era Provinciale, e Superiore noftro -- *P. Eudæmonjuannes T. II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.*107. §.24. *Fuligatti vitæ cap.*12. ibi -- Non pretendeva fingolarità alcuna nella fua perfona, contentandofi del comune in ogni cofa, anche in tavola, dove quando alcuna vivanda per la fua fanità non era buona, non ne prendeva altra, ne anche di quelle, che fono comunemente apparecchiate per coloro, che l'ordinarie non poffono ufare, & in tal modo era un vivo fpecchio, e ritratto di religiofità.

(b) *P. Mutius Vitellefchi T.XXII. Sum. pag.*44. §. 7. -- Nè voleva pure una Immagine di carta, nè pure una medaglia benedetta, folo quella che portava alla corona; ed effendogliene offerte non le accettava, e dicendofegli, che le pigliaffe per dare ad altri nelle occafioni, diceva che un povero bifognava, che non aveffe da dare.

(c) *Pater Eudæmonjuannes loco mox citando.*

(d) *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.*107. §. 26. -- Fatto Rettore fi levò da camera uno ftudiolo di noce, quale ufava il fuo predeceffore con alcuni tiratori per tenervi le fcritture, e lo mandò in Sacriftia del Collegio, dove ancora ftà, parendoli che foffe cofa troppo pretiofa per la camera di un povero; & il fimile ho intefo, che fece di un quadro, che era nell' inginocchiatore, perche fe bene non era di fattura eccellente, era però dipinto a oglio, e ci meffe in loco di quello un' immagine di carta, come comunemente tengono gl'altri -- *Idem Bellarm. in relat. vitæ fuæ. Sum. pag.*126. §.35. ubi cauffam affert -- Ut aliis exemplum religiofæ fimplicitatis præberet.

cies, eorumque pretium ne tunc quidem callebat (*a*). Donariis quibuſcumque, ac muneribus pretioſis, quæ multi e Cardinalibus, ac Pricipibus viris exhibuerunt promotionis ſuæ tempore (*b*), & quæ deinde Principes, ac Magnates alii non raro ad eum mittebant, ſeveriſſime ſemper abſtinuit (*c*); niſi quod ex iis aliqua interdum [ac rariſſime quidem] recepit pauperum beneficio, eâque veluti expreſsâ lege pauperibus diſtribuendi. Capuæ quoque pariter, *quoniam uſus erat quidam, ut Canonici, & Parochi in feſtis Natalitiis munera mitterent Archiepiſcopo ſatis magna, interdixit omnino eam conſuetudinem, tum ne pauperes Canonici, & Parochi gravarentur, tum ut divites darent majori cum ſuo merito pauperibus, quæ data erant Archiepiſcopo non egenti. Sæpe enim cogitabat, & aliis inculcabat illud Iſajæ: Beatus, qui excutit manus ab omni munere* (*d*).

127. Oblata ſibi duo Sacerdotia, Epiſcopatum primo Politianenſem, ac deinde Archiepiſcopatum Capuanum eo etiam conſilio, ut ex unius, vel alterius proventu ſe, dignitatemque ſuam, veluti par erat, ſervare poſſet, Politianenſem quidem omnino recuſavit; Capuanum vero non niſi urgente Clementis VIII. juſſione ſuſcepit (*e*); ſuſceptumque paucis poſt annis, quia ex Pauli V. Succeſſoris voluntate eum in Urbe manere oporteret, omnino reſignavit, ne aut deeſſe Paſtoris præſentiâ ſuâ vigilantis muneri, aut retentâ dote ſponſam abjicere videretur, (*f*) *hoc reddito Pontifici reſpon-*

(a) *Primicerius Eccleſiæ Capuanæ T.III. ex Cap. Apoſt. Sum. pag.44.§.10. qui id ſcivit, & miratus eſt occaſione perſolvendi certam quantitatem pecuniæ Servo Dei tunc Archiepiſcopo Capuæ.*

(b) *P. Virgilius Cepari T.XII. ex Proc. Apoſt. Rom. Sum. pag.8. §.30.* ubi -- Fatto Cardinale ricusò molti donativi, che Prencipi, ed altri Cardinali gli volſero fare, e tutto queſto sò per certa ſcienza — *Concordat Epiſcopus Sanſidonius de auditu a Servo Dei in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.115. §.67.*

(c) *Ut deponunt teſtes informatiſſimi, XII. XIV. & XIX. ex Rom. Ap. Sum. n.7. pag.8. & 9., & teſtis IV. ex Rom. Ordin. Sum. n.29. pag.115. & narrant Cervinus, & Fuligattus relati in Sum. add. n.4. pag.32. & n.9. pag.77., tum Bellarminus ipſe in ſuâ relat. Sum. num.30. pag.228. & confirmat in epiſt.1. inter impreſ. ad Nicolaum Radzivilium Olicæ Ducem ubi* — veſtris, (*inquit*) pignoribus, iiſque nobiliſſimis oneror . . . Propoſitum mihi eſt vacuas manus a muneribus gerere, atque hactenus pretioſa dona Principum virorum recuſavi, vel remiſi.

(d) *Bellarm. in relat. vitæ ſuæ Sum. pag.128. §.46.*

(e) *Vide ſupra §.121.*

(f) *Hanc fuiſſe reſignandi cauſſam referunt de auditu a Servo Dei ex Proc. Rom. Apoſt. P. Minutoli T.XV. Sum. pag.12. §.20.; aliique plures teſtes ejus intimi, ac familiares. In Sum. n.9. pag.18. & 19. quorum alter Præfectus Cubiculi* — Tornan-

do

ponso, se secum dispensare non posse a residentiæ legibus, etsi Summus Pontifex dispensaret; nec se tutum coram Deo, etsi in hominum oculis videretur, agnoscere (a). Resignati præterea tam opulenti Sacerdotii neque titulum in nepotem suum licet merentem, ac postea Teanensi Ecclesiæ præfectum (b), aut in alium quemquam affinium suorum transferri voluit [quod utique tam facile potuisset, quam facile velle poterat; nam Pontificis jussu successorem ipse delegit (c)]; neque partem sibi ullam, aut quantitatem redituum servari petiit, quamvis hanc nihilominus annuâ sibi constitutâ pensione ex Pontificis in eum, ejusque necessaria vitæ ornamenta ultro intendentis munificentiâ obtinuit (d). Nam ipse de congruis subsidiis sibi comparandis parum curans libere illud reponebat, quod, etiamsi cetera omnia defuissent, defuturam sibi non esse sciret aliquam Societatis domum, ubi reciperetur (e).

128. Quorum vero Ecclesiasticorum redituum compos factus est, fidelis, ac prudens dispensator cumulatissime præstitit, quod nos Paulus admonuit, ut, qui possident, sint tamquam non possidentes, & qui hoc mundo utuntur, tamquam non utentes. De pecuniâ, quæ in futuros sumtus necessaria foret, parandâ nullam gerebat sollicitudinem, quia hujusmodi cogitatio esset de crasti-

N no

---

do da Palazzo il Sig. Cardinale, subito arrivato a casa mi disse, che il Papa gl'haveva detto, che bisognava, che l'ajutasse a portar quel peso, cioè il Papato; & il Cardinale gli soggiunse, e la mia Chiesa? Rispose a questo il Papa, la dispensaremo dalla residenza; & egli, nò Padre Santo: s'ella vuole, che io la serva quì in Roma, ora rinunzio libero *in manibus Sanctitatis Vestræ* l'Arcivescovado: ed il Papa gli rispose, Noi la vogliamo in tutti li modi appresso: se vuole renunciare l'Arcivescovado, lo rinunzi lei a chi vuole: e perche avendo il Cardinale replicato, che ciò facesse sua Santità, ne volendo il Papa ciò fare, fu sforzato ad obbedire -- *Et Bellarminus ipse in relat. vitæ suæ. Sum. pag.129. & in litteris anno 1605. ad Magistratum Capuanum datis, de quibus in Sum. add. pag.67.*

(a) *Quæ verba sunt Cardinalis Centini in ejus testimonio. Sum. pag.87. §.4.*

(b) *Uti patet ex ipsius Bellarmini admonitione ad Theanensem Episcopum nepotem suum.*

(c) *Ut ex testimonio Præfecti Cubiculi superius relato, & ex prædictis litteris ad Magistratum Capuanum datis.*

(d) *Libere prorsus resignasse absque ullâ pensionis reservatione referunt ex Proc. Rom. Apost. P. Minutoli T.XV.Sum. pag.12. §.19. & P. Mutius Vitelleschi T.XXII. Sum. pag.19. §.11.*

(e) *De auditu a Servo Dei Cardinalis Ursinus Sum. pag.77. §.4. Marcel. Cervin. in Sum. add. pag.32. in prin. §.7. similemque responsionem datam Paulo V. refert Præfectus Cubiculi T.III. Sum. pag.7. §.26.*

no (*a*). Nihil vere nos possidere existimabat, nisi quod in sinu pauperum collocaremus (*b*). Annuas duas pensiones, ducentorum alteram, & alteram quingentorum scutorum liberaliter remisit Episcopis earum onere gravatis, ut pjis usibus applicarent (*c*). Vicarium commendatæ sibi Ecclesiæ ad gerendam animarum curam deputatum ampliore proventuum parte, quam quæ antea congruæ portionis nomine præscripta illi fuisset, sponte suâ donavit (*d*). Narranti interitum nobilis puellæ, quæ afflicta nimium egestate fuerat, semel, atque iterum expostulavit, quod opem suam non petiisset (*e*).

129. Capuanum vix Archiepiscopatum adivit, ut statim dixerit Magistro domus suæ: *Colligite fragmenta, ne pereant*: *Abbiate cura di queste entrate, trattate bene la famiglia, fate il bisogno della Chiesa, e tutto il resto datelo per amor di Dio* (*f*). Ibidem ære suo religiosorum virorum hospitium continenter habuit (*g*). Adolescentes suis sumtibus ad pietatem, ac litteras instituì curavit (*h*). Catalogum egentium Capuæ, Romæ, ac Montis Politiani familiarum sibi texuit (*i*), certasque iis, & aliis aliorum locorum subventiones constituit (*k*). Plurimam quoque pecunia-

(a) *Petrus Guidotti Magister Domus T.XIX. Sum. pag.44.* -- avendoli io particolarmente in Capua detto molte volte, che bisognava una quantità di danaro per il ritorno, mi rispondeva che era *cogitatio de crastino die*; e replicandogli che li bisogni venivano all'improviso, mi diceva, che in sessant'anni non aveva mai visto il bisogno, e che sperava di non doverlo mai vedere.

(b) *Nam in ejus epistola 5. Januarii 1608. ad Thomam fratrem, quam transcribit Bartoli lib.3. cap.5.* -- Non è veramente nostro (*ajebat*) se non quello, che diamo in limosina, perche quel solo ritrovaremo nell'altra vita.

(c) *Ex P. Virgilio Cepari, Mattheo Torei Capellano, & Petro Guidotti Magistro Domus T.XII. XVII. & XIX. in Proces. Rom. Apost. Sum. pag.9. §.48. pag.18. §.4. & pag.32. §.14. Marcel. Cervin. in Sum. add. pag.32. §.8.*

(d) *Uti constat ex Bellarmini epistola relata in Sum. add. pag.80. lit. C.*

(e) *Idem, qui casum narraverat, P. Jacobus Minutoli T.XV. ex Proc. Rom. in Sum. pag.9. §.40.*

(f) *Ita idem Magister Domus T.XIX. in Proc. Ap. Rom. Sum. pag.9. §.43.*

(g) *Idem Magister Domus loco cit. §.47.*

(h) *Joseph Avignanesius Cubiculi Præfectus T.III. in Proc. Ap. Polit. Sum. pag.7. §.22. & 23. T.IV. in Cap. Apost. Sum. pag.15. §.65.*

(i) *Idem Magister Domus loco cit. §.46. & alius Canonicus Capuanus T.XXI. ibidem §.49. Præfectus item Cubiculi T.III. ex Polit. Ap. Sum. pag.10. num.8. §.3. T.XV. ex Rom. Apost. Sum. pag.12. §.17. T.IV. ex Cap. Apost. Sum.15. §.64. & alii.*

(k) *Præter Testes prædictos T.I. Polit. Apost. Sum. pag.5. num.7. §.1. ac de facto proprio TT.II. V. XII. Sum. pag.14. §.51. pag.15. §.74. pag.16. §.85. & alii, ac Bellarminus ipse in relat. vitæ suæ Sum. pag.128. §.42.*

cuniarum vim contulit reparandis, ornandisque sacris ædibus, sive Capuanæ Cathedralis Ecclesiæ (*a*), sive S. Mariæ in Via titularis suæ (*b*); cujus novum ædificium a Bellarmino excitatum intuenti Paulo V., admirantique, quod illi tot sumtuum facultas suppeteret, eumdem Bellarminum respondisse tradit alter ex ejus familiaribus (*c*): *che essendo nato povero gentil' Uomo, e vissuto povero Religioso, voleva anche morire povero Cardinale*.

130. Nimius plane essem recensendis per singulas factorum species iis omnibus, quæ profudit vel ad sublevandam aliorum inopiam, vel servandum, augendumque decorem domus Dei. In universum *erga pauperes* [refero verba non alicujus e nostratibus, sed Scriptoris heterodoxi, Pauli nimirum Freheri (*d*)] *mire beneficus, nullum mendicum sine dono dimisit, & quotidie pr æ foribus domus suæ panes distribui curavit, dicere solitus, conspecto mendico videri sibi Christum in carne intueri*; ac præterea superfluentem omnem quotannis censum, ne minimâ quidem in posterum tempus reservatâ sibi ejus parte, omnem omnino dispergi quotannis jussit in alimoniam pauperum (*e*).

131. Sed quoniam Charitas non minus industria est, quam operosa, ut quærat, non quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi, hinc Bellarminus memoriâ retinens consilium illud Apostoli, *Laboret operando manibus, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patientibus* (*f*), sedulus, ac frequens una cum reli-

 quis

(a) *Idem Testis XXI. Canonicus Capuanus de facto proprio pag.9. §.50. T.III. Præfectus Cubiculi. Sum.pag.57.§.1. & alii.*

(b) *Idem Præfectus Cubiculi loco cit. & P. Mutius Vitelleschi T.XXII. ex Rom. Apost. Sum. pag.53. §.21. Bellarminus ipse in testamento suo. Sum. add. pag.34.*

(c) *Nempe Sacerdos Mattheus Torti ejus Cappellanus, & familiaris longo annorum spatio, qui est T.XVII. Sum. pag.32. §.13.*

(d) *Tom.I. pag.67.*

(e) *Joseph Avignanesius Cubiculi Præfectus T.III. in Proc. Ap. Polit. Sum. pag.7. §.22. & 23. item T.XIV. Eleemosynarius Servi Dei Sum. pag.8. §.34. & 35. cui consonant, quæ refert P. Virgilius Cepari T.XII. in Proc. Ap. Rom. Sum. pag.8. §.28.* -- Mi disse egli stesso, che desiderava morire dopo il Natale; la ragione era, perche per far limosine s'indebitava, ed al Natale riscuoteva la pensione per pagare li debiti fatti per far elemosine -- *T.IV. ex Cap. Ap. Sum. pag.10. §.17. P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.101. §.13.* -- Mi disse a Capua, che per il giorno di San Silvestro non haveva da restarli in casa cosa alcuna dell'entrate dell'anno avanti -- *Episcopus Invitiatus T.V. in d. Proc. Ord. Sum. pag.116. §.71.* -- Finito l'anno tutte le sue entrate erano dispensate con restargli non mai avanzo, ma bene qualche debito.

(f) *Hac Pauli sententiâ rationem dedisse, ob quam in Chorum conveniret de audito proprio refert P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.102.*

quis Ecclesiæ Capuanæ Canonicis conveniebat ad psallendum in Choro, quotidianarum distributionum emolumenta, veluti justam impensi laboris mercedem recepturus, quibus largiores posset aliorum inopiæ suppetias ferre, prout summâ cum animi sui voluptate ferebat, adfirmans eo sibi acceptiores, gratioresque fore subventiones hujusmodi, quo ex pecuniâ suâ, sive singulari quodam, justioreque titulo sibi quæsitâ factæ viderentur; quum proventus ceteri verius pauperum, & Ecclesiæ dicendi essent, quam sui (*a*).

132. Amplius progressa est Bellarmini industria, quâ pauper sibi perpetuo esset, aliis ditissimus. Quantum enim tenax, & avarus sibi ipsi fuit, ut liberalior, ac profusior esset in pauperes? Numerum familiarium suorum quinque supra triginta initio sibi constituit, eumque deinde ad tricenarium redegit; utrumque longe tenuiorem, quam quem modestissimi reliqui Cardinales, & ipse Cæsar Baronius, magnus ceteroquin Mundi contemtor a Bellarmino jure appellatus, solerent eâ tempestate retinere (*b*). Quidquid ad apparatum, ac supellectilem domesticam

(a) *Ut plene constat ex Præfecto Cubiculi T.III. in Tol. Ap. TT.XV. & XXII. in Rom. Ap. Sum. num.8. pag.10. & 13. & num.14. pag.32. & T.XXI. in Cap. Ap. Sum. num.14. pag.36. ubi:* So di più che ragionando io una volta con il Sig. Cardinale, & essendo inverno, e freddo, le dissi come scendeva al matutino? e sua Signoria mi rispose, che lo faceva per far qualche carità alli Poveri delle sue fatiche, perche assistendo al matutino guadagnava le distribuzioni come Canonico, perche l'altre non erano sue, ma delli Poveri -- *Card. Crescentius Sum. num.28. pag.84.* -- Essendo Arcivescovo di Capua mi disse, che andava a dire l'Offizio in Coro per guadagnare le distribuzioni quotidiane secondo li riti, e consuetudini di quella Chiesa, per dare poi tutto per l'amore di Dio, parendogli, come veramente era, che quella elemosina fosse più grata, come di denari guadagnati con così santo servizio -- *Bellarminus ipse in relat. vitæ suæ Sum. pag.128. §.47.* Intererat Officio divino cum Canonicis (nam Capuæ Archiepiscopus est etiam Canonicus, & distributiones recipit satis opimas) omni die festo non solum ad matutinum, & laudes, diebus autem feriatis intererat saltem Officio matutinali, tum ut Canonicos in officio contineret, tum ut assuefaceret psalmodiæ gravi, & morosæ, ut lucraretur distributiones pro pauperibus; integre enim eas pauperibus largiebatur: dicebat enim hanc solam esse eleemosynam proprie suam, quippe quam labore propriè lucrabatur, reliqua enim Ecclesiæ esse non sua.

(b) *Ut apparet ex domesticarum sive personarum, sive rerum notula initio Cardinalatus sui a Bellarmino transmissa ad Præpositum Generalem Societatis, ubi* -- Secondo, intorno alla famiglia sono da trentacinque persone: basterebbono otto o dieci, ma si ricerca, se deve aversi riguardo alla decenza del corteggio? Tra questi dieci sono di rispetto, quindici della famiglia bassa, il resto son servitori

cam pertineret, id simplicissimum erat, nec nisi ad modestiæ, ac paupertatis instar compositum (a). Quidquid holosericum esset, in ejus domo nusquam apparuit; & sellas quondam ex holoserico ornatas, quæ, se inscio, emtæ fuerant initio Cardinalatus sui ex Præpositi Generalis sententiâ, distrahi statim imperavit (b). Neque his contentus Bellarminus, ne, quod propriis usibus, honestissimis licet, ac decentissimis tribueret, pauperibus demeretur, nullum umquam horologium, licet sibi negociis, ac studiis occupatissimo peropportunum domi retinuit, nisi quod ab cubiculi sui Præfecto dono acceperat (c): ne viginti quidem obolorum sumtum fieri permisit alterius solaris horologii aptandi caussâ, quia ejus pecuniæ summa pauperibus reservari posset (d). Ad vestes ipsius interiores quod attinet, tibialia non serica, sed lanea, aut ex pelle confecta adhibuit; (e) illa, quemadmodum & femoralia, & in-

---

vitori de'gentiluomini -- *apud P. Fuligatti vitæ Bellarm. cap.19. qui eamdem notam accepisse scribit a P. Rocca Bellarmini Confessario; & hunc ex autographo illam transcripsisse. In epistola item Bellarmini ad P. Jo: Baptistam Carminata, quam P. Fuligatti ibidem refert, hæc habentur* -- Il Cardinal Baronio, il quale è gran disprezzatore delle pompe del mondo, ne tiene (di famiglia) quarantacinque, ed altri mediocri Cardinali passano 60. e 70., li grandi passano cento: Io quasi ogni giorno ho Congregazioni oltre le Cappelle, e Concistorj; ed in tutti questi luoghi si và in abito, e con accompagnamento; e perchè non si può tanto spesso gravar gli amici, è necessario tener otto o dieci persone, che accompagnino. Oltre che gli uffizj di casa sono tanto strettamente proveduti con 30. persone, che ogni volta, se ne ammala alcuno, come spesso occorre, tutta la casa patisce: Dio volesse, che potessi vivere con un compagno solo.

(a) *Ex Præfecto Cubiculi T.III. ex Polit. Apost. Sum. num.19. pag.44.* -- Essendo Cardinale non volse suppellettile se non poca, e povera, di lana ordinaria, e corami ordinarj -- *Magistro Domus T.XIX. in Rom. Apost. ibid.* -- Nel Cardinalato non volse mai cose superflue, ne preziose, ne volse paramenti, ne letti di seta, anzi avendogli fatto Io sei sedie di velluto, quando le vide in camera, le fece subito cavar fuori, e disse, che non le voleva, ed Io le rivendei . . . non volse mai calzette di seta, ne di capicciola, ma di lana, e di corame -- *& P. Mutio Vitelleschi T.XXII. ibid.* -- Essendo Cardinale non avea ne cose preziose, ne superflue. --

(b) *Magister Domus loc. cit. P. Mutius Vitelleschi T.XXII. Sum. pag.10. §.55. & 56. & P. Eudæmonjuannes. Sum. pag.103.*

(c) *Idem Cubiculi Præfectus T.III. in Proc. Apost. Polit. Sum. pag.6. §.7. ubi* -- quest' oriuolo glielo diedi, perche si faceva scrupolo in fare questa spesa in cose di sua comodità.

(d) *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. de auditu ab iis, cum quibus actum fuit de horologio aptando. Sum. pag.101. §.13.*

(e) *Idem P. Eudæmonjuannes, ac Magister Domus locis jam superius relatis: Adde quæ ex Josepho Finali & aliis mox referam.*

& induculas, lacera quoque sæpius, & attrita, & refecta detulit (*a*). Sed ejusdem Pauli Freheri hominis heterodoxi verbis referam, quod ejus oculos merito perstrinxit: *Quum aliquando pedis dexteri tumore laboranti medici suasissent, ut tibiale grandius induceret, ministro mandavit, ut ex tibialibus suis coriaceis unum intersuto corii frusto dilatare curaret; qui quum respondisset, tibialia illa, quibus ab* 18. *jam annis usus esset, resarciri vix posse, perseveravit tamen in opinione sua* (*b*); adeo ut verissime Bellarmino aptari posset, quod Ven. Cardinalis Baronius de se responderat Ven. Juvenali Ancinæ ipsum ad paupertatem hortanti: *sub purpureis indumentis latere pannosum* (*c*).

133. Paria, vel etiam majora his præstitit. Cymbalum, quod pro familiaribus suis, ut honesto detinerentur ocio, domi habebat, venumdari tandem jussit, & pretium dari pauperibus (*d*). Imperavit quondam Magistro domus, ut scuta quinque supra viginti supplici cuidam Ultramontano sibi obviam facto largiretur; ei vero adfirmanti, ne totidem quidem Julios domi esse, *non ci è*

(a) *Josephus Finalis in suâ depositione pag.99. ubi* -- delle calzette tutte racouscite, e rappezzate, quale io dispenso a' Devoti, massime per averle portate senza sotto calzette dicendo, che nella Compagnia non si usano -- *extant P. Bartoli lib.3. cap.8. attestationes Cypriani Theatini ajentis* -- Io l'ho veduto camminare per la Città di Capua con le scarpe rappezzate, e mi disse un suo Cameriere, che il Maestro di Casa appena mai potè indurlo a mutare un pajo di calzoni, tanto eran vecchj, e rappezzati -- *Et Joannis Baptistæ Patarini aulici Servi Dei* -- stracciatogli indosso per la vecchiezza l'abito di sotto il facea rappezzare, e tanto si rappezzò, che ora mai poco restava del primo drappo --.

(b) *Id etiam refert. P. Minutoli T.XV. ex Proc. Rom. Ap. Sum. pag.*32. §.9. *& Joseph Finalis in ejus depositione seu relatione pag.*98. *de auditu a Cubiculario Servi Dei* -- che avendo il Bellarmino portato quasi sempre un paro di calzette di cerviotto per spazio di 22. anni, volendole levare, e darlene un paro di saja di Gubbio di costo sei giuli, egli l'era andato tanto procrastinando, che ancora non l'aveva calzate: & io impetrai dal medesimo le dette calzette di pelle &c. --

(c) *Uti refertur a Sanctitate Sua de Canoniz. Sanctor. lib.*3. *cap.*33. *num.*16.

(d) *De facto proprio Archidiaconus Ecclesiæ Capuanæ* -- In particolare sò, che tenendo detto Signor Cardinale un cimbalo per la sua famiglia in casa, acciò non stessero oziosi, di là a certo tempo poi vedendo, che stava ozioso il denaro, e non si distribuiva a poveri, diede ordine, che si vendesse, & il denaro si distribuisse a poveri: così io mi comprai detto cimbalo per ducati 25., e volse sapere, chi l'aveva comprato; e mi disse il suo famigliare chiamato Vibranno, che il danaro voleva si dasse a poveri -- *Sum. pag.*15. §.66., *& Sacerdos Jo: Antonius Cangiano* -- Sò che avendo fatto comprare un cimbalo per trattenimento della famiglia, lodandolo io quel Cimbalo mi disse, sarebbe meglio venderlo, e darlo a poveri; così voglio fare, ed in effetto così fece, perchè lo vendè, e lo comprò il Sig. Arcidiacono -- *Sum. pag.*36. *sub* §.41.

ci è [inquit] *un boccale d' argento* (*a*) ? Alias eidem Magistro domus ab imperatâ quondam eleemosynâ sese excusanti ob petentis indignitatem, eleemosynas ob amorem Dei fieri, non ob pauperis meritum, sique nummi deessent, oppignorandam fore mitram, respondit (*b*). Annulum quidem Cardinalitium quondam oppignoravit, ut præsenti aliorum necessitati opem ferret (*c*). Ac sæpius atramentarium, & vasculum arenarium ex argento stipem petentibus dedit (*d*). Culcitram quoque e proprio lecto sublatam pauperi tradidit, admonens, ne eam videri sineret a domus Magistro (*e*), Cubiculi cujusdam apparatum ex pannis laneis rubri coloris converti præcepit in indumenta pauperum (*f*). Deficientibus sibi Prioratus in ditione Pedemontanâ reditibus, maluit potius, quam eleemosynas, familiam suam imminuere, equosve distrahere (*g*). Illud etiam ultra fecit, quod Paulus ipse Freherus a me non semel citatus refert : nam *unico tandem equo cisium suum vehente contentus alterum equum & vendidit, & pecuniam acceptam inter pauperes distribuit*.

134. De

(a) *De auditu proprio in Civitate Capuæ T.VII. Thomas Marchesius nobilis Neapolitanus. Sum. add. pag.62. lit. H.*

(b) *Idem Magister Domus T.XIX. in Proc. Rom. Apost. Sum. pag.12. §.20.*

(c) *P. Mutius Vitelleschi ex Proc. Rom. Apost. T. XXII. Sum. pag.13. §. 39. & 40. Cardinalis Ursinus Sum. pag.77. §.4. & Cardinalis Crescentius in juratâ attestatione Sum. pag.77. §.4.* -- Una volta mi disse un suo Servitore, che chiedendogli un pover'uomo dieci, o dodici scudi per un suo bisogno urgente, e non avendo denari, gli diede il proprio anello con una scritta di sua mano, acciò l'impegnasse a nome suo, e poi esso l'avrebbe disimpegnato, come tutto seguì segretissimamente.

(d) *P. Minutulus T. XV. Sum. num.14. pag.32.* -- Mi anno detto anco li suoi servitori di casa, & in particolar il suo Maestro di Casa chiamato Pietro Guidotti, che più volte li bisognò ricomperare il Calamaro, & il Polverino d'argento, perchè quando non aveva danari da dare a poveri, gli dava il Calamaro, & il Polverino d'argento.

(e) *P. Mutius Vitelleschi T.XXII. Sum. pag.13. §.39. & 40. Joseph Finalis coadjutor Societ. in sua deposit. pag.7. de auditu a Cubiculario; a quo exposita Bellarmino fuerat indigentia ejus, qui culcitram recepit.*

(f) Diede un paramento di stanza a poveri di saja rossa tinta, che lo avevo fatto io l'anno precedente -- *Ita Magister Domus T.XIX. Sum. pag.33. §.18. ac similia habet P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.111. §.15.*

(g) *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.102. ubi speciatim* -- e così di tre carrozze, che soleva tenere, ne teneva solamente due, levò un Cappellano, un'Ajutante di Camera, ed un Parafreniero: Io vidi il mancamento della gente in casa, se bene non mi ricordo quello del Parafreniero aver notato, & il Maestro di casa mi disse la cagione del scemamento.

134. De S. Ludovico Episcopo Tolosano Joannes XXII. in Bulla ejus Canonizationis veluti singulare quiddam enarrat, ac merito, quod *mirâ compassione in pauperes ferebatur, quibus largas tam privatas, quam publicas eleemosynas faciebat; unde jam factus Episcopus per unum suum Secretarium mandavit inquiri de suorum quantitate redituum, quantumque sibi sufficeret pro moderatis expensis, volens quod totum residuum in sublevandis pauperibus poneretur*. Bellarminus vero & id ipsum fecit, & aemulatus praeterea est admirabilem illam & paupertatem, & charitatem S. Thomae de Villanova, *qui adeo fuit liberalis in pauperes, & parcus erga se ipsum, ut, quo egenis, quorum se parentem gerebat, largius subveniret, laceras indueret vestes*: aemulatus quoque est insignem illam largitatem, tum S. Martini, qui *pauperi occurrenti dimidium chlamydis dedit, non superfluum, sed plane necessarium*; tum S. Gregorii Nazianzeni, qui *quum aliquando pecunias omnes, quas domi habebat, pauperibus dono dedisset, argenteum etiam vas, quod unum remanserat, pauperi petenti dari jussit, dicens malle se nihil habere, quam pauperes sine consolatione dimittere*; tum etiam Ambrosii, qui & fecerat, & de facto suo scripserat, *hoc esse maximum incentivum misericordiae, ut compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum, quantum possumus, juvemus, & plus interdum, quam possumus*: quibus ac similibus aliis Sanctorum exemplis confirmat Bellarminus ipse id, quod docuerat (a), non vitium, sed virtutem existimari debere, *liberaliter sua profundere etiam cum detrimento proprii status, quando vel gravis occurreret necessitas proximi, vel non adeo grave detrimentum persona dantis pateretur*.

135. Recolendae hoc loco sunt supremae suae voluntatis tabulae, quibus tot documenta nobis suggessit & paupertatis, & liberalissimae profusionis *cum detrimento proprii status* (b). Ibidem namque scribit, se petiisse a Clemente VIII. *facultatem condendi testamentum ad pias causas tantum, neque indultum testandi generalius* a Pontifice sibi concessum acceptare voluisse: eam autem facultatem petiisse, *ut certus essem, ea, quae mihi decedenti bona temporalia superessent, quaeque, dum viverem, dispensari pauperibus, & Ecclesiis non potuerunt, utpote meae sustentationi necessaria, ad pauperes, & Ecclesias redire*. Ecclesiae S. Mariae in Via,

(a) *T.IV. de bon. oper. in partic. lib.3. cap.8.*
(b) *Sum. add. pag.33.*

Via, qui titulus ejus erat, legavit dumtaxat alteram *ex tribus planetis pretiosis*, hujus unius legati rationem subdens : *quoniam satis multum expendi in fabrica Ecclesiæ, ut fratres illi sciunt, qui hoc ipsum petierunt loco paramentorum, quæ illis emere constitueram*. Pro auxilio animæ suæ nihil præscripsit, nedum quia huic officio non defuturam esse sciret Societatem, sed etiam *quia* [ut ait ipse] *parum admodum erit, quod ad hæredem meum perveniet, ut existimo, quum ego cumulandis pecuniis, vel rebus pretiosis acquirendis numquam operam dederim*. Executorem suæ voluntatis non aliâ, quam honoris caussâ nuncupavit Cardinalem Aldobrandinum; subditque, cur honoris tantum caussâ nominaverit : *labor enim, ut existimo, nullus erit in executione testamenti hujus*. Ac certe labor nullus, aut permodicus fuit : tota namque ejus supellex, resque ceteræ pretio æstimabiles, quum post obitum ejus venierint, vix confecere nummos argenteos, quos scuta dicimus, quatuor centum octoginta septem; nec etiam tanti veniissent, nisi multum iis pretii addidisset oblatoris affectio (*a*); nec absque liberali annuli Cardinalitii remissione a Pontifice factâ sumtus pares esse poterant, ut Bellarmino pro ejus dignitate justa persolverentur (*b*).

136. Quæ superius recensui de ejus paupertate, ac parsimoniâ, ut ampliores divitias effunderet in usus pauperum, licet singularia prorsus sint, ac præstantissima, spectant tamen ad exteriorem sui, domusque suæ cultum : at ne quicquam mollior sibi, & indulgentior fuit in iis, quæ ad alimoniam, & victum ejus, aliudve corporis, & valetudinis suæ solatium pertinebant.

 137. Ve-

(a) *Notavit enim P. Domitius Platti occasione subhastationis rerum Bellarmini sequentia* -- Primo la povertà della sua supellettile, la quale non pareva, che fosse da Cardinale, ma d'ogni poverissimo Prelato. Secondo alla vendita della massa più grossa d'essa concorsero molti Ebrei, e Reccattieri, e mentre s'incantava, un Reccattiero, che non l'aveva più vista, offeriva gagliardamente più degl'altri, e disse, che era venuto a posta, per non lasciare che questa robba andasse in mano de' cani ebrei; e perciò non si curava di pagarla anco il doppio più di quello, che valeva, purche non restasse ad Ebrei; ne anco per questo si curava di vendere niente, e fu determinata a lui per sc.387. e 50. tutta. Terzo fra le quali robbe essendovi una trabacchetta da conclave di saja verde vecchia assai gli fu ricercata da un Cardinale, & altri con pagarla tutto quello, che voleva; ma egli non la volse mai dare ad alcuno, dicendo, che quella doveva restare in casa sua in perpetuo, e voleva fargli sopra un fidei commisso, perche dopo 200. anni credeva; che saria stata stimata più di quello era adesso -- *ut in Sum. add. pag.31.*

(b) *P. Minutoli T.XV. Sum.pag.42.§.5. Petrus Guidotti Magister Domus T.XIX. Sum. pag.43. §.11.*

137. Vetus est oppositio, desiderari in Bellarmino macerationem, castigationemque corporis per nocturnas vigilias, jejunia, tenuitatem cibi, & potus, flagellationes etiam, & cilicia: verum nulla *apud antiquiores Patres mentio fit spontaneæ verberationis, nec ullum ejus in antiquioribus Ecclesiæ monumentis..... superest vestigium*; quamvis posteriori ætate frequens ejus, & laudabilis usus invectus fuerit. Nullus item certus, & æqualis, nec unus, idemque omnibus præfinitus est modus exercendæ asperitatis in corpus suum; *sed varius esse solet, ut variæ corporum humanorum constitutiones, varia valetudinis ratio, varia item ingenia, non eædem omnibus virtutes, occasiones, & incitamenta; quum plura aliquibus impedimenta opponantur, aliis pauciora. Statuendus* præterea unicuique modus est *cum quâdam mensurâ rationis, at scilicet concupiscentia devitetur, & natura non extinguatur*, neque impediantur munera *rectæ, & ex Deo institutæ cujusque vitæ*.

138. Quæ omnia veterum authoritate, & Sanctorum exemplis cumulate docet, & persequitur Sanctitas Tua (*a*) auream demum hanc regulam tradens (*b*): *Qui cupit non errare, non arbitratu suo, sed aliorum consilio in assumendis afflictionibus uti debet*; adductis præter alia multa ad id comprobandum constitutionibus Societatis, e quarum præscripto *corporis castigatio immoderata esse non debet; nec indiscreta in vigiliis, & abstinentiis, & aliis pœnitentiis externis, ac laboribus, quæ & nocumentum afferre, & majora bona impedire solent: Ideo Confessario detegi ab unoquoque convenit quidquid in hâc parte faciat*; tum etiam illa Cardinalis ipsius Bellarmini sententia: *Non enim necesse omnibus est humi cubare, flagellis ad sanguinem usque corpus proprium cædere, jejunare quotidie in pane, & aqua, cilicium asperum, vel ferream catenam ad nudam carnem quotidie gerere, & alia id genus ad carnem edomandam, & cum vitiis, & concupiscentiis crucifigendam facere. Illa enim laudabilia, & utilia sunt, quum fiunt ab iis, qui possunt, & non sine consilio Magistri spiritualis*.

139. Quamquam itaque nullis argumentis appareret, peculiari hoc, vel illo asperitatis genere in corpus suum sæviisse, omnino tamen sæviisse constat, quantum vires propriæ, assiduæque animi occupationes ferre possent, & quantum sibi liceret ex permissu, & consilio eorum, a quibus ipse regeretur. Nam si perpetuus,

(a) *Lib.3. de Canoniz. Sanctor. cap.28. & 29.*
(b) *Citato cap. 28. num.6.*

petuus, ac diligentissimus regulæ Societatis observator fuit, ut uno ore testes adfirmant, fateamur necesse est, eum exactissime quoque implevisse, quod illæ toties inculcant de austeritate vitæ, & continuâ in rebus omnibus, quoad poterit, mortificatione omni studio procurandâ secundum discretæ Charitatis mensuram, quæ ex aliorum sententiâ præscribatur (a). Hoc speciatim nomine ab Episcopo Julio Sansidonio celebratur (b); & a Cardinali Rupefaucaldo magnæ pietatis viro inter alias virtutes, quas in Bellarmino ipse agnovit, secundo loco numeratur, *exquisita in se ipsum, & nihil remittens, aut indulgens severitas cum eximiâ tamen inter alios a naturâ quidem ingenitâ, sed virtute cultâ, & auctâ morum suavitate, hilaritate, & comitate* (c).

140. Eo autem facilius id credi potest, quo abundantiori corde de amaro pœnitentiæ calice sentire, & loqui videbatur, tum in integro ejus libro De Jejunio, tum in libello De Gemitu Columbæ, & in altero De Septem Verbis Domini; ubi hæc inter alia scribit (d): *Calicem passionis bibere voluit Dominus in mensurâ plenâ, & superfluente, ut nos doceret amare calicem amarum pœnitentiæ, & laborum; non amare calicem consolationum, & deliciarum secularium ... Si Evangelium valde esset obscurum, & non posset sine magno labore intelligi, excusationem forsitan aliquam haberemus; at Evangelium ab illo, qui edidit, clarissime*

 decla-

(a) *In exam. gen. cap.4. ibi* — Majus ac impensius studium sit quærere in Domino majorem sui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quoad poterit, mortificationem -- *& part.6. Constit. cap.3. ubi* de corporali exercitatione jejuniorum, vigiliarum, aut aliarum rerum ad austeritatem, vel corporis castigationem spectantium *ex consilio tamen Confessarii, vel Superioris. Hinc Suarez lib.2 de institut. Societ. cap.6. num.18.* -- advertent, *ait*, Religiosi Societatis; singuli imperfecti erunt, si quantum in ipsis est, affectionibus corporis sibi proportionatis non utantur...cum omni austeritate, quæ arbitrio Superioris possit prudenter cum illo alio graviori onere conjungi: Hoc enim non solum ipsa ratio per se majoris perfectionis, majorisque cum Christo, & Sanctis conformitatis, verum etiam propria Regula Societatis illa a nobis singillatim requirit &c.

(b) *Qui est T.IV. in Proc.Rom.Ord. istaque perhibet in Sum. pag.114. §.60.* — Il concetto mio di lui era tale, che veramente gli si convenisse il titolo di ammirabile, parendomi rappresentasse doi suoi proprj stati in supremo grado di perfezzione ... perche quanto a quello di Religioso non solamente adempiva quello, che averebbe potuto fare nella propria Compagnia, compossibile con lo stato Cardinalizio; ma usava molti atti di supererogazione, e di austerità di vita ne'digiuni, vigilie, fatiche, & astinenze, meditazioni, e spirituali esercizj, che in essa forse non avrebbe potuto così facilmente eseguire.

(c) *In ejus testimonio Sum. pag.83.*

(d) *Lib.2. cap.2.*

declaratum est, ut cæcis etiam patere queat; neque solum ab ipso Christo explicatum illud habemus, sed tot commentaria clarissima extant, quot sunt Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, Sancti denique... omnes justi clamant, non per multas oblectationes, sed per multas tribulationes oportere nos intrare in Regnum Cælorum. Et alibi exponens, quâ ratione fideles patientiam Christi imitari possint, & cum Apostolo dicere, *Christo confixus sum cruci*, & cum S. Martyre Ignatio, *amor meus crucifixus est*, duos, quibus id assequamur, modos suggerit: primum, si patientiæ amator in illis laboribus libenter versetur, quos certum sit voluntati divinæ placere, juxta illud: *patientia vobis necessaria est*: secundum, si patientiæ amator in humilitate verâ patienter ferat omnia.

141. Utroque autem modo Bellarminum Christo confixum fuisse cruci haud jure quisquam negaverit. Nam ex iis, quæ superius relata sunt, neque iterum repetere hic vacat, satis liquet, libenter, & impensissime ab aditæ præsertim Societatis tempore ad obitum usque in illis laboribus, & continuis, & permultis, & gravissimis versatum fuisse, quos certum erat voluntati divinæ placere. Nec ulli melius, quam SANCTITATI TUÆ perspecta est opera ab eo, præcipue dum Cardinalis esset, & Pontifici, & Apostolicæ Sedi continenter, ac pertinacissime impensa; ut vere dici queat, nihil difficiliorum, sanctiorumque rerum tunc fuisse, quod ejus studio, ac diligentiæ creditum non fuerit: quæ omnia, merito dixerat Raymundus Capifuccus postea Cardinalis, loco ingentium austeritatum fuisse; quum & assiduum studium æquiparetur quodammodo assiduo martyrio (*a*), & labores Ecclesiæ utiles ex S. Francisci Salesii sententiâ anteponendi longe sint & jejuniis, & aliis afflictionibus corporis.

142. Vicissim vero tot laborum, & curarum suarum socios habuit morbos diuturnos adeo, & frequentes, ut priore ipso triennio, quo in Societate vixit, sive lethargo, sive continuo dolore capitis, sive demum ethica febri laboraret (*b*); & quamquam, dum Florentiæ degeret, liberatus ab eâ fuerit (*c*), imbecillis tamen mane-

(a) *In ejus suffragio ordine XI.*

(b) *Ut narrat Bellarminus in Commentariolo vitæ suæ Sum.30. pag.120.*

(c) *Nam etiam Florentiæ ethicâ febri adhuc laborabat, quamvis deinde ibidem* per aeris mutationem, & curam Medici valde boni cœpit meliùs valere. *ut ipse refert in comment. vitæ suæ. Sum. pag.120. §.4. & P. Eudæmonjuannes. Sum. pag.*108. *Idque patet etiam ex narratione quondam factâ a Bellarmino de sanitate, quam ab eâ febri Florentiæ a Deo obtinuit precibus suis, uti de auditu proprie refert T.XX. in Proc. Apost. Rom. Sum.num.12. pag.26. §.8. & 9.*

maneret ad triginta ſaltem ætatis ſuæ annos, ſive ad tertium annum moræ ſuæ in Lovanienſi Collegio (*a*): tum poſterioribus annis, quibus Lovanii permanſit, ſive inſalubritatis cœli, ſive laborum cauſsâ in ultimum fere laberetur proſtratæ valetudinis ſuæ diſcrimen (*b*): reliquo deinde tempore evectionem ejus ad Purpuram antecedente in morbos alios, atque alios ſæpius recideret (*c*), ultra peſſimam diſtillationem humorum e capite in articulos, & nervos, ac ſpeciatim in dexterum brachium defluentium; quæ difficillimam curationem admiſit, contigitque, dum Controverſiarum prælectionibus vacaret in Collegio Romano (*d*); & ultra lethalem dyſenteriam cum graviſſimâ febri conjunctam, quam paſſus eſt in Gallica peregrinatione, ac obſidione Pariſienſi, ubi *deſtituti omnes victualibus* miſerrime agebant, & *brodium coctum in olla cum carne canum ſatis care vendebatur* (*e*).

143. Poſt Cardinalatum verò (quo nimirum tempore gravior ejus ætas reddebatur) continua fere pertulit male affectæ valetuinis incommoda. *Excruciatus enim fuit hoc ſuæ ætatis tempore crurium intumeſcentiâ, quæ non modicam requirebat ſæpe curationem, nec exiguos excitabat angores. Vexatus eſt aliquando pituitæ diſtillatione, & deſcenſu, qui ſtomachum offendens adeo faſtidiebat, ut cibos, hauſtuſque omnes reſpuere cogeretur. Suſtinuit nonnumquam acerbiſſimos dolores ab arenulis, & calculis illatos, qui-*

bus

(a) *Marcellus Cervin. in adumbr. Imag. pag.17.* -- Tam miram felicitatem ingenii commiſcere (Deus) infirmà naturà voluit: dedit quippe Roberto morbos pergraves, & ex læthali, ac diuturnà febri tantà imbecillitate corporis affecit, ut planè uſque ad triginta ſuæ ætatis annos de ſalute laboraret, & obnoxius morbo tabido conſtitutus redderetur -- *Ejus præterea imbecillitatem probant ſive reſponſio a Patribus Patavinis, quum juſſi fuiſſent Bellarminum dimittere, periculum eſſe ne hyberno tempore frigus Germanicum ferre non poſſet, ut refert Bellarminus ipſe. Sum. num.10. pag.122., ſive litteræ S. Franciſci Borgiæ 12. Aprilis 1569. Bellarminum Rectori Lovanienſi commendantes*, perchè è di compleſſione debole, *ut legitur in Sum. add. num.3. pag.22.*

(b) *Idem Bellarminus Sum. num.30. pag.123. 124.*

(c) *Nam in præfat. ultimi Controverſiarum tomi editi anno* 1592. — Adverſà (*inquit*) valetudine non ſemel tentatus, ſtudia remittere, vel etiam penitus intermittere coactus ſum -- *Loquitur autem ibidem de tempore ante ejus profectionem in Gallias. Conſtat etiam Neapoli, dum Provincialis eſſet, graviter ægrotaſſe. Sum. pag.41. §.12. Circum hæc tempora ſpaſmodico brachii dolore diu actum fuiſſe referunt T.II. Sum. num.29. pag.104. & Fuligatti vitæ cap.38. pag.324.*

(d) *Ut ipſe Bellarminus ſcribit in epiſt. 19. Junii 1584. ad P. Salmeronem apud Bartoli vitæ lib.5. cap.15. pag.397.*

(e) *Idem Bellarmin. in Commentariolo ſuo. Sum. num.30. pag.125. §.30. & pag.126. §.32.*

bus maxime afflictabatur (a). Pluries quoque lethali ægritudine infestam habuit postremam senectutem suam (b); ac senex annorum quatuor supra septuaginta, dum pergeret ad Sanctuarium Cassinense, fortuitâ ex equo prolapsione graviter afflictus est, *ac dexterum brachium adeo confregit, ut non brevibus remediis opus fuerit* (c).

144. *His tamen morbis numquam Robertus fuit adeo exterritus, quin clariori semper fortitudinis, & patientiæ documento, etiam dum in lecto decumberet, & gravius laboraret, carnis passiones ad custodiam humilitatis a Deo sibi collatas assereret, & in unius Dei commemoratione summâ eum voluptate acquiescens, etiam pro ejus amore atrocioribus afflictari cruciatibus desiderio succenderetur* (d). Sane de casu illo, quem paullò ante memoravi, Bellarminus ipse verba faciens, *Arbitrabar*, inquit, *me ad Dominum posse migrare; sed placuit Deo casum illum meum ita moderari, ut sine vitæ periculo ad exercitium patientiæ, & peccatorum purgationem mihi valeret* (e). Biennio ante obitum, quum acerbioribus laterum doloribus vexaretur, nihil de pharmacis, cibis, & aliâ re quâlibet causabatur, neque aut Religiosum ejus curationi deputatum, aut famulos suos aliis interpellabat verbis, quam: *come voi volete: come più vi piace: così fate* (f). Non parvum quoque tolerantis animi argumentum dedit, dum adhuc Provincialis in civitate Neapolis gravi detineretur morbo: nam ne

(a) *Marcel. Cervin. in adumbr. imag. fol.64. De crurium intumescentiâ constat etiam ex aliis testibus relatis supra in §.127. & ex Fuligatti vitæ cap.25. pag.213.* -- Buona fede ne fa l'aver egli voluto perseverare in quella stanza (di Capua) anche nociva alla sanità, per un umore cadente alle gambe cagionatoli, per quanto dicevano i Periti, dalla qualità di quell'aria. Per la qual malattia, se ben fu consigliato dal Cardinale Baronio con partecipazione di Sua Santità, a ritirarsi a Procida, dove aveva la Badia, per non mettere in pericolo la sua vita ec. -- *De crurium non modo tumore, sed etiam vulneribus vide infra §.146. De variis aliis doloribus Bellarminus ipse ep.146. ubi* -- Quod senex sim valde doloribus variis semper obnoxius.

(b) *Nam Matthæus Torti Cappellanus S.D. in Proc. Ord. Rom. fol.128. duos alios læthales morbos ultimo præcedentes commemorat, & alii mentionem habent de gravi ægrotatione biennio ante obitum, veluti P. Eudæmonjuannes. Sum. num.29. pag.106.*

(c) *Marcel. Cervin. loco cit. & Bellarminus ipse epist.132. inferius citanda.*

(d) *Ita Marcellus Cervinus in ejus relat. pag.65.*

(e) *Epistola* 132.

(f) *Ita refert Joseph Finalis in ejus depositione pag.17. ex responsione tunc sibi data ab Religioso illo, quem interrogaverat* delle difficoltà in curare il Sig. Card. Bellarmino nell'infermità sì capace di rendere qualsivoglia fastidioso in curare, essendo tali dolori in parte così principale, e sensitiva.

ne gemitus quidem, aut suspirii editione lamentari umquam visus est, tamquam agnus non aperiens os suum (*a*).

145. Patientiæ ejus, summæque animi æquabilitatis molestis aliis, & adversis in rebus quibuscumque ab iis, qui cum eo assidue versati sunt, collaudatæ nonnulla proferam. Lovanii de tribulationis bono aliquando in concionibus disserens corde magis, quam linguâ proclamare solebat: *O Domina mea tribulatio* (*b*). Provincialis jam munere perfungens, ac jussu Clementis VIII. ab civitate Neapolis in Urbem revocatus cellam obtinuit in Collegio Romano satis angustam, ac sive ex qualitate loci, sive aliis ex caussis sibi parum idoneam; neque tamen de his incommodis umquam conquestus est (*c*). Anno Jubilei 1600. in pervigilio S. Petri, quum post solemnes vesperas, reliquis Cardinalibus ad Palatium Pontificem comitantibus, solus ipse per horæ quadrantem in templo consistere debuisset [non enim in promtu aderant Cappæ indumenta ex famuli eam detinentis oscitantiâ]; nihil tamen commoveri visus est: *Solo disse una volta a me* [inquit Præfectus Cubiculi (*d*)], *dove è la Cappa? e senza segno d'alterazione ragionando con molti Prelati, che erano restati a fargli compagnia: io diedi subito licenza a quel Palafreniere; ed il Cardinale lo compativa; ed appena con proporsi l'esempio degli altri, e la mia riputazione, lo tenni fuori due giorni, che volse si ripigliasse.*

146. In

(a) *P. Antonius Beatillus ex Cap. Ap. T.I. Sum. pag.*41. §.12. -- Lo vidi una volta infermo in Napoli d'una infermità, della quale i Medici ne facevano gran conto, e stava nel letto senza dar neppur un sospiro, nè lamentarsi di niente, che pareva un'agnello, che tutti ne restavano stupiti.

(b) *Id refert Fr. Andreas Vvisse Eques Hierosolymitanus T.I. in Proc. Neap. Ord. Sum. add. pag.*43. *num.*6.

(c) *P. Eudæmonjuannes in Proc. Rom. Ord. T.II. Sum. pag.*105. -- gli fu data una Cameretta molto piccola nel Collegio Romano incontro ai luoghi comuni, quali poi si chiusero, perchè rendevano quasi inhabitabile quel corritore per la puzza, & io entrai più volte in camera sua, nè mi ricordo d'averci visti due, o tre pezzi di libri. Scriveva in quel tempo, se bene mi ricordo, il Trattato *de Indulgentiis* per ordine del Papa, ed andava in libraria quando voleva qualche libro; e mi ricordo d'averlo visto uscire di notte d'inverno di là, con essere quella stanza molto fredda, e scommoda, che rare volte in tempo simile ci suole andare alcuno. Non sò, che si sentisse mai una parola di risentimento o della scommodità della camera, o del mancamento de libri; anzi avendogli domandato il Papa, se in Collegio vi fosse appartamento buono per lui, me lo ridisse poi, ridendo, come se tra di noi s'usassero cose simili.

(d) *Sum. pag.*40. §.4.

146. In ferendis injuriis magnanimum, ac fortissimum fuisse multis constat documentis. Quum adhuc Provincialis esset, in libro quodam, quem author ei dono Neapolim miserat cum magnis observantiæ in eum significationibus, inter legendum nonnulla offendit de se contumeliosius dicta, ac uno præsertim in loco verba isthæc: *Roberti Bellarmini audacia, ne dicam temeritas*; nec tamen asperius aliquid egit, vel dixit adversus obloquentem, quam quod rationem doctrinæ suæ modestissime redderet, sive in marginali ejus libri notâ, sive in litteris ad Summum Pontificem datis (a). Jam Cardinalis Religiosum quemdam authorem alterius libri, a Pontifice suæ censuræ commissi, quia minus ab se probaretur, exasperatum, multoque arrogantius coram agentem, quam quod cum æqualis conditionis homine licuisset, benignissime nihilominus, & officiosissime habuit (b). Magistrum domus suadentem, ne aptissimam sibi datam occasionem negligeret paria referendi Proceri cuidam viro sibi infenso, repressit vere dignâ Christiani animi sententiâ, quod pluris valeret uncia Charitatis, quam centum honoris libræ (c). Simillimâ huic responsione occurrit P. Mutio Vitelleschi, qui audiens unum e Cardinalibus Collegæ suo Bellarmino, ejusque famæ non parcere, ejus rei caussâ eumdem Bellarminum adivit, monuitque, ut ejus dicta retunderet, osque illi obstrueret: cui tamen ille subridens: *Eh P. Muzio vale più un tantino di Carità, che tutta la riputazione*; reponenti autem, faciendum id esse absque ullo Charitatis detrimento, subdidit: *Oh questo è difficile* (d). Negavit quoque, ut ab gravi altero Societatis Religioso, cujus doctrinæ, & in-

---

(a) *Ut rem hanc enarrat, tamquam notam sibi, ceterisque Patribus tunc in Collegio, in quo Bellarminus morabatur, degentibus P. Antonius Beatillus ex Cap. Apost. T.I. Sum. pag.41. §.13. & 14. dicens* -- Che tutti nel Collegio di Napoli restano sommamente edificati.

(b) *Distinctius id refert Sacerdos Mattheus Torti ejus Cappellanus, ac Testis de visu Sum. pag.29. §.8. & 9. Ad id respexisse videtur P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.109. §.33. dum ait* - Essendo da un Religioso appassionato molto male trattato di bugiardo, il Cardinale nè lo trattò male di parole; nè fece sorta alcuna di risentimento contro di lui.

(c) *Idem Magister Domus Petrus Guidotti T.XIX. in Proc. Rom. Apost. Sum. pag.41. §.8.*

(d) *Uti refert idem P. Mutius Vitelleschi in Proc. Rom. Apost. T.XXI. Sum. pag.41. §.9. & 10. & P. Minutoli T.XV. de auditu ab eodem P. Mutio Sum. pag.46. §.3. Eadem refert Cornelius a Lapide coævus, & notissimus scriptor relatus in adnexo Scriptorum elencho ad an.1627.*

& integritati plurimum fidebat, incitatus (*a*), doctrinæ suæ de distribuendis superfluis in eleemosynam ab conspicui gradus viro pessime habitæ, & lacessitæ veritatem monstrare Summo Pontifici, negavitque eâ ratione, quod nulli alii damno, vel offensioni esse vellet, sibi vero defensionem quærere opus non esset; quoniam quo deterius de se ipso alii sentirent, eo melius sibi foret. Quin & in more habebat eos præsertim non verbo solum, sed facto diligere, ac beneficiis prosequi, a quibus injuriam accepisset (*b*); & eos etiam largâ subventione adjuvare, qui inopiâ vexati sibi vel pecunias, vel res alias subripuissent, mitissime arguens non solum de commissi sceleris gravitate, sed de neglectâ postulatione opis suæ indigentium solatio non defuturæ (*c*).

147. Imperturbatæ tamen patientiæ in perferendis iis, quos dixi, laboribus, doloribus, morbis, ceterisque adversis rebus, voluntarias adjunxit, multasque tam male affecti corporis sui afflictationes. Nam etiamsi certam præbere nolimus fidem Marcello Cervino [cui tamen secretiores Bellarmini actiones magis, quam aliis notæ esse poterant] de usu spontaneæ flagellationis ad ultimam usque senectutem protractæ (*d*); etiamsi nolimus credere coævis aliis Scriptoribus, quorum testimonio Bellarminus *cæpit aliquando solis nutrire se herbis, & leguminibus; sed repente insalubris cibi alimento noxio in venas diffuso morbum ei crearunt; quare Medici jussere, ut parsimoniæ priori se redderet, quum interim ipse suspiria traheret, & ad id præstandum vires majores, aut ætatem minorem optaret* (*e*); & quorum præterea testimonio inter-

P diu

(a) *Hic est P. Eudæmonjuannes ista narrans Sum. pag.105.*

(b) *Præfectus Cubiculi T.III. ex Proc. Polit. Apost. Sum. pag.31. §.2. & 3.* -- Avendo una persona fatto cattivo offizio con un Papa, egli poi favorì quella persona appresso l'altro Papa in estremo grado, e di questi esempj ne potrei dar molti, e apportare varie lettere, nelle quali dimostrava farne professione ad imitazione di Cristo -- *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.105.* -- Intesi ancora da persone degne di fede, che nel bel principio del Cardinalato egli scusò, e difese appresso il Papa una persona, contro la quale per certe accuse Sua Santità era irritata, la quale contro il Cardinale *in minoribus* si era portata molto ingratamente, e detto male con molta libertà del suo governo in Napoli.

(c) *Plura in hanc rem exempla referunt de visu, & auditu proprio ex Proc. Cap. Apost. T.XVII. Sum. pag.35. §.39. ex Rom. Apost. Magister Domus T.XIX. Sum. num.8. pag.12.*

(d) *In adumbr. imag. pag.67.*

(e) *Petrasanct. lib.3. cap.3. fol.233. & Fuligatti vitæ cap.18. pag.149.*

diu nihil umquam in fauces immisit refocillandi sui causâ (*a*); sustinuitque etiam per menses sex ardentissimam sitim ex crurium humore pectoris Sedem invadente absque ullo potiunculæ alicujus haustu ad eam extinguendam, minuendamve (*b*); alia tamen certiora supersunt austeritatis suæ documenta.

148. Non enim in Societate dumtaxat, & quamdiu inter suos vixit, de rebus ad victum, usumque proprium pertinentibus nihil umquam petiit, sibique concedi voluit præter id, quod ceteris omnibus commune esset, veluti supra jam adnotavi; sed quam in Societate, hanc eamdem deinceps etiam servavit humilis, tenuisque mensæ parcitatem (*c*), uno tantum ferculo, eoque satis vulgari contentus (*d*), nihil ad ea, quibus vesceretur, animum attendens, nihil de inconditis cibis umquam conquerens (*e*). Eamdem mensæ parcitatem retinuit, quum pro futuri Pontificis electione in Palatii Vaticani conclavibus maneret, atque, ut ab aliis quoque Cardinalibus servaretur, & exemplo, & hortationibus gratiosissime incitabat (*f*). Rogavit

---

(a) *Fuligatti vita cap.*18. *pag.*148. -- Tra giorno non fu solito di prender per qualsivoglia cagione ne confezioni, ne frutti. Non chiese mai da bere, o da sciacquarsi, ne anche ne' tempi caldi, ancorche ne sentisse bisogno.

(b) *Fuligatti ibid.* -- In questo proponimento con gran costanza e pazienza perseverò eziandio sei mesi continui, mentre per una indisposizione sopragiuntagli era molestato assai dalla sete, consolandosi solo col raccontare, e considerare gli esempj di quei Martiri, li quali per la gran copia del sangue sparso al Crocifisso si assomigliavano.

(c) *Ex Rom. Ap. Testes III. ex Proc. Polit. Ap.XVII. ex Rom. Ap. familiares Servi Dei, P. Minutulus T.XV. Sum.num.*18. *pag.*42. *adfirmant super* 19. *artic. vera esse quæ ibidem continentur. In eo autem articulo ponitur* -- temperantiâ incredibili, ac parsimoniâ usum fuisse: Nam vigiliis, jejuniis, parcitate victus corpus domavit --. *Item Joseph Finalis T.XIII. Sum. num.*28. *pag.*62. *ubi quod Probationis suæ tempore* (*anno* 1616.) -- Si raccontavano fra di noi Novizj le virtù del detto Servo di Dio, ed in particolare della sua povertà nel vitto e vestito --, *P. Mutius Vitelleschi T.XXII. Sum. num.*18. *pag.*43. -- era parchissimo nel vitto -- *Magister Domus T.XIX. ibid.* -- La temperanza e parsimonia fu singolare, il vitto suo modestissimo.

(d) *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. num.*29. *pag.*102. §.15. -- Il vitto era nel numero delle vivande, come quello della Compagnia, ne di molto miglior qualità, se non quando li servitori l'ingannavano --. *Præfectus Cubiculi T.III. in Polit. Ap. Sum. pag.*42. -- In tavola non voleva altro, che una vivanda poca e ordinaria -- *Marcellus Cervinus in adumb. imag. pag.*69. -- Uno tantum ferculi genere uti voluit, eoque vulgari, & parabili.

(e) *Idem Præfectus Cubiculi loco cit.* -- anco delle carni ordinarie mangiava poco, e senz'applicazione alcuna, non si lamentando mai, che fussero mal conditi -- *Marcel. Cervin. pag.*68. -- gustatum funditus perdidisse, ac solum simplici cicorea, & lactucâ recreari videbatur.

(f) *Idem Præfectus Cubiculi loco cit.*

gavit sæpius, ut prandio secum consideret, nec tamen frequentem admodum convivam habuit nobilem virum Neapolitanum (*a*), recusantem ideo, quod ab ejus mensâ fame confectus abire cogeretur nimiæ parsimoniæ caussâ. De pullo gallinaceo quondam sibi, quod recens e morbo convaluisset, apposito graviter structorem increpuit; neque sumtus excusationem, duos vix obolos solito excedentis, ratam habuit, dicens id parum non esse pauperum beneficio (*b*). Quidquid lautitiæ, ac deliciarum, sive in cibis, sive aliis in rebus saperet, non modo numquam sibi permisit, sed earum genus omne ne novit quidem (*c*). Frequenti præterea jejuniorum usu præter dies ab Ecclesia statutos parsimoniam augebat suam, toto præsertim Adventus tempore, itidemque bis, vel ter pro temporum varietate in singulas hebdomadas (*d*); ex reliquis

P 2 vero

(a) *Hic est Thomas Marchesius T.VIII. in Proc. Neap. Ord., ista referens in Sum. add. pag.96. §.2.*

(b) *Id refert Card. Ursini in ejus attestatione Sum. num.28. pag.77. §.3. Consonat etiam ex Proc. Rom. Apost. P. Minutoli T.XV. dum inquit* -- Essendo infermo diceva, che non si comprassero polli per la sua bocca, dicendo che bastava il castrato, e quello, che andarebbe nelli polli, si dasse a poveri -- *Sum.pag.32. §.9.& in relat. ad Card. Farnesium Sum. add. pag.*128. -- Così in questa, come in altre infermità sue mi ricordo, che li dispiaceva, e proibiva il far la spesa anche di polli per magnare per lui -- *Cohærent quæ scribit Fuligatti cap.*18. *pag.*147. -- Era tanto costante in questo proponimento, che ne pure quando si sentiva molto debole, ed indisposto, voleva migliorare la tavola, se non gli veniva detto da persona, che stimava avere sopra di lui qualche autorità.

(c) *Petrus Guidotti Magister Domus T.XIX. Sum. num.*18. *pag.*43. -- Non solo ebbe in orrore tutte le delizie, ma ne anco le conosceva — *& Card. Crescentius Sum. num.*28. *pag.*85. -- Fu Uomo di tanta penitenza, che ancora nell'estrema età decrepita non volle usare delicatezza alcuna nella persona propria.

(d) *De Adventus tempore fidem faciunt Testes III. ex Polit. Ap. XVII. ex Rom. Apost. & II. ex Ordin. Rom. Sum. pag.42. §.2. eod. num.29. pag.104. De duobus, vel tribus hebdomadæ diebus testes dignissimi XVII. XIX. & XXII. ex Rom. Apost. Sum. num.18. pag.42. & 43., & Testis II. ex Rom. Ord. Sum. num.29. pag.104. Item Vetus Menologium Soc. Jes. Sum. add. num.14. pag.149., & Marcel. Cerv. ac generatim de spontaneo jejuniorum usu Clemens VIII. in litteris ad Bellarminum Capuæ degentem datis, ac relatis in Sum. add. pag.66.ubi* -- Abbiamo visto l'Angelucci già suo Vicario, il quale ci ha dato molta consolazione con la relazione dataci di Lei, e dell'esempio, che dà in questa provincia con l'assidue fatiche, che fa, e di prediche, e di digiuni, e di orazioni; *ac præterea P. Virgilius Cepari T.XII. ex Rom. Apost. Sum. num.18. pag.42.* -- fu molto dato a digiuni straordinarj, e con rigore oltre quelli, che comanda la Chiesa --. *Adde Marcellum Cervinum in adumbr. imag. pag.69.* -- Neque cineralia, ceteraque ab Ecclesia ex præcepto imposita tantum; sed etiam in Sanctissimi Domini Nostri Adventu, in quartà, & sextà ferià, aliisque diebus per annum jejunia severissimè observabat.

vero diebus ab indictâ sibi jejunii lege solutis, uno, vel altero abstinebat a carnibus (a): nimirum istud vitæ genus perpetuo coluit Bellarminus, licet assiduis laboribus, imbecillis viribus, frequentibus per omnem vitæ decursum morbis, tum deinde senio ipso confectus (b).

149. Magnæ itaque *sobrietatis* fuit in Societate, *numquam petens speciales cibos*, sed contentus *cibis Religiosorum, vestimentisque communibus*; quo nomine laudatum scimus Thomam Aquinatem (c): Implevit, quod ex personâ Pauli Augustinus dixerat: *In jejuniis sæpius castigo corpus meum, & in servitutem redigo* (d): Fecit & id, quod Sanctum Pontificem Pium V. fecisse legimus, qui tribus tantum hebdomadæ diebus edere carnes, seu gustare potius consueverat (e): Exemplum quoque imitatus est S. Ignatii Loyolæ parentis sui, qui *nullum edulii*, (ut Maffejus scribit (f)) *vel condimenti genus cuiquam indixit*; *nihil umquam inter edendum est questus, licet per Adjutorum inscitiam, incuriamve cibaria male cocta, conditaque, vinum etiam fugiens, aut acidum præberetur; nihil denique sibi proprie apponi voluit umquam*: subdit autem Maffejus: *quæ sane peritus rerum æstimator haud ita levia duxerit, si hominis vel ætatem ipsam, cui multa dantur, vel infirmitatem valetudinis plura imperantem, vel denique summam inter suos potestatem, & li-*

(a) *P. Eudæmonjuannes Sum. num.29. pag.104.* -- Uno, o due altri giorni della settimana mangiava solamente ova, ed il rimanente carne -- *P. Fuligatti in vita cap.18. pag.148.* -- il Lunedì mangiava solamente ova -- *itemque* -- In tavola non compariva altro d'ordinario, che carne grossa, e questa soli tre giorni la settimana.

(b) *Nam in ultimâ etiam senectute de jejuniorum consueto rigore parum remisisse constat ex P. Eudæmonjuanne T.II. Sum. num.29. pag.104.* -- digiunò sempre con essere di quella età non solo li giorni commandati, ma di più l'Avvento, ed il resto del tempo ne giorni della settimana, Mercordì, Venerdì, e Sabbato; se bene in quest'ultimo il Confessore gli ne fece lassare un giorno della settimana & *P. Minutoli T.XV. in Rom. Apost. Sum. pag.42.* -- Soleva digiunare, o fare astinenza tre volte la settimana, se bene aveva vicino a 79. anni, e quando in questi giorni di astinenza qualche volta gli volevano dare l'ova da bevere, perche la sera non cenava, se gliene davano due da bevere, lui ne pigliava un solo -- *Et Cappellanus Torti T.XVII. Sum. pag.42.* -- So ancora, che lui nelli digiuni era molto frequente fin' all'ultimo della vita sua, sicchè digiunava tutto l'Avvento.

(c) *Uti refertur a Sanctitate Sua de Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.29. num.7.*

(d) *In tract. De Cantico Novo cap.3. col.596. tom.6.*

(e) *Gabutius in vita S. Pii V. apud Bollandianos tom.1. Maii pag.697. num.329.*

(f) *In vita S. Ignatii lib.3. cap.12. cujus verba referuntur a Sanctitate Sua de Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.29. num.7.*

& licentiam, ut ita dicam, suo arbitratu vivendi consideret; eademque jure ego traduxero ad comprobandam austeritatem vitæ Bellarmini, cui senectus gravior, veteris communis victus dissociatio, summaque dignitas, & authoritas longe plura concessissent.

150. Variis tamen, ac permultis modis, quorum plerosque studium ipsum amplificandæ in pauperes beneficentiæ adinvenerat, effecit, ut plus asperitatis in corpus suum exercere, quam ostentare videretur. Ab usu namque supra jam memorato conveniendi cum reliquis Ecclesiæ Capuanæ Canonicis ad psallendum in Choro, ut uberiorem redderet eleemosynarum copiam, nec etiam abstinuit rigentiore hyemis tempore, ejusque temporis horâ matutinis laudibus præscriptâ (*a*). Manus, quamvis præ frigore tumescentes, neque tegumento aliquo tueri, neque manicâ villosâ a cubiculi Præfecto instantissime quondam sibi oblatâ uti voluit (*b*). *In camino palatii nullis per hyemem lignis accensis usus, pecuniam illam, quâ ligna coemi debuissent, in eleemosynam transmutavit* (*c*). Quod si aliquando in maximo frigoris algore non sui, sed aliorum ad se convenientium gratiâ succendi in cubiculo suo ignem patiebatur, *iis, qui ad eum confluebant, discedentibus, ardentia ligna, & aliquando totum ignem extinguere propriâ manu visus fuit* (*d*). Vicissim ardentissimi æstivi caloris vitandi ratio, alio vehementioris Charitatis igne eum superante, nihil valuit ad movendum eum e Palatii Vaticani cubicu-

(a) *Ex Cap. Apost. T.XXI. Sum. pag.36. sub* §.21. -- ragionando io una volta con il Sig.Cardinale, ed essendo inverno, e freddo, li dissi come scendeva al matutino, e sua Signoria mi rispose, che lo faceva per far qualche carità alli poveri delle sue fatiche -- *& ex Rom. Apost. Magister Domus T.XIX. Sum. pag.40.* §.7. -- Essendo a Capua Arcivescovo, volse ogni mattina andare in Coro a tutte le ore in rocchetto e mozzetta, ancorche fossero freddi grandi, e che tutti li famigliari lo esortavano a portare la pelliccia ed il manicotto.

(b) *Ut enarrat idem Cubiculi Præfectus Sum. pag.40.* §.1. *Cohærent, quæ habet P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom.Ord. Sum.* 104. §.20. -- non mi ricordo mai di averli visto nè guanti, nè altra sorte di cosa per difendere le mani dal freddo, con tutto che ne pativa assai -- *& Cappellanus Torti in Proc.Ord. apud Bartoli lib.3. cap.9.*

(c) *Sunt Pauli Freberi verba, eademque habent Card. Crescentius Sum. pag.85. idem Torti, & Cubicularius Mongardi in Proc. Ord. Rom. apud Bartoli lib.3. cap.9. & P. Eudæmonjuannes Sum. num.29. pag.104.*

(d) *Marcel. Cervin. in adumbr. imag. pag.62. Cappellanus Torti loco cit.* -- E quando per forastieri venuti all'udienza se ne faceva, partiti che si erano, ritirava i tizzoni, affinche la camera si raffreddasse.

biculo angustissimo; cujus loci per id tempus solitudinem charissimam habuit (a).

151. Ad hæc, *nel particolare degli studj* [ita loquitur Sacerdos Matthæus Torti diutissimus ejus familiaris (b)] *anco in tempo di grandissimi caldi, e freddi era arduissimo senza volere alcuna comodità; come io l'ho veduto più, e più volte*: muscas vero, & pulices, utrumque minutissimum, sed molestissimum animal in se ipsum circumire, & circumvolare non minus libere, quam patientissime tolerabat (c). De ulceribus crurium in graviore ejus ætate, ac de callis pedum nullam rationem habens, priora quidem, ne minus studiosâ caligarum detractione exacerbarentur, nihil curabat, nec aliis juvabat remediis, quam frondibus aliquot admotis (d); posteriores vero numquam sibi detrahi, vel imminui patiebatur (e): nec etiam, dum recenti morbo convalesceret, consensit uti commodo parvæ lecticæ gestatoriæ a cubiculi Præfecto, cujus illa erat, exhibitæ, recreandi animi caussâ (f); immo potius, quam eâdem lectica uti, maluit piissimam sibi adimere voluptatem peragendi Sacri ad altare tunc B. Aloysii Gonzagæ ipso festo ejus die, etsi eum adeo impense coleret, atque tunc primum Missæ propriæ obsequio colere licuisset (g). Vix semel per hebdomadam, aut bis e domo egrediebatur (h). Dum in Societate vixit, ex horis septem, quæ nocturnæ corporis quieti conceduntur, unam perpetuo sibi subtraxerat,

(a) *Ex his, quæ refert Cardinalis Crescentius Sum. pag.84. §.7.*

(b) *Qui est T.XVII. in Proc.Rom. Apost. Sum. pag.46. §.5.*

(c) *Bayle in Dictionar. verb. Bellarminus* -- Il fut si patient qu'il suffreit mesme que le mouches, & telles autres petites betes l'incommodassent beaucou -- *Idem testantur Card.Crescentius.Sum.n.28. pag.85.& Fuligatti vitæ cap.19.pag.150.*

(d) *Ait enim Augustinus Mongardi ex Proces. Rom. Ord. apud Bartoli lib.3. cap.9. pag.341.* -- Sono stato ajutante di Camera dell'Illustrissimo Signore Cardinale Bellarmino circa venti anni; e dico di non averlo quasi mai vestito, ma solo verso l'ultimo, quando cominciò ad essere di più grave età, e l'ho ajutato a trargli le calzette, & avendo egli male alle gambe, cioè piaghe in varj tempi, non si curava, che gli si scorticassero, ne voleva, che si facesse cosa alcuna, usando alcune foglie, senza volere altri rimedj, dicendomi che voleva patire per amor di Dio.

(e) *Idem Augustinus Mongardi loco cit. & Fuligatti in vita cap.18. pag.149.* -- Era molestato da calli ne' piedi dandogli molto dolore, non se gli faceva tagliare, dicendo che assai più si pate nel Purgatorio, e nell'Inferno.

(f) *Idem Cubiculi Præfectus. Sum. pag.40. num.17. §.3.*

(g) *Ut refert P.Minutoli T.XV. Sum. pag.52. §.11.*

(h) *Petrus Guidotti Magister Domus in Proc. Rom. Apost. T.XIX. Sum. pag.41. §. 7.*

rat, ut persolvendi divini Officii penso impenderet (a); eamque consuetudinem post Cardinalatum retinuit (b): quamquam ne hoc quidem tempore in more habuisse producendi somnum ultra horas quatuor ab ejus ore acceptum referat alter ex testibus (c).

152. Est tamen, quod magis stupeamus. Nihil sane æquius, nihil honestius videri poterat, quam quod se ipsum tam severa cibi, potusque parcitate, tot morbis, ac doloribus, tamque ingenti curarum, & laborum mole tantum non oppressum reficeret, recrearetque per anni circulum mensis alicujus, aut saltem paucorum aliquot dierum ocio, seu rusticatione curis omnibus solutâ, ad quam instanter, ac sæpius ab aliis sollicitabatur: verum severissimæ legis eam sibi prohibentis loco steterunt exemplum S. Caroli Borromei, ratioque vitandi majoris alicujus sumtus, qui ulli pauperum detrimento foret (d). Quare integrum Septembris mensem, quo ociari ei licuisset, quotannis arctissimæ solitudini, continuæque divinarum, ac cœlestium rerum meditationi dicabat intra religiosam S. Andreæ domum conclusus, eamque consuetudinem per octo, vel septem annos saltem servasse compertum est (e).

153. Me-

(a) *Præfectus Cubiculi T.III. in Sum. pag.6. §.9. TT.V. in Proc. Neap. Ord. Sum. add. pag.22. lit. A. §.3. II. & III. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.106. §.23. & pag.111. §.40. & 41.*

(b) *P. Antonius Beatillo T.I. ex Cap. Apost. Sum. pag.43. §.15. & alii in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.106. §.23. pag.111. §.40. & 41.*

(c) *Scilicet P. Eudæmonjuannes intimus Servi Dei, ac T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. num.29. pag.106.*

(d) *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.104. §.19., ubi* -- A questo proposito mi disse qualche volta, che S. Carlo non andava a recreazione, e che l'andare a luoghi simili li sarebbe stato di qualche spesa di più, nella quale andava tanto riservato, per non levare l'elemosina alli Poveri -- *Fuligatti in vita cap.18.* — Alla Villa di Frascati, ed al Collegio di Tivoli fù invitato spesso da Padri con molta efficacia per esser necessario tal' ora interrompere gli studj, e gli affari con qualche ricreazione: e nel principio del Cardinalato vi si lasciò condurre per pochissimi giorni due, o tre volte; ma dopo avendo letto, che San Carlo non andava a simili diporti, non volse accettar più tal sorte d'invito.

(e) *Ut præcipue constat ex P. Josepho Finali T.XIII. in Rom. Apost. Sum. nu.26. pag.62. in fin. & 63. P. Mutio Vitelleschi T.XXII. Sum. num.24. pag.55. & ex præfat. libelli de Gemitu Columbæ conscripti anno 1616. ubi* -- Dum autem apud me hoc præsenti anno in solito meo recessu cogitarem, quid facto opus esset, ut veram viam ad vitam æternam invenirem &c., propositum mihi est in præsenti vacatione spiritualium exercitiorum toto mense Septembris orando, & meditando scrutari &c.

153. Mediocris autem virtutis non est nihil fere sibi ocii, nihilque voluptatis, honestissimæ licet, ac propemodum necessariæ sibi permittere; & quod solatio corporis denegatur, id omne ad augendum animi vigorem transferre: *Viri enim mediocriter temperati illas* [voluptates] *admittunt, quoties nec honestati, nec decori, nec demum officio, aut rectæ rationi contradicunt, quamvis necessariæ non sint, nec ad vitam simpliciter tuendam, nec ad bonam habitudinem retinendam, comparandamve. Viri autem temperati in excellenti, aut eximio gradu ab iis omnibus voluptatibus concessis, & non necessariis abstinent, ut perfectiori vitæ, & abstractiori studeant* (a).

154. Hæc plane omnia ea sunt, quæ si rite, recteque expendantur, præsertim vero si non singula seorsim, sed omnia, uti par est, simul, & conjunctim spectentur, perfectius nihil, ac sanctius desiderant ad Bellarmini virtutes in gradu heroico collocandas, sive Theologales, sive Cardinales Prudentiæ, Justitiæ, Fortitudinis, ac Temperantiæ; quin iterum opus sit singulatim persequi ea, quæ ad earum virtutum uniuscujusque officium pertinent. Adjiciam dumtaxat aliqua de Prudentiâ, quæ priorem, ac de Temperantiâ, quæ posteriorem locum obtinet inter Cardinales virtutes.

155. De Prudentiâ, sive *rectâ ratione agibilium*, tribus in actibus consultationis, judicii, & imperii versante, quamquam ipsa clarissime effulgeat in sapientissimis responsis, consiliis, monitis, ceterisque omnibus, quæ voce, scriptis, & opere Bellarminus executus est summâ cum virtutis laude: *Ut* enim *virtutum singularum quasi nota est, & insigne Prudentia, sic vicissim actiones virtutum singularum testes, & nuntiæ sunt Prudentiæ &c.; quam etiam ob caussam mensuram Prudentiæ collocat S. Gregorius in actionibus aliarum virtutum, quia nimirum, quanta ea sit, ex harum momentis colligatur* (b); ejus præterea mensura deduci potest ex vi illâ suavissimâ, & dexteritate quâ Bellarminus, & alias plures controversias pri-

---

ri &c. --, *item ex præfatione Libelli de Septem Verbis Domini, quem edidit anno* 1618., *& epist. ad Archiducissas Austriæ inter impressas* 154. *ubi* -- Litteræ (*ait*) me invenerunt in Domo Novitiorum nostrorum, ubi singulis annis per mensem solus habito.

(a) *Ita recte differit Card. de Aguirre relatus, laudatusque a Sanctitate Sua de Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.28. num.13.*

(b) *Ut ex Bernardino Rosignolio tradit Sanctitas Sua de Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.24. num.1. & 2.*

privatorum extinxit, composuit (*a*), & præsertim illam, quæ inter Lucensem Rempublicam, ejusque Civitatis Episcopum diuturnis, & gravissimis dissidiis adeo exarserat, ut ejus restinguendæ nulla fere spes relicta videretur, interpositis in id sæpius, ac frustra virorum gratiâ, & authoritate pollentium officiis, ac Episcopo annos jam sexdecim procul ab eâ Civitate, & ab Ecclesiâ suâ manere coacto (*b*). Singulari quoque Bellarmini Prudentiæ tribuendum est, quod Ecclesiastici juris, & libertatis, dum præsertim Capuanam Ecclesiam moderaretur, diligentissimus custos, ac propugnator, maximo tamen in honore semper habitus fuit, & acceptissimus principibus viris, ac regiis etiam præfectis, cum iisque, *ne minimâ quidem aurâ fluctus commovente, tranquillam obtinuit pacem, & benevolentiam; & talem de suâ fide, ac integritate consignavit opinionem illorum animis, ut nihil prorsus ejus voluntati denegandum putarent* (*c*).

156. De Bellarmini Temperantia præter hactenus dicta speciatim commemoranda sunt ea, quæ Sanctitas Tua de Cardinalium virtutibus peculiarem sermonem instituens adnotavit (*d*): *Similia quædam legi possunt in vita Ven. Dei Servi Cardinalis Bellarmini... cum quibus concordant allata in processibus ordinariis, & apostolicis, nec non attestationes Cardinalium post ultimam prædictam vitam impressæ; qui ejus virtutes, dum Romæ moram fecit, dimisso videlicet Archiepiscopatu Capuano, præsentes mirati sunt, inter quos Cardinalis Sancta*

Q   Cta

(a) *Ut referunt Primicerius Ecclesiæ Capuanæ T.VIII. Sum. add. pag.57. §.15., T.XXV. cit. Sum. add. pag.55. §.7. & alii mox citandi.*

(b) *Ex testibus XV. XVIII. & XIX. relatis in Sum. pag.38. §.47. & 48. Hinc Horatius Philippus Cardinalis Spada Episcopus Lucensis epist.68. inter postulatorias* — Alio præterea (*inquit*) tam ingenti beneficio devinxit, ut nulla possit ex gratorum civium animis oblivio delere. Etenim cum gravissimæ inter Alexandrum Guidiccionum Episcopum Lucensem, civesque intercederent offensiones, quas neque temporis longinquitas minuere, nec sapientissimorum virorum industria componere potuerat; Robertus Bellarminus tandem prudentià, consilio, dexteritate, amore suo exasperatos animos mitigavit, diuturnas discordias diremit, Præsulem sexdecim jam annos absentem patriæ, sponsæ, filiis restituit.

(c) *Marcel. Cervin. in adumbr. Imag. fol.32. cui consentiunt Petrasanct. vitæ Bellarm. lib.4. cap.4. fol.332. Præfectus Cubiculi T.III. in Proc. Apost. Polit. Sum. pag.11. §.6. & 7., & alii plures in Sum. pag.11. §.16. pag.12. §.24. & 25. p.13. §.32. & 44. pag.14. §.55. & alibi. De hac Bellarmini cum regiis Ministris concordia ei gratulatus quoque est Clemens VIII. in litteris ad eum datis, ac relatis in Sum. add. pag.66. §.38.*

(d) *De Canoniz. lib.3. cap.33. num.16.*

Etæ Susannæ Scipio Cobellutius ita ait: La dignità del Cardinalato non mutò in lui altro, che quello, che non era compatibile colla decenza dello stato; Cardinalis Franciscus Dietrichstain: Modum vivendi notavi semper modestum, & religiosum, cui mensæ apparatus respondebat &c.; Cardinalis Cremonæ Desiderius Scaglia: Effetto della sua umiltà ancora fu, che constituito in tanto grado menò sempre in tutto quello, che non ripugnava allo stato, la vita che averia tenuto privato Religioso dentro al Chiostro; Cardinalis Alexander Ursinus: Tralascio la povertà, colla quale vestiva di sotto, il riguardo, che in ogni altra cosa aveva, se vi erano spese a recidere, acciò potesse maggiormente spendere in elemosine.

157. Quod si nihilominus contendat aliquis, eum doctum quidem, & pium Cardinalem fuisse, non tamen sanctum, is paullum diligentius perpendat, rogo, eximiam, perpetuamque morum innocentiam ab sacri Baptismatis fonte ad tumulum usque ab eo delatam; quæ quum per se ipsam spectari nequeat, ejusque indolis sit, ut excludat ab integro vitæ decursu labem omnem mortalis saltem peccati, pervestigari, dignoscique debet ab effectis, sive exernis actionibus: a fructibus enim arborem cognoscimus.

158. Sed ut ex parentibus primum, ac præsertim matre Cinthia aliquam non tenuem sumamus conjecturam, qualis ipsius Bellarmini fructus futurus esset; piissima, ut initio dixi, erat femina illa, sororque optimi Pontificis Marcelli II., a qua is cum aliis duobus fratribus sanctissime educatus, culpis sacrâ confessione expiandis, & Eucharistico cibo mature assuetus, nec aliis pueris commisceri umquam permissus (a), indita sibi virtutum omnium semina tam feliciter comprehendit, aluitque, ut posthabitis puerilibus quibuscumque ludis, & oblectamentis (b), orationi, Sacramentorum frequentiæ, studiisque litterarum vacaret (c), jejuniis ab ecclesiasticâ lege, cui per ætatem non suberat, constitutis morem gereret, parentum, ac majorum dicto semper obsequeretur, neque vero umquam visus fuerit irasci (d) [Quod certe, nisi

(c) *Bellarminus ipse in suæ relationis initio.*

(c) *Testes coævi in Polit. Ord. II. III. & IV. Sum. add. pag.12. §.6. & pag.13. §.16. & pag.14. §.27. Camilla item Bellarmini Soror T.1. in d. Proc. Polit. Ord. fol.8. & 9. & Marcellus Cervin. in adumbr. imag. pag.12.*

(b) *Testes prædicti locis citatis.*

(d) *De reverentiâ, & obedientiâ erga parentes, & majores suos omnes quatuor testes citati, de jejuniis duo ex iisdem testibus, III. & IV. & quod numquam visus fue-*

nisi de puero, ac adolescente ad omnem bonitatem composito, vix credi posset]. Pudorem, modestiamque cujusque actionis suæ comites habens, aliis quondam sociis ad balneum commeantibus, ipse ad Capuccinorum Cœnobium divertit (a); & ab audiendis rebus, ac verbis, quæ minus decerent, alienissimus (b) carmina plura, profanis mutatis verbis, in ecclesiastica convertit (c). Numquam auditus est, nisi honesta, animisque salutaria ex ore proferre (d): non modo pios aliquando sermones publice habuit in Sodalium quorumdam conventu, sed & in seculo adhuc manens per catecheses, & conciunculas operam dedit erudiendis in fidei nostræ mysteriis, & ad pietatem excitandis iis, qui rudiores essent (e): adolescentes quoque alios socios suos ut ab otio submoveret, ad Ecclesiam non raro perduxit, detinuitque religiosis, & sanctis colloquiis (f), quorum omnium caussâ magno in honore, & existimatione ab iisdem sociis, & condiscipulis suis habebatur (g).

 159. Si

fuerit ad iram moveri eadem Camilla Bellarmini Soror T.II. in Proc. Apost. Montis Polit. Sum. num.2. pag.2.; quæ licet continenter fratrem oculis obversantem haberet, adfirmat -- Che frà l'altre cose mai lo vide adirato.

(a) *T.II. in Proc. Polit. Ord. Sum. add. pag.12. §.4. & alii duo coævi ibid. §.17. & §.27.*

(b) *Marcel. Cervin. in adumbr. imag. fol.37.* -- A primà enim ætate vana severissime vitarat colloquia, quod ceteris adeo erat notum, ut ad Roberti ingressum componi modeste omnes viderentur -- *T.II. in Polit. Ord. Sum. add. pag.12. §.7. & T.III. & IV. in d. Sum. pag.13. §.17. & pag.14. §.27.*

(c) *Quæ ævo suo adhuc extare testatur Marcellus Cervin. in Sum. add. pag.26. num.4., & quæ referuntur ibid. pag.27. §.4.*

(d) Parlava sempre onestamente, e di cose utili alla Fede Cristiana *inquit Camilla Bellarmini Soror T.II. in Proc. Ap. Polit., Sum. num.2. pag.2.* -- Io sò, che egli insegnava spesso alli scolari suoi compagni orazioni buone, e sante, e questo lo sò, perche insegnava a me stesso -- *Ita T.II. in Polit. Ord. Sum. add. pag.12. §.4., similia habet T.III. §.15. & 17.*

(e) *Ut superius notatum est §.70.*

(f) *Id refert Testis III. Nobilis Politianus, & Cubicularius Servi Dei de auditu a quodam seniore Canonico Ecclesiæ Cathedralis. Sum. num.2. pag.2.*

(g) *Id refert Testis in Proc. Polit. Ord. Camilla Bellarmini Soror fol.8.* -- Che era in tanto concetto, che insino le persone vecchie venivano a posta per vederlo: così ho sentito riferire in casa -- *& infra fol.11. terg.* -- sempre l'ho sentito celebrare, e lodare pubblicamente da tutti -- *& alii tres coævi testes II. III. & IV. in Polit. Ord. Sum. add. pag.12. §.3. ubi* -- Io sò, che da tutti i suoi condiscepoli era tenuto in gran venerazione -- §.10. -- altro non sapere, se non che era più Angelo, che Uomo -- §.11. -- Io sò, che detto Roberto è stato sempre tenuto per Santo, ... Io non posso dire altro, se non che ho sempre tenuto detto Roberto per Santo -- §.14. & §.24. & 25. -- che era in grandissima venerazione appresso gli altri suoi condiscepoli, e però alla presenza sua stavano con gran modestia.

159. Si puer adhuc, & adolescens [quæ sane ætas minus cauta, pluribusque insidiis, & periculis obnoxia esse solet] ad pietatem, virtutemque omnem comparatus jam erat, putabimus ne eumdem ipsum, postea quam Societati se addixit, ab hâc regiâ virtutis viâ aliquando deflexisse? Adolescens juxta viam suam, non modo ab eâ numquam recessit, sed in Societate manens, tum deinde ab eâ recedens amplissimæ dignitatis caussâ, strenuus semper, ac diligentissimus observator fuit eorum omnium, quæ præcipiuntur, aut suadentur ab Ordinis regula (a), atque a proprio Religiosi, Cardinalis, & Episcopi munere.

160. Ita porro Bellarminum vixisse in religiosissimi Ordinis domiciliis, ubi tot ad bene, sancteque vivendum incitamenta, & adjumenta suppetunt, multi fortasse rem neque satis arduam, neque adeo singularem putabunt. At id singulare prorsus, & magnum quiddam esse nullus jure negaverit in Cardinali, cui splendor dignitatis, authoritas, & consultationes, & negocia, & visitationes acceptæ vicissim, & redditæ, & multitudo adeuntium (b), & plurimum aliud mundani pulveris genus tot offendicula, & impedimenta injiciunt. Quam vero Bellarminus jam Cardina-

---

(a) *Etiam in statu Cardinalis regulam Ordinis, quoad poterat, servasse explicant P. Virgilius Cepari T.XII. ex Rom. Ap. Sum. num.13. pag.29. P. Benedictus Justinianus familiaris Servi Dei T.II.ex Ordin.Sum.n.29.pag.21.& Cardinalis dela Rochefocault, & S.Susannæ in eorum testificationibus. Quo pariter spectat T.III.in Proc. Ap. Polit. dum ait* -- Il Cardinale Bellarmino nel tempo, che io lo servii Mastro di Camera, che furono sette, o otto anni, mai mutò vita di quella, che teneva, quando era nella Compagnia del Gesù tanto nel dormire, quanto nell'altre cose: *ut in Sum. pag.6. §.7. -- Et T.XIV. ex Proc.Ap.Rom. Sum. pag.8. §.33.* -- Sò anco, per avermi più volte riferito esso Signor Cardinale, ed anco per averlo servito in tutto il tempo, che egli fu Cardinale, cioè per spazio di vent'uno anno sino alla sua morte, che nel vivere non mutò mai stile, nè termine, ma visse sempre com'era solito nella Religione .- *eademque habet P. Mutius Vitelleschi T.XXII. Sum. pag.10. §.53. & Bellarminus ipse in relat. vitæ suæ. Sum. pag. 137.* -- In Cardinalatu statuit apud se non mutare modum vivendi, quoad parcitatem victus, orationem, meditationem, Missam quotidianam, & alia statuta, vel consuetudinem Societatis -- .

(b) *Prout ob hæc omnia de Cardinalitia dignitate dolere cum Bellarmino se ajebat Cardinalis Tarusius ad eum scribens in epistola, quam recitat Petrasancta in Sum. add. pag.21. §.52. Quare merito Petrasanct. in vit. Bellarm. lib.6. cap.1. pag.433.* -- Iam (*inquit*) si perpetua innocentia admirationi est in juvene ...., quanto major veneratio tribui debeat viro, qui usque ad annum prope octogesimum consenuit, numquam imminutà probitate; & tametsi negotiis magnis, atque honoribus tentatus, in iis tamen, nihil, nisi laudandum aut cogitavit, aut fecit, aut dixit.

dinalis perfecte redderet moribus suis præcepta, & consilia omnia Evangelica, duo hæc præterea declarant: Quum enim Religiosus (*a*) quidam e Societate familiarius a Cardinali Bellarmino quæsivisset, an in his, quæ ad animæ disciplinam spectant, in Cardinalatu videretur sibi remissius vivere; *tum eum respondisse, videri auctum potius studium illud interioris perfectionis, idque ex conjecturâ duplici: tum quia res divinas contemplanti sibi nullas inanes cogitationes, evagationesque honor ille submitteret: tum verò quia rei nullius appetens, præterquam, ut in Cœlum iret, a Pontificatu ambiendo erat alienus, sicuti a re, in quâ periclitari æternitas poterat.* Multiplici culparum genere noxium se agnoscebat, incusabatque; sed earum solum, quas vel ignoraret prorsus, vel dubiæ quædam, furtivæ, nec deliberatæ, aut etiam omnino involuntariæ mentis evagationes præ se ferrent. *Sunt duo* [fatebatur] *in quibus soleo delinquere. Alterum est, si non perpetuâ custodiâ caverim ego mentis evagationes, quando pensum officii divini persolvo, neque id horis matutinis, dum ante primam lucem eas recito; sed horis aliis interdiu propter frequentiam adeuntium. Alterum est, si quid otiose dixerim, vel joco: sed non deerunt culpæ aliæ, quas ignoro* (*b*).

161. Profectò continua hæc, nec umquam interrupta vitæ series a puero ad ultimam usque senectutem protracta disjungi nullâ ratione potest ab illibatissimâ morum puritate, ad quam præterea magis, magisque comprobandam singulari animadversione dignum est, quod, sive in puero, sive in adolescente, sive in Religioso, sive in Cardinali in tanta actionum varietate, atque in tot, tantisque rerum vicissitudinibus nihil umquam deprehendi potuerit ab eo dictum, vel factum, quod pietati, honestati, ac modestiæ minus congrueret, quodve de culpæ alicujus labe notari

(a) *Hic est P. Julius Cæsar Recupitus apud Petrasancta vita Bellarm. lib.6. cap.1. pag.433. Similia refert T. XII. in Sum. pag.54. §.42.* -- Domandandogli una volta se con il Cardinalato le pareva aver perso qualche cosa di spirito, mi rispose, che le pareva, che piuttosto ne avesse acquistato un poco più, il che raccoglieva da due cose; la prima, perchè quell'onore non li dava distrazione dell'orazioni; la seconda, perchè non avevà desiderio di cos'alcuna; eccetto di andare in Paradiso.

(b) *Ita Pater Innicus de Guevara, qui ex Dynasta Regni Neapolitani Societati se consecraverat, de auditu proprio a Servo Dei apud Petrasanct. loco superius citat.*

tari vel leviter posset (*a*). Idque ipsum luculentius app aret ex interpellatione illâ quondam a Bellarmino factâ, dum sermo haberetur de innocentia Johannis Berchmans Alumni Societatis: *Chi avrebbe mai fatto un peccato veniale volontariamente?* Et ex subsequenti geminatâ pensatâque ipsius responsione: *Io in quanto a me non mi ricordo d'averlo fatto*; quemadmodum supra jam retuli. Notandum verò est colloquium istud referri ad proximum mensem, qui Bellarmini obitum antecessit (*b*): ita quidem, ut ipse, dum semel, atque iterum, & magnâ cum deliberatione se conscium fuisse negat ullius vel levis noxæ scienter, consultoque commissæ, totum, atque integrum vitæ suæ tempus hâc negatione complectitur.

162. Ad hanc rursus perpetuam vitæ innocentiam plurimum confert unicus scrupulus, quo angebatur, se nimirum impensius, vehementiusque apud Summum Pontificem non institisse, ne Capuanam Ecclesiam charissimam sibi sponsam dimitteret (*c*); tum etiam maxima de eo intemeratæ virginitatis opinio apud omnes, qui notiores ejus mores habuerant, quique propius, & frequentius cum eo agere consueverant (*d*): cui quidem opinioni non leue

(a) *De puero, ac adolescente deponunt in Proces. Polit. Ord. Testis I, Camilla Bellarmini Soror, & alii tres ejus coævi, quorum verba referuntur in respons. de relev. pag. 143. num. 38. & pap. 139. num. 34.*

De statu religioso constat ex observantiâ exactissimâ regulæ, de quâ P. Benedictus Justinianus Testis III. ex Rom. Ord. Sum. num. 29. pag. 111. & P. Ceparius T. XII. ex Rom. Ap. Sum. num. 13. pag. 29., ubi etiam expresse negat, vidisse umquam in tam longâ consuetudine peccatum aliquod veniale. Consonat attestatio P. Francisci Roccæ ejus Confessarii a tempore, quo Bellarminus Rector erat Pœnitentiariæ, ubi de habitu bene operandi, de odio cujusvis peccati, de dominio passionum, & de voluntate faciendi id, quod magis Deo placeret. Sum. add. num. 2. pag. 15.

De statu Cardinalitio præter nunc dicta constat ex depositione septem testium familiarium relata in respons. part. 2. de relev. pag. 120. num. 14. & 15.

(b) *Contigit enim in sermone babito de Joanne Berchmans, tunc vitâ jam defuncto. Hic verò unum ante mensem Bellarmino prædecessit, ut in Sum. pag. 28. §. 1. Hinc coævus Societatis Scriptor Nicolaus Lancitius relatus in adnexo Scriptorum elencho ad an. 1623.* -- Bellarminus (*inquit*) non multo ante mortem sincere fassus est, se totà vità suà, quæ fuit an. 79. numquam deliberate peccasse.

(c) *De auditu proprio Joseph Finalis in ejus, Diar. quod legitur in respons. de relev. pag. 408. & P. Minutoli, T. XV. qui tunc Servi Dei Confessionem exceperat, Sum. num. 26. pag. 66. & in relat. ad Card. Farnes. Sum, addit. num. 14. pag. 131.*

(d) *Scilicet Camilla Bellarmini Soror, P. Virgilius Cepari, Petrus Guidotti, Joseph Avignanesius familiares Servi Dei, Cervinus, qui diu cum Bellarmino ejus avunculo convixerat, & Fuligatti coævus relati in respons. de rel. pag. 126. n. 21. & 22. tum etiam Card. Ursinus in sua testificatione.*

leve adminiculum præbent ea, quæ Bellarminus ſcripſit (*a*), quæque eum dixiſſe perhibent nonnulli teſtes (*b*). Quod ſi Bellarminus virgo in ævum permanſit; ſi conſtat itidem, non abiiſſe poſt aurum, neque reſpexiſſe in vanitates, & inſanias falſas, immo & divitias, & honores, & gloriam nihili feciſſe; inventus certe eſt ſine macula: quum omne, quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis ſit, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.

163. Idem itaque Bellarmini caſus eſt, ac ille, *in quo* [ut Sanctitatis Tuæ verba uſurpem] *innocentia vitæ a Confeſſariis aſſerta dictis teſtium confirmatur, qui actus exprimunt cum enarratis qualitatibus* [ſcilicet *promptitudinis*, *facilitatis*, *& delectabilitatis*], *& cum obſervantiâ præceptorum, & conſiliorum juxta ſtatum perſonæ ſervi Dei* (*c*). Quamobrem, [ut iiſdem proſequar Sanctitatis tuæ verbis] *non videtur aliquid deeſſe ad approbationem virtutum, requiſitam in ordine ad Beatificationem* (*d*): *licet enim non doceatur* [utut cumulatiſſime doceri exiſtimo

(a) *In ſua relat. ubi quod adhuc puer delectabatur poeticâ, & primum carmen ſcripſerat de Virginitate.*

(b) *Huc pertinet narratio illa Antonii Cangiani, & Michaelis Monachi, de quâ infra: Nam ſive Bellarminus dixerit ſe eſſe virginem, ut refert primus, ſive adhuc adoleſcentem ſcripſiſſe de Virginitate, ut refert Monachus, non parum confert ad virginitatis comprobationem.*

Huc etiam pertinent quæ Bellarminum dixiſſe ſibi refert quâdam occaſione matrimonii Teſtis XVI. ex Rom. Apoſt., ſe neſcire res carnis; & Card. Creſcentius ſibi pariter dixiſſe, ſenſuales delectationes numquam expertum eſſe — Da che [*ſubdit idem Cardinalis*] io raccolgo, e argomento per certo, che fuſſe Vergine.

(c) *Lib.3. de Canoniz. cap.22. num.9. & ſeq.*

(d) *Iſtud autem argumentum concludit Sanctitas Sua verbis illis hoc loco non prætermittendis* -- Ad rem P. Bartolus *in vita Ven. Dei Servi Cardinalis Bellarmini lib.3. cap.9. ait*, populi errorem eſſe, & etiam aliorum, pro Sanctis eos tantum eſſe habendos, qui arduis pœnitentiis corpus ſuum per longum temporis ſpatium afflixerunt: Talchè, ſe aveſſimo da poter dire, che il Cardinal Bellarmino portaſſe indoſſo per ſettantanove anni un cilicio, che il veſtiſſe quanto avea longa la vita, e lo ſi ſtringeſſe à fianchi con una gran catena di ferro, parrebbe loro udire un miracolo di virtù; e nol parrà lor dirne quel, che in fatti fù vero, che egli per ſettantanove anni di vita mai non imbrattò, neppur con una lieve macchia di colpa veniale deliberatamente commeſſa, la veſte dell'innocenza Batteſimale &c.? Pruoviſi, e crederallo a ſe ſteſſo, chi nol crede altrui, quanta meno perfezion di virtù ſi richiegga a ſottomettere, e domar' il ſuo corpo con digiuni, con veglie, con batticure a ſangue, fino a lacerarſi le vive carni indoſſo, che a tenere in ogni varietà d'accidenti gli affetti dell'anima in tanta ſuggezione e ubbidienza allo ſpirito, che non ſi riſentano, non ſi muovano, non ſi faccian vivi, ſe non ſol quando, e quanto egli loro comanda &c. Queſta non è perfezion di virtù, che dia nell'occhio, nè meni gran rumore, anzi neppur ſi ſente, come i gran fiumi, che quanto ſon più profondi, tanto corron più cheti.

ftimo] *de actibus arduis in particulari admirationem excitantibus*, *tota nihilominus vitæ series*, *continuataque innocentia per integrum vitæ cursum media inter pericula peccandi*, *quibus expositi sunt illi*, *qui degunt in humanis*, *una cum exactâ observantiâ præceptorum*, *& consiliorum*, *arduitatem constituunt*, *& considerantibus admirationem ingerunt*.

164. Majora tamen superfunt, *quæ admirationem ingerant*, *augeantque*. Quum enim *illud maxime*, *& præcipue observandum sit*, *ut videatur exitus vitæ illius*, *qui petitur canonizari*: *quoniam quum*, *ut dici solet*, *exitus acta probet*, *si finis vitæ illustris sit*, *& sanctimoniâ plenus*, *& publicâ præsertim testificatione notatus*; *argumentum erit*, *quod actiones anteactæ potuerunt esse sanctæ .... in hoc articulo magnum Causæ pondus consistit* (*a*); Bellarmini obitus *& sanctimoniâ plenus fuit*, *& publicâ omnium testificatione notatus*.

165. Inter cetera, quæ obitum ejus proxime antecesserunt, observatu maxime digna sunt, in primis *consilium illud*, quod ipse deinde perfecit, abdicandi se, impetratâ prius summi Pontificis veniâ, ab negociis, & omnibus, adeundique religiosam S. Andreæ domum, veluti quietis locum, ubi non modo pro veteri consuetudine integrum Septembris mensem transigeret; sed ad exitum se paraturus eam, quæ reliqua sibi esset, vitæ partem perpetuo viveret in Christo absconditam (*b*). *Responsio* quoque, dum illuc pergeret, Cardinali Estensi obviam facto, & interroganti, quo iret, expressa hilari ore, vultuque, *Vado a morire* (*c*), uti

(a) *Prout ex Decretis generalibus Urbani VIII. & aliis plene tradit Sanctitas Sua de Canoniz. lib.3. cap.38.*

(b) *Testes VII. XII. XIII. XV. XIX. & XXII. ex Rom. Ap. Sum. num.26. pag.62. §.5. & 7. pag.64. §.24. pag.65. §.33. pag.68. §.58. & 65. & Cardinales Bandinus, Valerius, & Estensis inquiens* -- Quando incontrandolo gli domandai, dove andava, ei rispose sorridendo, che andava a morire -- *Sum. num.28. pag.79. §.7. pag.82. §.1. & pag.92.*

(a) *Ut patet ex verbis Cardinalis Estensis superius relatis. Adde P. Capycium Galeottam T. XXIII. in Proc. Cap. Apost. Sum. pag.72. §.12.* -- Io ho inteso, *ait*, dal Cardinale d'Este, e suoi Cortigiani, ch'egli si aveva predetta la morte -- *Adde Cardinalem Desiderium Scaglia in ejus epistola relata in Sum. pag.95. §.20. ista narrantem* -- Venendo egli dopo da me alcuni giorni prima, che cadesse infermo, nel partire mi disse, che se n'andava appunto allora ad abitare a Monte Cavallo in Sant'Andrea, e che ivi fra poco credeva di finir sua vita; e dicendo io, che il Signore per servizio suo, e della Chiesa, per consolazione di tutti noi, lo conservarebbe più longo tempo, con molta costanza, e sicurezza, mi replicò il medesimo.

uti revera paucos post dies lethali morbo correptus fuit. Tertio *publica fidei protestatio*, quum vis morbi ingravesceret, aliorum Sanctorum exemplo edita, rogato P. Andrea Eudæmonjuanne ejusdem Societatis, *ut litteris testaretur, se per misericordiam Dei in Ecclesiâ Catholicâ, & eâ fide decedere, quam semper animo, & scriptis suis professus fuerat; de eâ aliter morientem sentire, vel sensisse numquam, quam Operibus docuerat suis* (a). Quarto *tolerantia & morbi, & acerbissimorum ejus dolorum* (b), *& sitis etiam*, cujus ardorem aquâ refrigerari non modo non postulabat, sed etiam renuebat; non ideo solum, ut pro Christo pateretur, sed etiam ne famulis suis incommodaret, quos non servos dici permittebat, sed amicos, & fratres nominabat (c). Quinto *gravis animi molestia*; quâ Cardinalium, aliorumque ad eum invisendum concurrentium laudes excipiebat, modo in adversam lecti partem se trahens, modo inculcans verba illa: *Lauda post mortem: neminem laudabis in vita sua* (d). Sexto *timor ille judiciorum Dei, humanæque imbecillitatis*; ita ut a Medicis, aliisque Patribus circumstantibus de vitæ exitu moneri expeteret opportuno tempore (e), quo se parare posset ad momentum illud, a quo pendet æternitas; atque tunc etiam repeteret, maximam Dei gratiam fore, si Purgatorii flammis expian-

dus

(a) *Ita Marcellus Cervin. in adumb. Imag. pag.85., ac testantur idem P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.102. ac T.III. in Polit. Apost. Sum. num.4. pag.22.: Et de hac professione fidei extat scriptura tunc a decem Testibus subscripta, ac relata in Sum. add. num.28. pag.97.*

(b) *Joseph Finalis T.XIII. Sum. num.26. pag.63.* — cibandosi di patire maggior dolore di quello, ch'egli pativa nell'infermità, pregando il N. S. che gli accompagnasse con quelli, ch'egli patì in Croce.

(c) *Ita P. Minutoli T.XV. a quo suadebatur, ut præ faucium satietate eas sæpius ablueret Sum. pag.47. §.2. & 3. Joseph Finalis assidue præsens, & adsistens Servo Dei T.XIII. Sum. pag.64. §.27., eademque habent prior testis in relat. ad Cardinalem Farnesium Summ. add. pag.128. §.18. & 19., & secundus in ejus depositione, seu Diario pag.93.* — Tutti ad una voce prendemmo a dire: Come Signore, così poco confida in chi tanto desidera servirla? Ed egli soggiunse, dite, ajutarla, perche non son io degno d'esser da niuno servito, ma per virtù d'altri ajutato. Il P. Minutoli, che in questo arrivò quivi, così sentendo con meraviglia di tanta modestia in cosa tanto ragionevole, le disse, Signore, non sono forse questi, che intorno si vede, suoi Servitori, e gente destinata di servirla? Allora quasi offeso disse, Padre nò, che niuno di questi sono miei Servitori; ma compagni.

(d) *Joseph Finalis in suo Diario §.5.*

(e) *P. Minutoli T.XV. Sum. pag.65. §.42. & Joseph Finalis T.XIII. in Rom. Apost. Sum. num.26. pag.63.*

dus traderetur (*a*). Septimo *iteratæ*, *& instantissimæ preces* apud Generalem Præpositum, ut more simplicis Religiosi funus sibi, & sepulturam pararet (*b*), veluti pridem testamento suo caverat. Octavo *piissimum aliud spiritualis testamenti genus*, de quo Marcellus Cervinus (*c*): *Medietatem unam* [inquit] *animæ suæ dulcissimo suo Christo Jesu, alteram vero Sanctissimæ Virgini Mariæ legare ipsemet ego audivi*.

166. Dignissimæ vero sunt, quæ hic memorentur, *frequentes illæ, & sincerissimæ voces*, quibus Gregorium XV. præsentiâ suâ dignatum, deque ejus salute sollicitum humillime rogabat, aliosque monebat, ne pro valetudine corporis, quoniam satis diù vixisset, preces ad Deum funderent, sed pro exequendo divinæ voluntatis placito, maturandâque sibi in cœlestem patriam, ac domum suam profectione (*d*). *Magna item doloris significatio* de sibi datâ incolatus diutius protrahendi spe; propterea quod conscius sibi tunc esset, quid in posterum sibi foret eventurum (*e*): *Et ingens e converso exultantis animi impetus*, quo, recrudescente vi morbi, certior effectus de imminenti exitu suo, præ gaudio exclamavit: *O che buona nuova, o che buona nuova* (*f*), ac Dominum compellans ita affari auditus est: *Signore non posso venire: stracciate voi questa carnac-*

(a) *Idem P. Minutoli in relat. ad Card. Farnesium. Sum. add. pag.133. §.57. Marcel. Cervin. relatus in Sum. add. num.14. pag.141. §.96., Joseph Finalis in suo Diario §.6. prope finem §.7.*

(b) *Marcel. Cervin. relatus in Sum. add. pag.139. §.89. & 90. P. Minutoli in relat. ad Card. Farnesium in d. Sum. pag.131. §.44. & 45. & pag.136. §.79.*

(c) *In adumbr. Imag. cujus verba referuntur in Sum. add. pag.139. §.89.*

(d) *Ita respondisse Summo Pontifici de auditu proprio deponunt ex Roman. Apost. Testes XIII. & XV. Sum. num.26. pag.63. & 65. Ita quoque Cervin. in relat. pag.83.*

De simili responso aliis dato, ac præsertim P. Minutoli testantur ipse P. Minutoli in relat. ad Card. Farnesium Sum. addit. num.14. pag.129. & Joseph Finalis in suo Diario transcripto in respons. de relev. pag.383. Consonant Testes XV. (qui est idem P. Minutoli), & XIX. referentes de auditu proprio desideria eundi in domum suam ex Rom. Apost. in Sum. n.26. pag.65. §.42. & pag.68. §.62.

(e) *Ut testantur, qui præsentes erant, Joseph Finalis in Diar. P. Minutoli in relat. ad Card. Farnes. in Sum. add. num.14. pag.129. §.25. & Testis XIX. ex Rom. Ap. Sum. pag.68. §. 59. -- De his etiam testem oculatum se perhibet Alexander Sperelli Episcopus Eugubinus in ejus opere, cui titulus --* Il Vescovo *-- part. 1. cap33. §.1. cujus verba referuntur in adnexo Scriptorum Elencho ad an.1621.*

(f) *De auditu proprio Joseph Finalis T.XIII. in Rom. Apost. Sum. pag.64. §.24. P. Minutoli T.XV. pag.66. §.44. & T.XIX. pag.68. & T.XXII. P. Vitelleschi Sum. num.19. pag.26.*

naccia, e fatemi venire (a); quibus plane ostendit, tunc præsertim lætari se in his, quæ dicta sunt illi, *In domum Domini ibimus*: eoque animo affectum esse, quo Regius vates dixerat: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini*: alioque in loco: *Quemadmodum desiderat Cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Præterea *labor ille ab eo sæpius iteratus* in subtilius, & accuratius pervestigandis conscientiæ suæ penetralibus ad labes omnes sacrâ exhomologesi tergendas; quin tamen ullam deprehenderit (b): & unicus, quo post totius anteactæ vitæ suæ rationem diligentissime excussam angebatur, *scrupulus dimissæ Capuanæ Ecclesiæ*; quamquam non ex proprio arbitratu, sed ex imperio Summi Pontificis dimisisse sciret (c). *Facillima voluntatis, & opinionis suæ demissio* (d), quâ, quum jejunum se non esse animadvertens recusaret Sanctissimum Viaticum sumere, sumsit tamen ex Præpositi Generalis sententiâ, dicens: *per Obbedienza si puole: Io voglio morire, & obbedire*. Tum etiam *studium, ac festinatio*, eoque impensior, quo propinquius mors immineret, in multiplicandis ad Deum precibus (e), atque in signo Crucis efforman-

 do

(a) *De auditu proprio Petrus Guidotti Magister Domus T.XIX. Sum. pag.68. §.61., ac similia refert P.Minutoli in relat. ad Card. Farnesium Sum. add. pag 134. §.62.* -- Pregava il Signore a levarli presto da dosso quella (diceva lui) carne puzzolente, e verminosa, che li era d'impedimento per andare a Dio. Pigliandosi con la sua mano la sua carne medesima nell'altro braccio diceva, carnaccia traditora, perche non ti stacchi? saria pur tempo, che indugi? che stai a fare? Poi rivolto al Signore rimettendosi totalmente al suo divino beneplacito diceva, *non mea, sed tua voluntas fiat &c. -- Itemque Marcel. Cervin. in Sum. add. pag.141. §.69.*

(b) *P. Minutoli T.XV. in Proc. Apost. Rom. Sum. pag.29. §.4.* -- Essendo vicino a morte, trattandosi di pigliare il Viatico, prese un poco di tempo per prepararsi bene alla Confessione, e non trovando che dire riprese un poco più di tempo per pensare meglio, per scaricate meglio la sua conscienza, e non essendovi il suo Confessore ordinario, si confessò con me, e non trovando io materia d'assoluzione, mentre che si preparava a confessare per morire, mi bisognò per dargli l'assoluzione Sacramentale andar cercando per le generali di tutta la vita passata di peccati veniali in generale.

(c) *De auditu proprio Joseph Finalis in cit. Diar. de relev. pag.408. & P. Minutoli T.XV. qui tunc Servi Dei Confessionem exceperat Sum. num.26. pag.66. & in relat. ad Card. Farnesium Sum. add. num.14. pag.131.*

(d) *Idem Joseph Finalis, qui semper adstitit Servo Dei tunc ægroto, T.XIII. in Proc. Rom. Apost. Sum. pag.64. §.26.*

(e) *Idem Joseph Finalis loco cit. §.29. & 36. P. Minutoli T.XV. Sum. pag.67. §.50. 51. 52. 53. & 54.*

do cum sacratissimâ Christi e Cruce pendentis imagine; quam mox *Creatori suo Spiritum redditurus per iteratos amplexus pluries exosculatus, labantibus brachiis*, omnique deficientium virium conatu frustra caput nudare adnitentibus, donec alter e Patribus adstantibus illud detexerat (*a*), eidem *capiti suo imposuit in supremæ devotionis signum; deinde vero ad pectus illâ dulciter strictâ, brachiis in ipsiusmet Crucis figuram cancellatis, Apostolico Symbolo, psalmoque quinquagesimo, oratione Dominicali, & salutatione Angelica clare, distincteque pronunciatis, semimortuis postremo vocibus Jesum trigecies invocavit. Et jam destitutus voce clauserat oculos, & membra cœperat explicare, quum in ultimâ conflictatione specie vultus hilariori in Redemptorem suum iterum defixis oculis, & ore ad loquendum composito, placidissime tradidit animam* (*b*).

167. Quæ omnia vitæ finem nobis exhibent, fidei, spei, charitatis, innocentiæ, humilitatis, patientiæ, ceterarumque virtutum omnium quodam veluti compendio absolutissimum: eique non parum momenti accessisse videtur ex die ipsa obitus sui, nimirum sextâ feriâ, ac XVII. mensis Septembris. Quum enim eâ die recolatur memoria Sacrorum Stigmatum *Sancti Francisci* Assisinatis; Bellarminus vero suam, & præcipuam instituendæ per universam Ecclesiam huic celebritati operam contulisset (*c*); & natalem sortitus esset lucem quartâ Octobris die, eidem Sancto Patriarchæ consecratâ; & in regenerationis propterea lavacro donatus fuisset Francisci nomine (*d*); & integro vitæ suæ decursu singulari eum veluti insignem patronum suum coluisset obsequio (*e*); ac denique

(a) *De his conatibus detegendi caput P. Minutoli T.XV. in Proc. Rom. Apost. Sum. num.26. pag.67. & in relatione ad Card. Farnesium. Sum. add. num. 14. pag.135. §.69.*

(b) *Ita Marcel. Cervin. in adumbr. imag. pag.68. & 99., cui consentiunt Joseph Finalis T.XIII. Sum. pag.64. §.30. & P. Minutoli de visu locis superius citatis.*

(c) Nacque Il Cardinal Bellarmino (*ait P. Dominicus Andreas Burghesi Minister olim Generalis Ordinis Min. Conventualium. Ep.1. inter postulatorias §. 142.*) li quattro Ottobre giorno dedicato alle glorie del mio Santo Patriarca: fu Ponente nella Causa, per cui dalla S. Sede si ottenne la festa delle Santissime Stimate per li 17. Settembre, nel qual giorno parimente morì, com'egli ne avea domandato la grazia al medesimo Santo -- *De quo etiam Testis XXI. in Proc. Rom. Apost. inferius citandus.*

(d) *Ut perhibet Joseph Avignanesius Nobilis Politianus, & Praefectus Cubiculi T.III. Sum. pag.2.*

(e) *P. Virgilius Cepari T. XII. Sum. pag.52. §. 7. P. Minutoli T.XV. pag.66. §.49. ubi* -- Crescendo poi la gravezza del male non avea ricreazione maggiore, che

que a nonnullis perhibeatur peroptasse se ad superos evolare sextâ aliquâ feriâ, eique Sancto dicatâ (*a*); facillima idcircò est conjectura, S. Francisci protectoris sui ope id obtinuisse, quod omnino desiderium ejus impleret, simulque perspicuum aliud præberet indicium, quam accepta, pretiosaque mors ejus extitisset in conspectu Domini.

168. Sed inter hæc summopere me illa movent, quod non ejus verba solum, & actiones, dum sui compos in morbo esset, sed longa ipsa, & crebra mentis deliria, quibus identidem afficiebatur, nihil, nisi religionem, ac pietatem saperent, nihil, sive factis, sive verbis, nisi consuetas ejus precationes referrent, nullis umquam ei [quamquam plurimis negociis, & curis semper implicito] obversantibus alterius cujuslibet rei imaginibus (*b*); quod insuper semel, atque iterum, ac tertio ad se delatâ Sanctissimâ Eucharistiâ, diuturno licet morbo conflictatus, ac defectus viribus, e lecto prosiliens, positis humi genibus, procumberet ejus adorandæ caussâ (*c*); eoque ipse reverentiæ, ac religionis in Deum suæ argumento magnam quoque sui fiduciam comprobaret impetrandi a divinâ bonitate singularem illam gratiam, quam non raro aliis concessam fuisse olim animadverterat (d), & speciatim Thomæ

---

che di far leggere la vita di Santi Vescovi e Confessori, e particolarmente di S. Francesco, del quale era divotissimo -- *& Joseph Finalis in suo Diar. §. 7. prope finem*.

(a) *Joseph Finalis T.XIII. Sum. pag.64. §.31. exponens tempus obitus* — alle ore tredici e mezzo in venerdì, giorno dicisette di Settembre dell'anno 1621. dedicato alle Sagre Stimate, come avea desiderato, e detto più volte, ed a un suo agiutante di Camera, che sarebbe morto un venerdì, ma che in quel giorno desiderava che fusse la festa di S. Francesco -- *Episcopus Sansidonius in Proc. Rom. Ord. T.IV. Sum. pag.116. §.68.* imitando il povero S. Francesco, di cui fu devotissimo, nella festa del quale, siccome nacque, così volse morire in quella delle Stimate, come si pensa, che avesse pregato. *Ac de auditu proprio T.XXI. in Proc. Rom. Apost. Sum. num.25. pag. 57. §. 14 ibi* -- Io essendo molto suo intrinseco, un giorno mi disse, che lui desiderava morire nel giorno delle Stimate di S. Francesco, perche lui aveva fatto il suo Officio.

(b) *De visu, & auditu prop. Joseph Finalis in suo Diar. §.3. §.4. & 6. P. Minutoli T.XV. Sum. num.26. pag.65. §.40. & in relat. ad Card. Farnes. Sum. add. num.14. pag.126. §.8. & Testis XIX. Sum. num.26. pag.68.*

(c) *De Sumtione Sanctissimi Viatici genibus flexis satis constat ex pluribus testib. Quod vero antea Servus Dei jam bis Eucharistiam sumsisset humi prostratus, deponunt Joseph Finalis T.XIII. in Rom. Apost. Sum. num.26. pag.63. §. 19. & P. Minutoli T.XV. ibid. pag.66. §.45.*

(d) *De arte bene mor. lib.2. cap.7.* -- Statim atque Sacrum Viaticum allatum est, debet ægrotus eo modo quo potest assurgere, & Dominum suum vel in ge-

mæ Aquinati datam fuisse legimus (*a*); quodque itidem humilis adeo corde esset, intellectu scilicet, & voluntate, quemadmodum supra jam ostendi, ut frequentissima, & aperta non obsequii solum, sed & ingentis venerationis signa, quæ tum maxime, quum vitæ finis propius instaret, sibi impendebantur, nihil minus crederet, nihilque minus cogitaret, vel suspicaretur, quam ea sibi exhiberi ob magnam Sanctitatis Suæ apud alios opinionem.

169. Quum enim e Cardinalibus plures, ad eum invisendum concurrentes, ab eo benedici postularent, vel manum ejus deoscularentur (*b*); ut primum hæc vidit, audivitque, rei novitate commotus, iis discedentibus percunctatus est, quidnam illud esset? numve adhiberi consuevisset officii, vel cæremoniæ genus istud inter Cardinales hactenus sibi ignotum? Et quâ Sanctorum propriâ simplicitate pollebat, facile acquievit dicenti de Archiepiscopi dignitate fortasse rationem habitam fuisse ab iisdem Cardinalibus (*c*). Quumque pariter lectulum suum quandoque perfusum videret precariis coronis, crucibus, reliquiarum thecis, sacrisque imaginibus; tum etiam spectaret adeuntium turbam, quorum alii oscula figebant lecto, huic religiosas, & pias alii res admovebant, & alii

---

genua provolutus, vel certe inclinato capite adorare. Sæpe enim Dominus vires præbet, ut homines etiam moribundi in illà hora consurgant, & genua flectant. Sic enim legimus de S. Gulielmo Archiepiscopo Bituricensi. Ut autem Dominum, & Creatorem suum ad se venisse cognoverat, illicò resumptis viribus de strato prosiliens, tamquam jam febris omnis abscessisset, non sine stupore circumstantium, maxime quod jam fere in supremo spiritu positus videretur, concito gradu procedit obviam Salvatori suo vires subministrante Charitate.

(a) *Apud Bolland. tom. 1. Martii pag.677.* -- Petiit sibi exhiberi Christianæ peregrinationis Viaticum, quod cum fuisset ... portatum, & ipse prostratus ad terram debilis corpore, fortis mente, suo Domino obviam cum lacrymis occurrisset oblato sibi Corporis Domini Sacramento &c.

(b) *De visu P. Manzoni T.VII. Sum. pag.69. num.27.* -- Una volta ci vidi il Cardinale d'Este, che stava con molta venerazione, pigliava la mano del Signor Cardinale Bellarmino, la bagiava, e la metteva in testa -- *Joseph Finalis T.XIII. Sum. pag:63.§.16.* -- Vennero ancora quasi tutti gli altri Cardinali, e se ne trovavano cinque o sei per volta, e tutti prendevano la sua mano, e lo pregavano, che gli volesse dare la sua benedizione.

(c) *Joseph Finalis T.XIII. loco cit. §.28. & 29., P. Minutoli T.XV. pag.65. §.35.* -- il Bellarmino [*ait idem Finalis in suo Diar. §.3.*] era si lontano dall'attribuire a sua dignità, o meriti qualsivoglia cosa, che intorno se le facesse da qualsivoglia; che disse a noi con semplicità grande: Io non mi ricordo essere in uso questa cosa, che li Cardinali domandino d'esser l'uno dall'altro benedetti. Il P. Minutoli le rispose, sarà forsi per esser V. S. Illustrissima Arcivescovo, & egli disse, può essere, e più non maravigliossi.

alii humi procumbentes lacrymis, & precibus dolorem exprimebant suum (a); errore optimo hæc omnia interpretatus est, non quidem pro ullo in eum venerationis signo, sed pro fraternæ charitatis effectu, divinam opem, ac spiritualia adversus Diaboli nequitiam subsidia ei procurantis (b).

170. His tamen gradibus haud substitere venerationis, & cultus signa in Bellarminum eodem ipso posterioris morbi sui tempore: nam & Medici, & alii, qui præsertim curationi aderant, haud fuere desides in sumendâ sibi parte aliquâ sanguinis ab ejus auribus educti, vel panni linei eodem sanguine imbuti (c); cujus quidem sanguinis ampullam vitream penes se magno studio servatam Judicibus delegatis ostendit alter ex testibus Processus Romani Apostolici, qui anno 1627. inchoatus fuit (d): quumque propius ad vitæ finem vergeret, non modo frequentissima cujuscum-

(a) *Idem P. Minutoli ibid.* -- Fù notabilissima cosa a vedere la frequenza grande delle persone di qualità, e di ogni sorte, che in quelli giorni ultimi vennero da lui per vederlo, toccarlo, e fargli toccare le Corone, li Offizioli, Diurni, Fazzoletti, Crocette, & altre cose. Fino alcuni Cardinali mandarono Berette, e Berettini rossi da mettergli in capo, che come era mezzo stupido, e sonnacchioso non se ne accorgeva -- *& in relat. ad Card. Farnesium Sum. add. pag.3. §.59., & Joseph Finalis T.XIII. Sum. pag.63. §.16.* -- E li loro Corteggiani [*de Cardinali*] venivano a gara, acciò io l'introducessi per baciarli le mani, il letto, e toccarlo con le Corone, Offizj, & Immagini -- *Ac de his plura habet in suo Diar. ubi §.2.* -- Uscito il Papa di camera del Cardinale, v'entrò un'onda di gente titolata, e grande, di quei che Sua Santità seco aveva condotti, ed altri, che tutti ad adorare piuttosto, che a riverire il Bellarmino si prostravan con le ginocchia per terra, & a gara bagiava chi le coperte, chi le lenzuola, chi ardiva accostarsi alle mani, quali toccavano con le Corone, Officj, Diurni, e Reliquiarj ancora; & il Bellarmino stava si mansueto, che nè ostava, nè concedeva quanto essi facevano: e fù cosa di stupore il vedere, che perciò fare, il Papa con molti pochi si partiva.

(b) *Joseph Finalis in suo Diar.§.9. quod propterea Bellarminus ajebat* — quanto più devo io pregare per questi, che mi fanno tanti beni spirituali, per mezzo de quali sarò forsi dal Signore misericordiato. O stupore non più udito! in un Uomo di sì profonda Dottrina semplicità quasi divina.

(c) *P.Minutoli Sum.pag.66. §.48.* -- Occorse di cavargli sangue dietro l'orecchie con le mignatte, e fu tutto il sangue quasi avidamente preso da circostanti come reliquia di un Uomo Santo, che non ne andò a male nè pure una goccia, e tre de quattro Medici, continuamente lo visitavano, vennero, che uno, come credo, non sapeva dell'altro, ciascuno con li loro fazzoletti candidi bene piegati, per aver un poco di quel sangue, come altri gentil' Uomini fecero -- *& in relat. ad Card. Farnes. Sum. add. pag.130. §.31., & Joseph Finalis in suo Diar. §.1.*

(d) *Qui est P. Manzoni T.VII. in Proc. Rom. Apost. Sum. pag.69.*

cumque generis, ac dignitatis multitudo ad eum concurrebat, deferebatque precarias coronas, pios libellos, linteola, cruces, aliaque id genus, quæ contactu ejus donarentur (*a*); sed non defuere pariter e Cardinalibus, & Proceribus viris plurimi, quorum rogatu sive rubri, sive nigri, & albi coloris pileoli capiti suo crebro admoti sunt (*b*); quamquam ad id nihil ipse deficiens prope sensibus animadverteret. Vitam adhuc agenti tibialia, femoralia, calcei, & omnia fere, quæ ad vestes ejus pertinerent, vel quæ domestico usui illi forent, sublata fuerunt (*c*).

171. Postquam vero spiritum Deo reddidit, e remotis locis undique certatim omnes, sive supremi, sive infimi, magno effecere studio, ut sibi aliquid, quod ipsius fuisset, vel e corporis sui exuviis, vel e rebus aliis exterioribus vindicarent sacræ reliquiæ jure retinendum (*d*). Inter hos præsertim fuere Cardinalis

---

(a) *Ut præter hactenus dicta rursus exponit idem Finalis in suo Diar. §.7.* -- L'importunità dei Devoti, e l'indiscreta devozione delle persone fecero sì, che non potendosi sostenere li clamori s'apersero le stanze: auresti visto entrar un onda, ò un nembo di gente sì grande, che l'esagerarlo è impossibile. Hor che farà questo popolo affettato di vedere il Cardinale Bellarmino ammalato? e visto, che l'avrà, sarà contento? Non già, perche vedrà dal primo all'ultimo genuflesso lacrimare, e con incredibil divozione lo vuol toccare, o con le Croci, Agnus Dei, Reliquiarj, Immagini, e Corone vuol soddisfare alla di lui devozione.

(b) *De visu idem P. Manzoni T.VII. Sum. pag.69. P. Cepari T.XII. Sum.pag.62. §.9. Joseph Finalis T.XIII. pag.63. §.20. P. Minutoli T.XV. Sum. pag.67. §.56.*

(c) *P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.110. §.37. Joseph Finalis T.XIII. in Rom. Apost. num.26. pag.63. P. Minutulus T.XV. pag.67.* -- Era tanto concorso delle genti anco de Cardinali, che volevano qualche cosa del suo come reliquia d'un Santo, che fu spogliato vivo quasi di quanto aveva fin alle Calze, Calzoni, Berrette, Scarpe, Pianelle, Foderette, e Cappelli, e Breviarj, & altro anco. *Et Card. a Monte in ejus testimonio Sum. pag.73. §.11. inquiens se non mirari, quod ultimæ ægritudinis tempore tam avide a Primoribus etiam viris, & Cardinalibus expeteretur res aliqua Bellarmini reliquiæ nomine.*

(d) *Uti patet ex T.I. Proc. Polit. Sum. pag.25. num.12. T.XIII. Josepho Final. ex Proc. Ap. Rom. Sum. pag.64. §.32. ubi* -- Subito spirato, presente gran moltitudine di gente, quanta poteva capire la stanza, fu tumultuato da Padri, e da Secolari di prendere le cose sue con gran violenza, e da me, che gli serrai gli occhj e gli levai la bombace dalle orecchie, che era bagnata del suo sangue cavatogli dalle mignatte due giorni avanti, che morisse, fecero gran violenza, per averne un poco -- *item ex P. Eudæmonjuanne T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.110. §.37. præter alia adfirmante* -- Il P. Generale mi ha detto, che gl'era fatto istanza da tanti personaggj, per aver qualche reliquia del Cardinale, che non aveva più che dare -- *Extat etiam epistola 18. Septembris 1621. P. Capelli Minoris Conventualis ad ejus Ordinis Ministrum Generalem in qua significatur* -- Oggi si è dato Se-

lis Farnesius, qui præcipuum habuit, pro ut habere vivente adhuc Bellarmino expetierat, ejus Breviarium (*a*); Cardinales Sabaudus, & Estensis, qui & postularunt, & magni muneris loco habuerunt, prior quidem aliqua ex Cardinalitiis indumentis (*b*), alter vero & parvam crucem argenteam, quam Bellarminus collo appensam gestare consueverat, & pellicea, quibus utebatur (*c*); Cardinalis Ursinus & ipse profitetur se Bellarmini jam defuncti opem, ac patrocinium precibus imploraſſe (*d*), ac præterea ad Cæsarem detulisse perhibetur libellum quemdam pium a P. Eudæmonjuanne editum, veluti quem Bellarminus usu, & lectione suâ consecrasset in posteriore ejus secessu ad S. Andreæ ædes (*e*). Gallliarum quoque Regina, Bavariæ Dux, & Christina Magna Hetruriæ Ducissa magno emolumento duxerunt rei alicujus Bellarmini compotes fieri (*f*); nec minus epistolas, quas ab eo plurimi accepere, veluti sacra quædam pignora diligenter ipsi servarunt (*g*). Hinc Thomas Demptserus de Bellarmini reliquiis magno studio quæsitis belle tunc cecinit (*h*):

S *Pars*

Sepoltura all'Illustrissimo Signor Card. Bellarmino, che a dirlo propriamente è stato un metter sotterra il sole della Chiesa di Dio. Questi Signori Illustrissimi anno voluto tutti delle sue cose famigliari, venerandolo universalmente la Città come Santo -- *ut in Sum. add. pag. 166. Extant & aliæ Litteræ Episcoporum, aliorumque de Bellarmini reliquiis gratissimis in d. Sum. pag. 167. In Monasterio S. Josephi ad Capita Domorum hic in Urbe nunc etiam servantur plures reliquiæ cranii, sanguinis, & calculorum Bellarmini, ut constat ex documentis relatis in Sum. responſ. num. 4.*

(a) *P. Minutoli T. XV. a quo Breviarium petierat Sum. pag. 67. §. 56. Effusas etiam idem Cardinalis Farnesius gratias egit pro aliis Bellarmini reliquiis in epistola 21. Septembris 1621. ad P. Franciscum Sarminiati, de qua in Sum. add. pag. 166. §. 166.*

(b) *Ut profitetur idem Cardinalis a Sabaudia Sum. pag. 79. §. 13.*

(c) *Idem Card. Estensis Sum. pag. 79. §. 10.*

(d) *Sum. pag. 78. §. 9.*

(e) *Uti narrat P. Virgilius Cepari T. XII. Sum. pag. 62. §. 7.*

(f) *P. Mutius Vitelleschi T. XXII. Sum. pag. 70.* -- da varj Principi come Regina Madre di Francia, Duca di Baviera, molti Cardinali, ed altri Personaggj mi domandarono delle sue reliquie, e le riceverono con grandissima divozione, tanto che credo averne mandato quasi per tutto il Mondo -- *extant in Sum. add. pag. 166. §. 167., litteræ quibus Magna Hetruriæ Ducissa gratias agit de reliquiarum dono sibi collato.*

(g) *Uti vel de facto proprio, vel de auditu ab iis, qui litteras habuere perhibent TT. XXII. XXIII. ex Proc. Cap. Apost. Sum. pag. 24. §. 11. & pag. 27. §. 15. T. III. ex eod. Proceſ. Cap. Sum. pag. 53. §. 25. T. II. ex eodem Proc. Sum. pag. 72. §. 10.*

(h) *Ut refert Andreas Victorellus apud Ciacon. tom. 2. pag. 1905.*

Pars vestem lacerat, pars sacri tegmina libri;
Sunt quibus & lecto stragula rapta placent.
Et beat hunc, atque hunc morituri sparsa supellex
Reliquias tantas non capit unus homo.

172. Mitto & supplicantium preces ad ejus tumulum fundi solitas, & accensa ibidem lumina, & donaria, & votivas tabellas etiam ex argento, quæ in dies deferebantur, & alia multa, quæ sepulchrum ejus vere gloriosum reddidere (a). Duo tantum subjiciam, quorum unum Bonaventura Ponterius de Carpanzano ex Ordine Minorum, vir doctrinâ, virtutibus, suique Ordinis muneribus præclarus (b) litteris ipse consignavit, & alii ab eo accepere (c). Postero namque ad Bellarmini obitum die corpus ejus ad Professam Domum Societatis delatum, & in aula quadam repositum invisens, ut primum accessit, internam audivit vocem ex illius vultu erumpentem, telique instar cor suum transfodientem: *Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Quæ verba* [vir idem Religiosus subdit] *a me minus antea excogitata maximum venerationis terrorem mihi peperere; quodque plurimum fuit, membra exagitavit, & capillos quoque extulit: quocirca adeo pietas increbuit mea, ut teneritate compulsus lacrymas continere nequiverim. Tandem defuncti item aulâ egressus Deo optimo maximo gratias egi pro singulis favoribus eidem Cardinali e mortalibus erepto collatis.*

173. Al-

(a) *De quibus idem Andreas Victorellus apud Ciaccon. tom.2. pag.1905. oculatus testis* -- Pavimentum piorum hominum industriâ floribus sparsum, cereas faces accensas, votiva dona, beneficiorum testes, appensa homines apud ipsum tumulum orantes Roma vidit -- *Et plures testes de visu relati in Sum. pag.69. & 70., & 71. Refert etiam P. Eudæmonjuannes T.II. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.110. §.35.* -- Io vidi [*ad invisendum Cadaver*] verso sèra il Signor Cardinale Bandino . . . . Dopo la partita di Bandino vi stettero un buon pezzo facendo orazione, e bagiandoli le dita, con le quali avea scritto, molte e molte volte Monsignor Cesi, e Monsignor Merlino -- *Decem votivas tabellas ex argento, & quindecim pictas etiamnum asservari constat ex Sum. respons. num.3.*

(b) *Erat enim tunc temporis Procurator Generalis Ordinis, eumque cum sanctitatis famâ obiisse perhibent Scriptores, ac testes mox citandi.*

(c) *His verbis rei gesta testimonium ipse reliquit sub die 2. Novembris 1622., & ex ejus ore acceptum referunt de auditu vel immediato, vel mediato duo testes Religiosi ejusdem Ordinis, tum etiam Fr. Bonaventura Theulus in libro cui titulus est* -- Triumphus Seraphicus -- *impresso Velitris anno 1655. uti refertur in Sum. add. num.15. pag.144. 145. & 146.*

173. Alterum ipso solemnium parentalium die in Ecclesiâ Domus Professæ Societatis Urbs tota vidit, obstupuitque. Tantus enim ex omni hominum genere concursus factus est, non tam ad spectandam funeris pompam, quam ad corpus ejus invisendum, colendum, ac vel manu, vel numismatibus, & precariis Coronis tangendum, ut vix militum Helvetiorum custodiâ contineri posset irruentis multitudinis impetus (a): ac propterea Cardinalis Montaltus tunc dixerit, recteque dixisse referat Cardinalis a Monte, rarum illud spectaculum esse Bellarmino, quolibet Pontificatu, ac Romano triumpho gloriosius (b): neque his dissimilia enarrat Cardinalis Bandinus (c).

 172.Dum

(a) *Ex Proc. Rom. Apost. T.I. Sum. pag.61. §.4. T.XIII. Joseph Finalis Sum. pag.65. ubi* -- Vi fu tanto concorso, che dicevano li Vecchj, mai si ricordava di una dimostrazione tale . . . e vi fu anco la guardia de Tedeschi di N.S., la quale non poteva resistere di pigliar le Corone per toccarle al corpo di detto Cardinale -- *TT. XIX. & XXI. Sum. pag.68. §.64. & P. Mutius Vitelleschi T.XXII. pag.69. ubi* -- Dopo morto fu al sepolcro gran concorso di tutte le sorti di genti, chiamandolo pubblicamente, e venerandolo come Santo, baciandogli le mani, e li piedi con gran divozione, toccando con le Corone il suo Corpo, assistendoci di continuo li Svizzeri di Nostro Signore, che altrimenti non si poteva difendere dalla moltitudine del Popolo; & alli medesimi Svizzeri si davano gran mazzi di Corone per toccarle al suo corpo con le punte delle loro labarde: e questo lo sò per averlo visto nella chiesa del Gesù; dopo fu sepolto -- *& Card. Crescentius* -- Io (*inquit*) fra gli altri fui presente, mentre che dal Sagro Collegio se li faceva il solito Officio de' morti, che fu tanto grande il concorso, e la divozione del popolo, che voleva qualche particella delle sue vesti per reliquia, che appena si puotè raffrenare, e moderare l'impeto delle genti con la guardia delli Svizzeri -- *Sum. pag.85. §.15.*

(b) *Sum. pag.73. §.13., ubi ulterius* -- Onde però credevano o si bisbigliava come si avesse a trattare di Canonizzazione il giorno seguente.

(c) *Sum. pag.82. §.3.* -- Il concorso, e divozione, che tutta Roma mostrò verso il suo cadavero nel tempo, che dal nostro Sacro Collegio se gli fecero l'esequie, fu veramente notabile, e rassembrava un glorioso trionfo dovuto alla profonda umiltà di Santo Cardinale, del quale per molti giorni nella Corte si parlò con incredibil lode, e stima delle sue eccellenti virtù, ed io fui solito di dire, che con un miracolo solo poteva muovere ogni Papa alla sua Canonizzazione -- *Adde Patrem Minutulum in relat. ad Card. Farnesium. Sum. add. num 14. pag.136. §.76. & 77. & Josephum Finalem in sæpe citat. ejus Diar. prope fin* -- Il Sacro Collegio de Cardinali restava, ciò mirando, ammirato, dicendo che tale spettacolo Roma non vide giammai in Defunto veruno, & il Signor Cardinale Mont'Alto disse, affermando il sudetto, che tale trionfo ridondava in gloria maggiore al Bellarmino, che qualsivoglia Pontificato, o Monarchia de Romani trionfi dedotta, e tutti ad una voce diceano essere verissimo -- *& inferius subjungit admirationis verba a quodam cive tunc sibi dicta* -- che cosa è questa, che nella

174. Dum singulas itaque Bellarmini res gestas, quarum multæ & singularis, & præstantissimæ virtutis fuere; dum integrum longissimæ peregrinationis suæ cursum, qui & summâ, & perpetuâ, & difficillimâ per ætatem omnem, omnesque temporum vicissitudines æquabilitate neque ad dexteram umquam, neque ad sinistram vel tantillum deflexit; dum vitæ finem, qui quam *plenus* fuerit *sanctimoniæ*, & quam insigni, & *publica* ejus *testificatione notatus*, modo enarravi; dum, inquam, hæc omnia relego, haud plane video, nisi Bellarminus fuerit, quis umquam alter expressius, & aptius fingi queat ad eam viri imaginem ex SANCTITATIS TUÆ sententiâ superius expositam, cujus nimirum *tota vitæ series, continuataque innocentia per integrum vitæ cursum media inter pericula peccandi ... cum exactâ observantiâ præceptorum, & consiliorum arduitatem constituunt, & considerantibus admirationem ingerunt*.

175. Insignis autem illa, & publica, & plenissima observationis, & cultus testificatio, quæ velut individua Bellarmino comes, ejus & supremos vitæ dies, & obitum, & funus, & sepulchrum consecuta est, eo plus momenti sane obtinet, quo longius abest ab quâcumque suspicione popularis erroris, aut levitatis, aut minus cauti fervoris, quem incertæ, ac dubiæ voces plerumque veri, justique metam transgredientes, in vulgus excitare solent erga pium aliquem virum recens vitâ defunctum, velut hanc suspicionem obtrudit votum illud, quod circumfertur (*a*). Non enim in unum misce-

nella mia vecchiaja io vedo? Muore S. Carlo a Milano, che pure è gia canonizzato, ne vidi, essendo io là, far una minima parte da quel popolo, che questi fanno, e pure siamo in una Roma, dove le torce diventano candele, nè si fa conto di bagattelle; e soggiunse, io mi ricordo pure, che in Roma sono morti uomini, che in vita aveano avuto maggior applauso del Bellarmino, nè in morte si fece tale dimostrazione. E poi mi disse, & osservate Padre mio, che questa non è di plebe solamente composta, che pure tra essa si scorgono persone onoratissime, e nobili, & oggi non è giorno festivo.

(a) §.16. *ubi* -- Queste attestazioni si procurano dalle parti, quando esse vogliono, e più facilmente vicino alla morte de Servi di Dio, che vuol dire in quel primo fervore non ben regolato, ne considerato dalla fama sparsa dai Religiosi nel popolo, che magnifica, & altera tutte le cose -- *& infra part.*1.§.20.--Si deduce anco in questo Processo, e vi fa grandissima forza il concorso, e l'acclamazione del Popolo al Servo di Dio moribondo, ed al suo cadavere, l'istanza di molti per avere Reliquie, e le Corone toccate al suo corpo. Ma queste sono tutte cose dedotte a suo tempo, ed al suo effetto, che non posson dedursi di novo. I Decreti ricercano, che queste si deducano per introdurre la Causa, ed in-

misceri, involvique debent rumor cum fama, & incertæ voces cum publica testificatione, opinioneque virtutis; quæ & in aliis Causis ad eam illustrandam, & comprobandam plurimum valet (*a*), & in hâc præsertim Causâ valere debet, si, quæ, & qualis fuerit, paullo diligentius attendamus.

176. Investigandum porro est ante omnia, unde nam ortum habuerit: Ortum plane habuisse ex morum præstantiâ, & excellentiâ, quæ in admirationem sui raperet intuentium oculos non dubito: neque vitiosi circuli arguendus ero, quod ex virtutibus famam, ex famâ virtutes demonstrem: suas istæ, suasque illa distinctas, & uberrimas probationes habet. Solum hîc inquiro, quænam caussa, & origo fuerit famæ hujus cum tantâ erga Bellarminum observatione conjunctæ. Fuisse autem vim ipsam virtutum, de quibus tot aliunde suppetunt documenta, merito pronuntio. Nam quotiens alicujus rei caussam exploramus, non eam comminisci licet, quam pro arbitrio suspicari, aut fingere velimus, sed quam eliciamus ex facto, quod certis aliis argumentis compertum nobis sit, quodve pro verosimili, seu probabili causâ adferri queat (*b*): præsertim quum numquam adduci possim, ut credam, tantæ existimationi prælusisse vel incertos, & leves rumores, vel intemperantiores aliquas laudes plus amoris, quam veritatis habentes. Agebatur enim de viro, cujus non jam latens, & ignota vita esset, aut ab oculis Urbis remota, sed in sublimi posita, & omnibus tamdiu super candelabrum lucens.

177. Ab ipso virtutum splendore prodiisse tam illustrem Viri existimationem, & cultum; immo ne iis quidem ex æquo respondisse, qui eo ævo floruere, litteris consignarunt (*c*). Pulcherrima

---

incominciare il Giudizio, perchè conoscendo la Sede Apostolica esser questi movimenti soggetti a molti errori popolari di facilità vuole, e dispone, e che si deduchino, e si considerino per vedere, se vi sia causa di dar la commissione *ad inquirendum*.

(a) *Ex iis, quæ habentur apud Sanctissimum D. N. de Canonizat. Sanctor. lib.*1. *cap.*20. *num.*8. & 12. & *cap.*23. *sub num.*4.

(b) *Ut cum Alexandro de Ales in Sum. part.*3. *quæst.*45. *memb.*7. *docent, probantque permultis Sacri, & Cæsarei Juris locis, ac veterum Rhetorum præceptis Jurisconsulti, inter quos Alciat. in tract. de præsumpt. in prælud. part.*3. *num.*1. *Menoch. eod. tract. lib.*1, *quæst.*2. & 4. *Simanc. Catholic. instit. tit.*50. *num.*6.

(c) *Joannes Baptista Rubeus in Clypeo Castit. fol.*98. -- Habuere (*inquit de Bellarmini virtutibus*) & ipsæ laudatores suos, sed qui eas experti sumus, & oculis nostris aspeximus, quæ illi scriptis prodidere, imparia esse factis celsioribus judicamus, neque totum Bellarminum ab illis exprimi, sed adumbrari -- *Henricus Sponda-*

ma ipsa innnocentiæ, & Sanctitatis ornamenta, coloremque optimum nullâ umquam ætate, nullis rerum, & eventorum difficultatibus, & offendiculis labefactatum, vel imminutum præcipue demirati sunt, ac pro admirationis caussâ texuerunt Cardinales in amplissimis eorum testimoniis, e quibus Cardinalis Ubaldinus [is quamdiu legationis caussâ in Galliis moratus est, Politianensis Ecclesiæ administrationem Bellarmino commiserat (a)] hæc habet: *Io certamente credo, la sua vita essere stata ricchissima di vere, e perfette virtù, ed in particolare ammirabile per un tenore perpetuo, e non mai interrotto di vivere pieno di umiltà, e modestia senza avere alterate nella dignità di Cardinale le mansuete, e pie maniere della vita religiosa... Fu in somma di vita irreprensibile, ed un ritratto di perfezzione*. Et Cardinalis Valerius junior eum supra viros omnes, quos ipse noverat, virtutibus insignes celebrat, dum ait (b): *Io ho conosciuto in diversi tempi uomini di gran condizione per lettere, per bontà, & esemplarità di vita, morti anche con fama di santità; ma non ho mai ritrovato in tutti insieme tante virtù unite, & in così eminente grado di eccellenza, quante in questo gran Campione di Cristo, e che l'abbia conservate tutte illese senza mai punto d'alterazione nell'istessa uniformità, in qualsivoglia grado, e stato; poiche l'istessa umiltà, pietà, e bontà, modestia, castimonia, mansuetudine, ilarità, liberalità, sprezzatura delle cose del mondo, libertà nel dire, & ubbidienza verso li suoi Superiori, che ebbe, mentre fu semplice Religioso, l'ha anche conservate tutte nell'istessa forma, dopo che fu Cardinale fino all'ultimo di sua vita, che l'ha poi reso sempre ammirabile appresso qualsivoglia sorte, e condizione di persone*.

178. Authores deinde, & loca, & tempus famæ hujus, & maximæ de Bellarmino opinionis recensenda sunt. Non enim illa rude, & ignarum vulgus tenuit, sed magno numero Religiosos, Magnates, Præsules, Principes quoque, & Cardinales, aliosque omni ex genere viros doctrinâ, pietate, atque etiam sanctitatis famâ spectatissimos, qui neque Bellarmini mores ignorare poterant, neque, nisi iis diligenter perspectis, & exploratis, tantæ opinioni consensissent: Non etiam humilem locum, vel exiguam civitatem per-

danus -- Moritur, *ait*, Bellarminus pietate, ac virtutibus Christianis etiam supra famam ornatus, *ut refertur in adjuncto Scriptorum Elencho ad an.* 1625.

(a) *Sum. pag.* 88. §. 2. *ubi idem Cardinalis Ubaldinus id testatur, & consonant Testes relati in Sum. pag.* 33. §. 21.

(b) *Sum. pag.* 89. §. 3.

pervasit, sed Urbem omnium principem, haud facile concinentem sanctitatis vocibus, deque eo, quod singulare, ac prorsus præstantissimum sit, vix mirari assuetam; neque Urbem tantum, sed universi fere Orbis partes, quas latissime pervagata est. Neque rursus quasi fragilis herba, aut flosculus, quorum ortus, & interitus brevi spatio conficitur, initium, finemque habuit eâ temporis circumscriptione, quæ ultimum Bellarmini morbum, obitum, & funus continet, in ejusque deinde tumulo sepulta jacuit; sed arbori potius firmissimæ comparanda est, quæ antiquas, & altissimas jam radices fixerat, deindeque viguit semper nullis ventorum flatibus concussa, sed ad præsens ævum usque mirum in modum adaucta, & propagata. Quorum omnium, quæ summatim attigi, juvat hîc notabiliora quædam recensere, quæ, aut his similia non ita facile occurrent in aliorum Sanctorum fastis.

179. Ut enim de ejus adolescentiâ taceam, quæ venerationi jam erat apud æquales, & condiscipulos suos (a); quum Lovanium missus esset, Rectori Lovaniensis Collegii litteris a S. Francisco Borgia conscriptis (b) est commendatus, veluti qui multis ædificationi futurus esset bonitate spiritus sui, divinisque donis; quem scribendi modum ab tam sancto viro usurpatum pluris facio, quam effusiorem alterius laudem. Ab Lovaniensibus pro eminentis doctrinæ juxta, ac sanctitatis viro habebatur, dum apud illos moram traheret (c). Vel ex una exhortatione ipsius, dum Provincialis esset, palam habitâ ad Collegii Lyciensis Patres, argumentum sumsit eorum unus, Bernardinus scilicet Realini, magnam & ipse

(a) *Ut adnotatum fuit supra §.138.*

(b) *Quarum particula extat in Sum. add. pag.22. lit.B.*

(c) *Nam Andreas Wisse Eques Hierosolymitanus, & Magnus Prior Angliæ T.I. in Neap. Ordin. fol.22. hæc habet* -- Per Vomo di santissima vita non solo è stato, ed è tenuto da me; ma . . . anco da Eretici, quali l'osservavano, e tenevano per vomo dotto -- *Lovaniensis quoque Academia testimonium perhibet de veneratione, quam Bellarminus ibidem vivens sibi conciliaverat ac semper retinuit, ut videre est epist.33. inter editas jussu Clementis XI. Adde P. Gretser. in castigat. libelli famosi cap.5.* -- memini quosdam, qui adhuc juvenem (*Bellarminum*) Lovanii concionantem in templo, & docentem in schola audierant, non aliter de Bellarmino sermones instituere solitos, quam de eo, cujus ex vultu, universisque actionibus virginalis verecundia, decor eluceret -- *& Card. Bandinum Sum. pag.80. ubi loquens de tempore, quo Bellarminus Lovanii degebat, ait* -- fin dalla mia gioventù è stato stimato da me per uomo d'emineute dottrina e santità.

& ipse Sanctitatis famam adeptus (*a*), conscribendi tunc elogii hujus: *Veramente è un gran Santo, e lascia gran desiderio di se a tutti* (*b*). Sacerdos Antonius Cangianus Capuani Seminarii Rector, & præceptor, quum ejus Cardinalis, & Archiepiscopi Capuæ vitam, & mores ob oculos continue fere obversantes haberet, eorum clarissimâ veluti luce ita percellebatur, ut ne auderet quidem coram sistere cum aliquâ levis etiam culpæ conscientiâ, vel scrupulo (*c*). Eum pariter Capuæ degentem quanti fecerit alter ex administris regiis illuc adveniens, ut annonæ caritati Neapolis Civitatem affligenti provideret, ex eo deprehendimus, quod nihil, nisi eo concedente, agere voluerit, atque ab eo veluti Sancto bis petierit benedici. (*d*) Julius Sansidonius Episcopus de veneratione erga Bellarminum suâ hæc tradit (*e*): *Quanto a me, quando viveva, e mi occorreva andare da lui, mi preparava per strada componendo l'animo, la riverenza, gli atti, la divozione, e le parole, come se io avessi avuto a trattare con un vero Sânto.*

180. Franciscus Gonzaga *ex Ordine Minorum, qui de Observantia Sancti Francisci dicuntur, ex Generali Ministro Episcopus Ticinensis, ac Mantuanus, & Legatus Apostolicus in Gallias, Vir natalium, ac infularum splendore, prudentiæ, doctrinæ, & integritatis usque ad Sanctimoniæ gradum laude conspicuus* (*f*), *nec non Purpuræ proximus, quam & Scipio Frater ejus consecutus est, hic, inquam, tantæ Sanctitatis Antistes, ut in ejus vitam, ac mores inculpatos Apostolicâ authoritate inquiratur* (*g*), *tanto Cardinalem obse-*

(a) *Nam Testis I. in Proc. Cap. inferius citandus eum vocat Sanctæ Memoriæ, ac vidisse refert Processus Canonizationis ipsius. Sum. pag.49. §.9. in fin. Ac Bellarminus ipse magnam de eo opinionem habebat, ut ex Sum. pag.27. §.14. & pag.48. §.8. De Causa Canonizationis ejusdem Servi Dei, latoque jam decreto die 5. Decembris 1693. super validitate processuum mentionem habet Sanctitas Sua de Canoniz. lib.2. cap.49. num.21.*

(b) *Id narrat P. Antonius Beatillus Soc. Jesu T.I. in Proc. Ap. Cap. qui eamdem exhortationem scriptam, ac subscriptam sæpius vidit in Lyciensi Collegio. Sum. num.8. pag.5. §.3.*

(c) *Ut narrat idem Sacerdos Cangianus. Sum. pag.17. sub §.94.*

(d) *Ex Magistro domus T.XIX Sum. pag.12. §.26.*

(e) *Qui est T.IV. in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.115. §.63. & 64.*

(f) *De quo & ipse Bellarminus quam opinionem habuerit nobis declarat Episcopus Invitiatus in Proc. Rom. Ord. Sum. pag.117. §. 79.* - Per questo rispetto (*scilicet ob bonum regimen Ecclesiarum, ac zelum tuendæ jurisdictionis Ecclesiasticæ*) e per i meriti, e virtù singolare di Monsignor Gonzaga Vescovo di Mantova mi disse, che se fusse stato Papa, il primo Cardinale ch'avesse fatto, sarebbe stato lui.

(g) *De cujus Servi Dei Causa meminit Sanctissimus D. N. in hisce animadversionibus num.109.*

obſequio venerabatur, ut quoties ab eo litteras acciperet, toties honoris ergo aperiret caput, & epiſtolas ejus ſolitarie in proprio quodam ſcrinio haberet, non autem in conditorio epiſtolarum aliarum, quas a Summis Pontificibus, Regibus, & Magnatibus plurimis accipiebat. Præterea quum libros ejus in menſâ perlegi vellet, famulo ita præcipiebat, ut promeret librum ejus: affer Sanctum Jeſuitarum, atque eo Bellarminum titulo conſtanter adeo dig natus eſt, ut qui Mantuæ in ſummâ æde B. Aloyſio Gonzagæ gentili ſuo aram ornatiſſimam poſuerat, faſſus ſit, locum e regione illius ex deſtinatione ſuâ vacare aræ alterius Sancti Cardinalis, videlicet Bellarmini. Idem ſolitus erat dicere, duos ſanctos viros in Eccleſia Dei eſſe, nempe Robertum Cardinalem Bellarminum, & Cæſarem Cardinalem Baronium (*a*).

181. Inſtar aliorum omnium ſit Sanctiſſimi Præſulis Franciſci Saleſii judicium, a quo Bellarminum quidem nuncupatum fuiſſe *Sancti* nomine ignoro; ſcio tamen iis virtutum laudibus exornatum, quæ non niſi exquiſitæ Sanctitatis viro aptari poſſunt: Eum namque *devotiſſimam animam* vocat (*b*). Adeo bonum eſſe adfirmabat, ut nihil ita ignoraret, ac malitiam. Ad hæc mirabatur magni hujus Doctoris Obedientiam, qui nullas vitæ delicias ſe noſſe vere poſſet dicere (*c*) [mirari autem certe non poterat vir adeo Sanctus de iis, quæ communem honeſtatis, ac probitatis gradum longe, lateque non excederent]: quum vero recepiſſet libellum De Gemitu Columbæ, *Hei* [inquit] *columba innocens, gemis in hoc ſeculo, ſed in Cœlo, & in foraminibus petræ, & caverna maceriæ laboribus tuis finem dabis; & vocem tuam in auribus cœleſtis Sponſi ſonare facies, & faciem tuam oſtendes: vox enim tua dulcis, & animæ tuæ facies perquam decora.* Nimirum his afficiebatur erga Sanctum Sanctus. (*d*)

T 182. Car-

(a) *Ita Ludovicus Donius Epiſcopus Eduenſis in Flor. Hiſtor. Sacr. Colleg. Cardin. relatus in Sum. add. pag.163. §.163. ubi ſubdit* -- quæ totidem verbis ex Antonio Abundante ejuſdem Epiſcopi Mantuæ Secretario omnium illorum teſte aurito, & irrefragabili refert Silveſter Petraſancta loco citato.

(b) *In præfatione libelli ſui De Amore Dei.*

(c) *Uti refert Carolus Auguſtus Saleſius Nepos in vita ejus Sancti lib.9.p.405.*

(d) *Idem Carolus Auguſtus Saleſius loco cit. cui adde Ludovicum Donium Epiſcopum Eduenſem in Flor. Hiſtor. Sacr. Colleg. Lutetiæ Pariſiorum an.1660. num.147.* Is, *inquit*, Franciſcus Saleſius, Cardinalem Bellarminum ſingulariter coluit, ad eum frequentes dedit epiſtolas, & rerum ſuarum patronum Romæ delegit, ad eumdem ſemper in omnibus Eccleſiæ ſuæ neceſſitatibus recurrit, ve-

luti,

182. Cardinales ipsi, quotquot eodem ævo, in eademque Urbe vixere, fere omnes Bellarminum adhuc viventem pro Sancto [Sancti nomine in striĉtiore significatione acepto] habebant, suspiciebantque (*a*). Speciatim vero Cardinales Farnesius, & Ursinus maxime gloriabantur de Bellarmini manuum impositione, alteri quidem pro Episcopatu, & alteri pro Sacro Presbyteratus Ordine (*b*). Immo P. Jacobus Minutoli scripserat ad Cardinalem Farnesium: *Io sentii un Cardinale gravissimo, che disse, che si gloriava di esser stato fatto Cardinale da un Papa, che aveva fatto Cardinale Bellarmino* (*c*). Cardinalis Sfondratus omnium actionum suarum exemplar eum sibi objecerat pronuntiare solitus: *Così fa, e così dice il mio Santo Cardinale Bellarmino* (*d*). Cardinalis vero Estensis, quotiens coram adesset, ab ejus conspectu vel invitus trahi sentiebat ad eum non ut Cardinalem modo honorandum, sed ut Sanctum adorandum (*e*). 183. Esten-

---

luti eum, quem] sciret, ut Apostolus, sollicitudinem habere omnium Ecclesiarum, idque ex officio suo, cum Cardinalium munus sit assistere & collaborare Summo Pontifici in sustinendo pondere Orbis terrarum, atque ab illius laudibus nunquam cessavit. Et cum ei libellus de Gemitu Columbæ Roma allatus fuisset, ad primum ejus aspectum authoris dulcissimam memoriam in mentem revocans, illum per apostrophem sic affatus est: O pia, & innocens columba, tu quidem in hac vita gemis, & luges, in valle utique posita fletus, & lacrymarum, sed in altera choros duces, atque choreas, & cœlesti lætitia triumphabis cum Angelis, ad quorum societatem aspiras, magnisque itineribus tendis.

(a) *Ex testimonio Card. a Monte Sum. pag.73. §.8. & 9. ubi postquam plura dixit de Bellarmini Sanctitate, ejusque famâ, subdit* -- Ardisco dire, che tra Cardinali non si sarebbe facilmente trovato, chi a pieno e di cuore non fermasse questa mia testificazione irrefragabile -- *& Card. Crescentii Sum. pag.86. §.14. 15.* Fu sempre tenuto, mentre visse, continuamente per Santo da tutti, come io per me l'ho sempre riverito per tale, ed ho vedute persone grandi di baciargli, mentre che viveva, senza che esso se ne accorgesse, le vesti, dicendomi, che cio facevano per la gran divozione, che gli portavano come a Uomo Santo -- *& Cardinalis D'Este* -- Il Cardinal Bellarmino, siccome è noto ad ogn'uno, è stato sempre tenuto per Signore di santissima vita: e non solo dal Collegio de'Cardinali, ma universalmente da tutti -- *Sum. pag.79. §.1. & Card. Ubaldini* -- Fu in somma di vita irreprensibile, ed un ritratto di perfezione; donde avvenne, che vivo, e morto la Corte, ed il popolo di Roma lo venerò come uomo di Santa vita.

(b) *Ut testatur Card. a Monte Sum. pag.73. num.28. §.9.*

(c) *In relatione ultima infirmitatis Bellarmini diei 23. Septembris 1621. quæ extat in Sum. add. num.44. pag.133. §.54.*

(d) *Ut pluries ab eodem Card. Sfondrato audivisse refert Joseph Finalis T.XIII. in Proc. Rom. Apost. tunc familiaris prædicti Cardinalis. Sum. pag.62. §.10.*

(e) *Ut ipse profitetur in suâ testificatione. Sum. pag.79. §. 3. ac etiam refert Episcopus Sansidonius. Sum. pag.25. §.63.* -- L'opinione, che si teneva della sua San-

183. Estensis ipsius, aliorumque tredecim Cardinalium elogia, non laudatorum, sed testium utut non juratorum more expressa, ea certe sunt, quibus majora fingi vix possint in Sanctissimi cujusque Viri commendationem. Nam in unum summatim collecta (a) Bellarminum celebrant tamquam *Magistrum Sacri Collegii supranaturali quodam lumine refulgentem, magnum spectaculum, & alterum nostri seculi S. Carolum. Insigne perfecti Ecclesiastici exemplar, documentum perfectionis Christianæ, lumen Ecclesiæ, quo decidente decidit corona capitis nostri. Josephum in castitate, Tobiam in eleemosynis, Gregorium in laboribus, Paulum in humilitate, Joannem Baptistam in corrigendi libertate. Sanctum, benignum, affabilem, a quo semper benedici postulabant aliqui Cardinales. Sanctum æternæ memoriæ, Parem Ecclesiæ Doctoribus in doctrinâ, & sanctitate, irreprehensibilem, ita ut Clemens VIII. in ejus promotione dixerit: Parem quoad doctrinam in Ecclesiâ Dei non habemus. Doctum, & Sanctum, de quo dici potest, quod a Hieronymo de Hilario, libros ejus inoffenso decurras pede. Quod tria in illo radium divini luminis emittebant: summa humilitas, summa in se austeritas, sed in alios benignitas, & summa in omni statu observantia. Cuilibet ex antiquis scientiâ, & sanctitate claris æquiparandum, simplicem, charitate in Deum, & proximum eminentem. Dignitatibus adversum, Pilei Cardinalitii dimittendi cupidissimum, Christi humilitatis, & paupertatis imitatorem, modestiæ speculum, & exemplar.*

184. Uir alius non magis Purpurâ quam scientiâ, & virtutibus Eminentissimus Ven. Cæsar Baronius, non prætermisit Annalibus suis eo ipso tempore, quo Bellarminus Ecclesiæ Capuanæ Antistes datus fuerat, publice testari meritum viri *doctissimi, ac religiosissimi, virtutum meritis toti Christiano Orbi conspicui* (b). Inter Scriptores, qui eâdem Bellarmini ætate claruerunt, Antonius Sanderus Iprensis Ecclesiæ Canonicus ajebat (c): *Omnium nostræ ætatis eruditorum hominum ea est sententia, illudque præbetur testimonium,*

Santità, era si grande, che parlandone io una volta poco avanti la sua morte con l'Illustrissimo Sig. Cardinale d'Este, Prencipe generoso, e di gran pietà, ed affetto verso le persone virtuose, gli sentii dire, il Sig. Cardinal Bellarmini io l'adoro.

(a) *A Cardinali Laurea in ejus suffragio, quod ordine est XIII.*

(b) *Ad annum 968.*

(c) *In elogiis Cardinalium impressis Lovanii anno 1626. ac relatis in Sum. add. pag. 152. Adde insigne Farinaccii testimonium superius recitatum §. 36. Andream Victorellum apud Ciaccon. tom. 2. pag. 1905. Henricum Spondanum ad annum 1621.*

nium, a multis retro seculis non obtigisse fere aliquem Ecclesiæ Romanæ Præsulem, qui de eâ scriptis, eruditione, ac insignium virtutum exemplis amplius meritus sit, quam piissimus, sapientissimusque Robertus Cardinalis Bellarminus. Plures ab Ecclesiâ Catholicâ alieni quidem, & amentiæ minoris hæretici eum virum maximum, dignumque, quem omnis admiraretur posteritas, prædicarunt: ipsi etiam Judæi in Urbe degentes non modo ut doctrinâ illustrem, sed ut Sanctum quoque suspexere. Hujus, aliorumque plurium Scriptorum ad medium fere usque seculum XVII. perhonorifica de Bellarmino testimonia Ludovicus Donius Episcopus Eduensis in Gallia collegit in Epitomen insignioribus quibusque titulis refertissimam, eumque vocat ipse *religiosissimum, atque Sanctissimum Cardinalem merito cognominandum, qui scriptis suis Ecclesiam illustravit, eamque simul cumulavit virtutibus admirandis* (a). Ferdinandus Abbas Ughellius eodem medio ineunte seculo inter plura de Bellarmino dicta non dubitat eum pariter proclamare *virum Sanctissimum, & Sanctitatis famâ conspicuum* (b). Atque hæc quidem satis mihi fuerit decerpsisse ex tam multâ, & uberrimâ Scriptorum copiâ, quæ ab vita, & obitu Bellarmini per omnia fere loca, ac per continuatam, nec intermissam temporum seriem numquam desiit effundi in magnam Sanctitatis ejus commendationem, ut demonstrat eorumdem Scriptorum Elenchus, qui studio, ac diligentiâ superius laudati Promotoris fidei concinnatus, Chronologico ordine distributus præsenti relationi adjungitur.

185. Primis tamen postrema ut jungam, tres adhuc proferam nostrâ ætate S. R. E. Cardinales amplissimos, Dominicum Passioneum & muneribus, & rerum omnium eruditione insignem, qui Legatum Apostolicum agens apud Helvetios & peropportunam censuit, & perfecit novam editionem Aureæ admonitionis Bellarmini ad Nepotem suum Episcopum Theanensem, in ejusque editionis præfatione, seu monito authorem laudat *scientia Sanctorum, ac Deo plenum* (c). Deinde Jacobum Lanfredinum Auximanæ olim Ecclesiæ Præsulem, cujus optima memoria jam in benedictione est, a quo Bellarminus *eminens dignitate, doctrinâ, & pietate* nominatur (d). Tertium vero Philippum de Montibus litteris, doctrinâque excultissi-

(a) *In libro, cui titulus* -- Flores Historiæ Sacræ Collegii S.R.E. Cardinalium -- *Lutetiæ Parisiorum an.*1660.*num.*148. *Vide Scriptor. Elenchum ad an.*1650.

(b) *In adjuncto Scriptorum Elencho ad an.*1650.

(c) *In adjuncto Scriptor. Elench. ad an.*1729.

(d) *Ibid. ad an.*1740.

tissimum, qui elogio suo (a) cum alia, tum summam viri humilitatem, Capuanam Ecclesiam sanctissime administratam, mores, continentiam, pietatem, innocentiam excellenti ingenio, ac doctrinæ perpetuo respondentes complexus est.

186. Duos item e multis Clarissimis Viris, qui nostrâ hâc tempestate Bellarmini nomen litteris usurparunt, indicabo, ex uno, atque illustri ambos Prædicatorum Ordine; quorum alter, *Robertus* [inquit] *Bellarminus doctrinâ & pietate toto Orbe celebris* (b): alter eum appellat, *doctissimum, unàque piissimum, Societatis Jesu splendorem, & ornamentum, doctrinæ, & Sanctitatis famâ celeberrimum*; ac virum, *cui nihil præter antiquitatem deest, ut Pater Ecclesiæ sit, & appelletur* (c).

187. Perenni adeo, & maximæ de Bellarmini Sanctitate existimationi ut justum impenderetur obsequium, mutuâ, magnâque contentione cum tot, ac tam illustrium virorum, seu Scriptorum monumentis certare visæ sunt impensissimæ, earumque plures non semel iteratæ Postulationes, ac preces pro aræ honoribus illi decernendis ad Apostolicam Sedem delatæ, eæque tam multæ, ut centenarium excedant numerum, unumque non exiguæ molis volumen conficiant; tam sibi constantes, ut aliæ, atque aliæ variis temporibus ad tres Summos Pontifices, Innocentium X., Alexandrum VII. & Clementem XI. missæ unam semper eamdemque resonent eximiæ Viri Sanctitatis, doctrinæque vocem; tam spectabilis, insignisque notæ, qualem iis tribuunt earum Authores, Imperatores nimirum, Reges, Reginæ, Supremi Principes, Cardinales, aliique magno numero & Ecclesiarum Antistites, & Religiosarum familiarum Præsides, & Proceres, & alii quotquot ex omni fere natione, & Ordine præcipuam, nobilioremque tenent partem Cleri, & populi universi; tam denique enixæ, disertæ, copiosæque, ut non tam exorando impetrare, quam rationum, & argumentorum vi id ipsum, quod petunt, suadere, ac demonstrare videantur.

188. Earum Postulationum undique confluentium vim, authoritatemque justâ expendens lance Sapientissimus Pontifex Clemens XI. eas omnes in unum volumen referri, publicâque hominum luce donari jussit, non alio plane [ut arbitror] consilio, quam ut universus Orbis agnosceret, aut, si jam noverat, magis, magisque cer-

(a) *Inter Cardinalium elogia pag.* 181.
(b) *Hyacinthus Amat de Gravefon relatus in Elencho Scriptorum ad an.* 1731.
(c) *P. Daniel Concina lib.* 1. *de Sacram. Pænit. differt.* 4. *de Confess. num.* 27., *& differt.* 5. §. 1. *num.* 10. *&* §. 2. *num.* 10.

certam, perspectamque haberet non magnam solum, latissimeque diffusam, sed perpetuo apud omnes vigentem constantemque de Bellarmini Sanctitate existimationem; cujus nova quidem, ac præclara argumenta adjunxerunt recentissimæ aliæ, instantesque preces, quas Carolus Emanuel Sardiniæ Rex magnâ animi sui significatione Sanctitati Tuæ submisit; & quas non impari filialis obsequii fervore obtulit etiam Franciscus Maria Dux Mutinensis.

189. Quamobrem in tantâ, & adeo perspicuâ universi fere Catholici Orbis de Bellarmini Sanctitate celebratione hærebimus adhuc animo, num revera summum virtutis apicem fuerit consecutus? Simillimum enim hìc usurpare liceat argumentum, quod Chrysostomus objecerat negantibus miracula in Catholicæ fidei confirmationem divinitus perpetrata (a): vel enim revera frequentes, ac permultæ singulares actiones Bellarmini ob earum uniuscujusque arduitatem, atque præstantiam admirabiles exstitere, vel non. Si primum, justam itaque Bellarmino deposcunt eximiæ sanctitatis laudem: si secundum, majorem mihi certe admirationem pariunt, quod absque ullâ exterioris arduitatis specie, quæ in admirationem traheret, tantam Bellarmino, & viventi, & defuncto promeruerint omnium de ejus Sanctitate existimationem, & plausum, ac tam præclarum habuerint tot illustrium virorum judicium, ac præsertim Cardinalium exploratissimam habentium omnem vitam ejus, ita ut adfirmare necesse sit, heroicæ virtutis ab iis agnitas fuisse vel pleraque singularum Bellarmini actionum, vel summam saltem totius vitæ æquabilitatem in perpetuâ morum innocentiâ, & exactissimâ præceptorum, & consiliorum divinæ legis observatione positam. *Nam si Servus Dei Bellarminus vir fuisset vulgaris virtutis, non potuisset in Curiâ, in quâ primis eminens dignitatibus longo tempore vixit, tantam, atque etiam usque ad mortem permanentem probitatis existimationem habere* (b).

190. Eo-

(a) *Homilia 5. in primam ad Corinth. cap.1.* -- vel enim, *inquit*, signa faciebant, vel nulla? si tamen persuadebant, multo erat admirabilius, ut ita contingeret, immo & talia auderent -- *quo simili argumento usus Angelicus Doctor lib.1. contra Gentes cap.5.* -- Hæc tam mirabilis, *ait*, mundi conversio indicium certissimum est præteritorum signorum, ut ea ulterius iterare necesse non sit, cum in suo effectu appareant evidenter. Esset autem omnibus signis mirabilius, si ad credendum tam ardua, & operandum tam difficilia, & ad sperandum tam alta, mundus absque mirabilibus signis inductus fuisset a simplicibus, & ignobilibus hominibus.

(b) *Ita ajebat Julius de Blanchis Ordinis Prædicatorum, & Sacræ Congregationis Rituum Consultor in suffragio edito in hac Causa, quod inter impressa est XV. atque in*

190. Eoque minus tantam obtinere potuisset existimationem, quæ post obitum ejus non modo perennis, & integra in ævum consisteret, sed & omnium fere ora, scriptaque exerceret, & maximæ vel dignitatis, vel authoritatis viros impelleret ad eum neque uno, neque vulgari cultus genere prosequendum; cujus rei præter multa, ac præclara documenta & viventi, & mortuo Bellarmino, ac deinceps etiam proximo post obitum tempore exhibita, qualia superius recensui, nonnulla adhuc vel repetenda, vel commemoranda sunt, quæ ad sequiorem, remotioremque ab obitu Bellarmini spectant ætatem. Plures adhuc annos ei superstes fuerat Petrus Consolinus Oratorii Presbyter, quem & S. Philippo Nerio charissimum fuisse, magnâque cum Sanctitatis opinione vixisse scimus: hic autem, ut ex ejus vitæ authore (*a*) didicimus: *Aveva in somma venerazione questo gran Cardinale, ne parlava con istraordinaria lode, e dopo morte fu trovato fra varie cose sue di divozione, che pur di rado soleva tenere, una piccola particella del lenzuolo, dove morì quel Ven. Cardinale*. Gulielmus Bavariæ Dux non modo expetivit, pretiosasque sibi habuit res ejus aliquas venerationis causâ retinendas, ut superius dixi, sed præterea *ut post piissimum tanti Viri obitum sanctimoniæ ejus exemplar per reliquum vitæ suæ tempus ad plures annos in ultronco a rerum humanarum curis secessu protractæ continuo haberet præ oculis, effigiem Servi Dei ex Urbe ad se allatam pretiosissimis quibusque Cimeliis prætulit, & heroicas ejus virtutes æmulari conatus fuit* (*b*).

191. Joannes Baptista Card. Alterius, quum Bellarminus viveret, nondum Purpurâ insignis, quod tamen ornandus esset, ab eo paullo ante obitum perspicuis indiciis prænunciatus, litteris ad Fuligattum anno 1649. conscriptis professus est, ipsum pro Sancto adeo vereri, & colere, ut nemo alter magis (*c*). Paullo ab iis remo-

---

in hoc Cardinalium, qui Bellarminum noverunt, & assidue cum eo versati sunt, judicio plurimum momenti posuere Archiepiscopus Tarsensis, olim ejusdem Congregationis Secretarius, Archiepiscopus Myrensis tunc fidei Promotor, & Consultores alii in eorum suffragiis III. XVII. XXI. & XXII.

(a) *Vid. in Scriptorum Elencho ad an.1628.*

(b) *Verba sunt Josephi Clementis Archiepiscopi, & Electoris Coloniensis ejusdem Gulielmi Abnepotis in Epist. XXII. inter postulatorias typis editas.*

(c) *Constant hæc ex ejus epistola 12. Octobris 1649. occasione editionis epistolarum Bellarmini ad Fuligattum earum collectorem scripta, cujus particula refertur in adnexo Scriptorum Elencho ad an.1649., & quæ integra extat in Sum. num.28. pag.80. ubi* — L'onore, che la Paternità Vostra disegna farmi con dedicarmi l'epi-

remotioris ævi Carolus Cardinalis Barberinus Urbani VIII. Nepos anno 1674. prolixâ ad Sebastianum Badum epistolâ (*a*) non modo Bellarminum appellat *magnam*, *& sanctissimam animam*, æternum in Ecclesiastica utriusque ordinis Hierarchia exemplar, suoque digito miracula, & prodigia operantem sive corporum, sive animorum saluti; sed eo ab se honore, & cultu semper habitum adfirmat, quem neque verbis, neque opere exprimere satis possit; & quem præterea conjunctum habeat cum singulari fiduciâ implorandi sibi, suisque necessitatibus validam ejus opem apud Deum. Cardinalis Brancatius, quem supra Causæ hujus relatorem anno 1655. delectum, summâque doctrinæ, diligentiæque laude a SANCTITATE TUA donatum fuisse retuli, & quem eodem labente anno 1674. vitâ excessisse constat (*b*), *Robertum non solum pro Viro Sancto, sed pro magno Sancto habebat; itaut & in vita, & in morte illius patrocinio se se commendaverit, ac pene illius nomen sæpe iterans expiraverit*. Archiepiscopus Brancatius hos Cardinalis Patrui sui sensus palam edixit, dum suffragium in hac Causa suum recitaret, eorumdemque se heredem esse gloriatus est (*c*), Geminum huic exemplum præbuere duo Cardinales Spada senior, junior-

l'epistole Latine, che fa stampare di quella gloriosa, e santa memoria del Signor Cardinal Bellarmino, è da me infinitamente stimato, in trattandosi d' un Uomo Santo, e di eterna memoria. Ma per un solo rispetto, come ha ben considerato la Paternità sua, mi puol convenire l'aver qualche parte in ciò, perche non credo si trovi persona, che piu di me sia obbligata a quella santa anima, o l'abbia in maggior venerazione di quello l'abbia io; poiche non solo riconosco ogni mio avanzamento da lui... ma anche perche stimo, che prima della sua morte mi presagisse la Dignità Cardinalizia, mentre negl'ultimi giorni del suo passaggio al Cielo, essendo io entrato nella stanza, e avvicinatomi al letto, ponendosi mano al berrettino rosso per cavarselo, io, e due Padri della Religione, che erano ivi, gli dicessimo, che non facesse, che non facesse, e lui non ostante ciò, non solo volse da se cavarselo, ma dopo cavato alzò la mano più d'una volta verso la mia testa, accennando di volermelo mettere, del che all'ora feci qualche riflessione, & essendo poi fatto Cardinale ho sempre stimato, che sicuramente mi volesse predire il Cardinalato, onde per ogni ragione io accetto di esser riconosciuto per il piu divoto, & obbligato, che abbia detto Uomo Santo, e di eterna memoria —.

(a) *Extat hæc epistola in Sum. addit. num.15. pag.143. ac refertur etiam in adjuncto Scriptorum elencho ad an.1674.*

(b) *Ex iis, quæ referuntur in facto concord. §.9.*

(c) *Inter Consultorum Suffragia typis edita num.11.* — Nemo (*ait*) credo mirabitur, quod ego peculiari affectu prosequar Venerabilem Virum Robertum Cardinalem Bellarminum, est enim mihi hoc pene hereditarium, cum obsequiosos in eum sensus imbiberim a meo Patruo Cardinali Brancatio, qui Robertum &c.

junlorque. *Impellit præterea me* [anno 1713. ad Clementem XI. ſcripſerat (*a*) Horatius Philippus Cardinalis Spada Epiſcopus Lucenſis] *hereditaria quaſi, & a puero hauſta erga Bellarminum reverentia, & obſequium. Quum enim Joannes Baptiſta Cardinalis Spada avunculus meus tanto eum amore proſequeretur, ac religione, ut gravi morbo decumbens ſuſpenſam in lectulo ſuo effigiem ejus voluerit, quaſi inter chariſſimi patroni manus plenam optimæ ſpei animam exhalaturus; non potui non vehementiſſime erga illum inflammari, quem tanti fieri ab acerrimi judicii viro intelligerem, ut ipſi potiſſimum maximum omnium negocium, æternitatem nempe ſuam, commendatum cuperet.*

192. Pro ceteris omnibus unus ſufficiat maximi honoris cauſſâ hîc nominandus Vincentius Maria Cardinalis olim Urſinus, Tuſculanus Epiſcopus, ac Beneventi Archiepiſcopus, deinde Benedictus XIII. Pontifex Optimus Maximus. Quam magnifice ipſe de Bellarmino ſentiret, novimus quoque ex ejus epiſtolâ ad Clementem XI. Prædeceſſorem ſuum (*b*), in quâ poſtquam eum nominat *magnum Dei ſervum*, item *onorevoliſſimo membro del noſtro Sacro Collegio, decoro della Sede Metropolitana di Capua, e ſtella luminoſiſſima nel Cielo di Santa Chieſa*; Sacerdotali ſe veritate, quæ ſequuntur, dicere profitetur: *Confeſſo con verità Sacerdotale alla Santità Voſtra aver io ſempre nutrito, e conſervato una ſomma venerazione al Ven. Cardinale non meno per le virtù maraviglioſe, delle quali in grado eroico fu dal Signore ornata quella ſant' anima, che per la ſoda, e ſana dottrina, con cui illuminato egli ſenza dubbio dallo Spirito Santo illuſtrò, e diſeſe.... contra gli eretici tutti la noſtra Chieſa Cattolica.*

193. Viguit porro hactenus, vigetque adhuc in perpetuâ hominum memoriâ non Sanctitatis ſolum, ſed Miraculorum, prodigiorumque fama, quæ priorem magis illuſtret, confirmetque (*c*).

V Op-

(a) *In poſtulatoria epiſtola, quæ inter editas eſt LXVIII.*

(b) *Eſt inter editas num.XCIV.*

(c) *De miraculorum famâ alter ex antiquis teſtibus in Sum. num.27. pag.70. §.2.* -- Oltre di ciò sò, *ait*, a queſto ſepolcro del detto Servo di Dio Card. Bellarmino ſono ſtati portati da diverſe perſone varj, e diverſi voti in quadri di tela, tavola d'argento, e candele di cera per grazie ricevute da Dio Noſtro Signore per interceſſione del detto Servo di Dio Cardinale, come loro dicevano -- *Idemque teſtantur alii Sum. pag.71. & in Sum. addit. pag.165. §.165.*

De

Opportunam Venerabilis Cardinalis opem, ac interceſſionem ad Deum implorari ab ægris, & male habentibus, admotâ præſertim vel Imagine, vel re aliquâ ſive veſtis, ſive lintei, ſive alterius generis, quæ ejus fuiſſet, præſentemque iis adeſſe pro conferendâ ſanitatum gratiâ, perhibent Indices duo, ſeu catalogi prodigioſarum curationum ab ejus obitu ad recentiora uſque tempora, quibus Cauſa hæc reſumta fuit (a). Hinc hodie dum magnâ religione ſervari epiſtolas, reſque alias ipſius comperium eſt; atque inter cetera in ædicula Theſauri Eccleſiæ Capuanæ pluviale holoſerico, filoque aureo intextum, ex veteri more, ac ex ſpeciali deinde Archiepiſcopi Capuani interdicto, quia Bellarmino quondam uſui fuiſſet, celebrioribus per annum diebus ab ſacrarum ſupellectilium uſu ſepoſitum, *eo quod illa veſtis habeatur tamquam reliquia Viri Sancti* (b). In Collegio Societatis Jeſu Civitatis Montis Regalis violaceam veſtem, quæ ad ægros deferri conſuevit (c): in altero ejuſdem Societatis Collegio, quod extat in Civitate Montis Politiani, partem cerebri, & ipſam infirmis admoveri frequenter ſolitam (d). Sed & in Urbe Moniales S. Joſeph ad Domorum Capita magno in pretio habent, retinentque etiamnum plura de Venerabilis Cardinalis rebus, a Joanne Maria Caſtellano Medico, cujus operâ procuratum ejus cadaver fuerat, dono quondam accepta, atque, ut pie, religioſeque cuſtodirentur, ab eo commendata: ſunt autem linteolum ſanguine infe-

De hâc miraculorum famâ differunt epiſtolæ poſtulatoriæ typis editæ, nempe tertia Maximiliani Electoris Bavariæ §.8. quarta VVolfangi VVilhelmi Electoris, & Comitis Palatini §.13. ſexta Magni Ducis Etruriæ §.17. ſeptima Ferdinandi Electoris Colonienſis §.20. undecima Civitatis Politianæ §.30. decima quarta Epiſcopi, & Capituli Politiani §.33. decima ſexta, & decima ſeptima Capituli, & Civitatis Capuanæ §.36. & 37. quadrageſima tertia Cardinalis Badoero Epiſcopi Brixienſis §.98. quinquageſima prima Franciſci Ducis Parmenſis §.121. ſexageſima prima P. Dominici Andreæ Burgheſi Miniſtri Generalis Ordinis Minorum Conventualium §.140., & aliæ plures.

(a) *Qui Catalogi exhibentur in Sum. addit. num.14. a pag.169. ad 173.*

(b) *Sum. addit. num.14. pag.168. §.168. §.172. & pag.172. ſub num.28. quod etiam conſtat ex poſtulatoriâ epiſt.93. Nicolai Caraccioli tunc Archiepiſcopi Capuani ubi* -- ſono adeſſo in venerazione dello ſpoſo quelle, che gia furono della ſpoſa legale; e da quei popoli, e da quel Clero ſi conſervano colla dovuta cautela, e decoro quaſi venerate Reliquie quegli Abiti ſacroſanti, che gia ſervirono al gran Sacerdote per offerir ſacrificj.

(c) *Sum. add. d. num.14. pag.172. ſub. num.28.*

(d) *D. Sum. add. pag.172. ſub num.28.*

infectum, cranii pars, pars item sanguinis cum cerebro, & calculis duobus vasculo vitreo inclusa (*a*).

194. Quanta viguerit Bellarmini fama non Sanctitatis modo, sed etiam Miraculorum, jam indicavi. Quamvis autem neque de ullis Miraculis hoc loco sermonem habere necesse sit; nec etiam opus sit demonstrare, quod ipsi adhuc viventi divinitus collatæ fuerint sive gratia eorumdem Miraculorum, quæ operatio virtutum dicitur, sive aliæ ex pluribus, quas Paulus Apostolus enumerat (*b*), & nos gratias gratis datas vocamus; sive demum ectases, & raptus, quæ ad easdem gratias reducuntur (*c*): quippe ad Servorum Dei Beatificationem duo tantum requiri novimus ab Sanctitate Tua (*d*), heroicas nempe Virtutes, de quibus nunc agimus, & Miracula post eorum obitum perpetrata, de quibus peculiaris deinde quæstio erit instituenda; pauca nihilominus, & certiora ex multis proferam, quæ & facti ipsius veritate dissolvant propositam objectionem in animadversionibus Sanctitatis Tuæ, *quod* in hac Causa deficiunt ectases, raptus, & universa dona supernaturalia, & novum argumentum præbeant magis, magisque illustrandæ ejus Sanctitati (*e*).

(a) *Adsunt testificationes, & earum rerum recognitiones editæ ab iisdem Monialibus S. Josephi an. 1713. in Summar. respons. num.4. pag.6.*

(b) Gratiæ gratis datæ, *inquit Sanctitas Sua de Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.42. num.3.* enumerantur ab Apostolo in 1. ad Corinth. cap.12. v.4. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus; & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum; alteri fides in eodem Spiritu, alii gratia sanitatum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.

(c) Ectasis enim ad aliquam ex gratiis gratis datis reducitur, tamquam aliquid eis annexum, uti animadvertit Matthæuccius &c. *Ita Sanctitas Sua de Canonizat. Sanctor. lib.3. cap.49. num.1.*

(d) *In cit. cap.42. num.11. lib.3.* Dicerem, *inquit*, tuto pede ad ulteriora procedi posse in Causa Servi Dei, hoc est ad discussionem miraculorum post obitum, si in eà adessent probationes heroicitatis virtutum, quamvis nullæ adessent probationes alicujus gratiæ gratis datæ; quum ex alibi dictis virtutes, & miracula post obitum sint duo tantum requisita substantialia in judicio Beatificationis, & Canonizationis, quemadmodum colligitur &c.

(e) Comitatus quippe virtutum patefacit eas non fuisse tantum collatas in utilitatem aliorum, sed in testimonium etiam Sanctitatis prædicti Servi Dei, qui iis præditus fuit — *Ita Sanctitas Sua cit. lib.3. cap.42. num.7. quod pluribus ibidem declarat, confirmatque.*

195. Præter ſermonem ſapientiæ, ac ſcientiæ, quorum utrumque licet in ore, & ſcriptis Bellarmini conſpiciamus abundantiſſime diffuſum, ſubtilius hîc non perveſtigabo, num donis ejuſmodi ſupernaturalibus accenſeri queat ectaſes ſane dicam intentas adeo, & crebras mentis elevationes in Deum, quas cubiculi Præfectus enarrat, præſentis, altæque vocis clamore nihil turbatas, abruptaſque (*a*). Dicam claruiſſe prophetiæ dono; quum vix Capuam profectum in libro quodam calamo ſuo adnotaſſe: *Robertus Cardinalis Bellarminus Capuæ Archiepiſcopus ſedit annis tribus*, plures teſtes adfirment, idoneam ſcientiæ cauſſam proferentes (*b*); quum Cardinalis Cajetani eo ipſo tempore, quo convaluiſſe dicebatur, deſperatam ſalutem ex voce in ſacrificio Miſſæ ſæpius auditâ prænunciaſſe adſeveret alter ex ejus fami-

---

(a) *Vide ſupra §.85.*

(b) *Non ſolum enim Marcellus Cerv. narrat quod* -- Capuam ingreſſus Idibus Maii 1602. in libello, quo ejus Civitati Archiepiſcoporum nomina deſignata permanent, ipſi allato ſuum ita deſcripſit: Robertus Cardinalis Bellarminus Capuæ Archiepiſcopus ſedet tribus annis --, *ut in Sum. add.pag.12. §.7., ſed etiam Paulus Zacchia Medicus, & in Proc. Rom. Apoſt. T.XXVI. Sum. pag.58. §.16. hæc habet* -- Quando detto Signor Cardinale Bellarmino fu creato Arciveſcovo di Capua, e che vi andò alla reſidenza, ſi fece portare, credo, la prima ſera, o poco dopo che ci giunſe, un libro di quell'Arciveſcovo, dove ſtanno notati tutti li Arciveſcovi antichi, e moderni di quella Città, e dandoli una lettura preſe la penna, e ci ſcriſſe queſte, e ſimili parole, che ſi poſſono vedere al detto libro: *Ego Robertus Cardinalis Bellarminus rexi Eccleſiam Capuanam tribus annis*, ſe bene non mi ricordo preciſamente, ſe io leggeſſi detta ſcrittura, o altri che interrogaſſe il Cardinale ſopradetto, perche aveſſe ſcritto in quel modo a pena arrivato in Capua. Sò per eſſer la verità, che ne fu interrogato, & egli ridendo riſpoſe, noi ſtaremo quà tre anni non finiti, ci mancherà però poco poco, e così avvenne; e poi ritornato detto Sig. Cardinale a Roma, trovandomi io nel ſuo cocchio con quattro, o ſei Prelati, e particolarmente il Veſcovo d'Aquino, che fu poi Cardinale, & il Veſcovo di Sarno ſuo fratello, che io mi ricordi, nella ſtrada della Nunziatella, prima che arrivaſſe al Collegio, diſſe a me queſte parole: vi ricordate Signor Ludovico della mia pazzia? Ed io riſpoſi, qual pazzia? Ed eſſo ſoggiunſe, quando appena giunto a Capua ſcriſſi in quel libro, che avevo governato quella Chieſa tre anni, & io riſpoſi che me ne ricordavo molto bene, e ſi raccontò il fatto di nuovo, maravigliandoſi molto quelli Prelati; ma il Signor Cardinale ſoggionſe, io ſono come quelli Profeti all'antica, che dico le coſe, e non ci penſo, e poi ſuccedono -- *Prædictionem hanc pariter referunt Cubiculi Præfectus T.III. ex Proc. Polit. Sum. pag.55. num.25. §.1. Petrus Guidotti Magiſter Domus T.XIX. in Proc. Rom. Apoſt. Sum. pag.56. §.10.* -- Quando ſi andò a Capua, diſſe, che vi ſarebbe ſtato tre anni, e non più, e lo replicò molte volte anco due meſi prima del ritorno, quando non ve ne era conghiettura neſſuna.

familiaribus (*a*); quum itidem Clementis VIII., & Pauli V. obitum mox futurum prædixisse testentur plures, qui ex ejus ore id acceperunt testes multo ante eventum (*b*); quum duobus familiari-

(a) *Idem Paulus Zacchia loc. cit. pag.* 57. §. 15. *ubi* — una mattina in particolare nella Messa, che il detto Card. Bellarmino celebrava nella sua Cappella ... sentì in spirito una quasi voce, che gli diceva, non pregare per la sanità corporale di questo Cardinal Caetano, ma prega per la salute dell'anima, perche non ha da vivere più; e persuadendosi detto Signor Cardinale Bellarmino, che fusse spirito malo, che lo volesse impedire, scacciò via quel pensiere ritornando all'istessa preghiera per l'infermo Caetano: gli tornò la seconda volta il medemo spirito, che non vi era più vita, e che pregasse per altri; lasciò di nuovo quell'avviso, e ritornando a fare l'istessa orazione sentì la terza volta nell'interno queste, o simili parole, voi perdete il tempo a pregare per la sanità di quel Signore. Doppo la Messa detto Signor Cardinal Bellarmino stava molto dubbioso, se questo era avviso di Dio, o no, & andando a tavola, dove io solo de suoi Gentiluomini lo servivo quella mattina, mi domandò se era in casa Stefano Perugino gia Creato de Signori Caetani, & essendogli risposto di sì, lo fece chiamare nella stanza propria dove mangiava detto Signor Cardinale, e gli disse, come stava il Signor Cardinal Caetano? Rispose io ci sono stato questa mattina, e sta benissimo, jeri a sera uscì di casa, & andò a Santa Pudenziana: uscì, replicò il Signor Cardinale, me ne rallegro; e voltandosi a me mi raccontò quanto si è narrato di sopra occorsoli nella Messa, credendosi mentre lo sentiva guarito, che fusse stata illusione; ma un giorno poco dopo per accidente il Signor Cardinale Caetano ricaduto si morì quasi all'improviso. Quando detto Sig. Cardinale Bellarmino vedde successa la morte, non me ne parlò mai più, e pareva che si vergognasse quasi d'aver palesato quel secreto, che dall'evento conobbe esser stato di Dio — *Idemque narrat Marcel. Cerv. loc. superius citato*.

(b) *Idem Præfectus Cubiculi Sum. pag.* 55. *num.* 25. §. 2. — In occasione, che passò per Capua la Duchessa di Sora, e la Signora Clarice Nobili, & altre Signore, & essendo io andato a visitarle in nome del Cardinale accettarono quasi l'invito fattoli da me, che nel ritorno da Napoli venissero dal Signor Cardinale; il che avendo io ridetto al Cardinale, mi rispose, che nel ritorno di queste Signore noi non saremmo stati in Capua, ma in Roma, perchè sarebbe stata Sede vacante, anzi la Signora Clarice il giorno di S.Giovanni di Decembre di quest' anno 1627. che fu il dì ultimo di Pasqua, mi disse, che arrivata in Capua mandò il Signor Vincenzo suo figliuolo giovanetto a visitare il Cardinale, il quale gli disse, dite alla Signora vostra Madre, che quando tornerà a Roma, troverà morto Papa Clemente, il che ridisse il giovanetto in presenza di molti Signori, subito tornato a casa; e quando in Napoli si seppe la nuova della morte del Papa la Signora Clarice, che era a tavola con quei Signori, che erano in Capua, & altri tutti dissero con meraviglia, e plauso, il Cardinal Bellarmino è Santo. Sò che predisse la morte di Papa Paolo V. mentre io lo pregavo, che dimandasse a detto Papa una tal grazia per suo nipote, e questo fu due anni avanti la morte del Cardinale, in tempo però che il Cardinale stava infermo, e a giudizio de' Medici in pericolo della vita, e mi disse, faremo a tempo a farle con un'altro Papa, e questo disse asseverantemente, che io sentendo passione in sentire dette cose, pressi

liaribus suis morbo graviter decumbentibus, alteri quidem salutis, alteri mortis nuncium misisse referant & is, qui nunciavit, & is,

presi sicurtà di dirgli, Monsignor Illustrissimo lei predisse la morte di Papa Sisto in Francia, quella di Papa Clemente in Capua, adesso questa di questo Papa: come l'indovina? Allora egli con un'amorevolissimo riso, ancorchè fosse travagliato da dolori, mi rispose, oh io vi dirò, a tutti li Papi o si attribuiscono, o gli è attribuito tant'anni di vita, io glie ne levo il terzo, e così la colgo, il che credo che dicesse per scusa, e però mostrai quietarmi -- *Itemque Paulus Zacchia in cit. Sum. pag.58. §.17.* -- A me disse molte volte, che al principio di Marzo sarebbe morto Papa Clemente, usando queste proprie parole: al principio di Marzo sarà Sede Vacante. Il medesimo predisse, quando la Signora Duchessa di Sora passò di Capua per andare a Napoli, cioè che al ritorno della medesima Signora Duchessa da Napoli trovarebbe in Roma Sede Vacante, il che se bene non intesi io con le proprie orecchie, so che fu verissimo, & era pubblico, e notorio in casa a tutti. Nella Sede Vacante della felice memoria di Leone Papa XI. mentre io entrai in Conclave per Conclavista del detto Sig. Cardinale Bellarmino, essendo creato Papa Paolo V. uscì fuori una voce pubblica, che detto Pontefice sarebbe morto a Settembre prossimo, e discorrendo io con il Cardinale medesimo di questa sì breve vita del Papa, detto Sig. Cardinale mi rispose, non lo credere, perchè viverà assai; e quando io dissi dieci anni, rispose il detto Cardinale, più assai, & in progresso di tempo mi disse più volte, che sarebbe vissuto circa sedici anni -- *Marcellus quoque Cervinus relat. in Sum. add. pag.12. §.5.* -- Sylvio, *inquit*, Cardinali Antoniano, qui tunc temporis apud S. Marcum erat Clementis VIII. Cameræ Magister, Pontificem tres, & decem annos victurum prædixit... Clementem vero Pontificem ineunte mense Martio 1605. periturum, & se rediturum Romam pluries indixerat. Paulo V. ad Pontificatum elato, communis statim manavit sermo, quo maturus illi vaticinabatur decessus; Robertum tamen cum de hoc Aragusium differentem audivisset, ait: Ne hujusmodi fabulæ fidem præstes, Pontifex enim diu vivet; quum vero an per decennium, rogaretur, longe diutius indicavit. *De prædictione obitus Clementis VIII. hæc quoque narrat P. Mutius Vitelleschi T. XXII. in Proc. Rom. Ap. Sum. n.23. pag.51. §.28.* Sapendo d. Cardinale sin dal principio del Papato di Clemente Ottavo precisamente quanto doveva campare detto Papa, come sin d'allora lo disse a Silvio Antoniano poi Cardinale, ed avendolo ciò per rivelazione di Dio, come si cava chiaramente da una scrittura, che ho di sua mano, con tutto ciò dicendomi alcuni mesi prima, che il detto Papa aveva da morire fra poco, disse, che tanto lui, quanto il Cardinal Baronio l'avevano inteso da una certa Persona Santa alcuni pochi anni prima, tacendo, che egli lo sapeva sino dal principio del Papato, come ho detto, e non per revelazione fatta da altri -- *necnon de prædictione obitus Pauli V. Matthæus Torti ejus Cappellanus in Proc. Rom. Apost. Test. XVII. Sum. pag.56. §.8. hæc habet* -- Ritrovandosi in carrozza per Roma con detto Signor Cardinal Bellarmino, che fu nell'anno 1620. del mese di Novembre, o Decembre vicino alla Chiesa di S. Pietro Marcellino, e ragionandosi di Papa Paolo V. disse, che sarebbe vissuto poco, e che il Papa, che avea da succedere, si sarebbe chiamato Gregorio XV. Il che essendogli stato ricordato da me, quando uscì dal Conclave per la strada della Longara in carrozza al Portone di S. Spirito, per appunto rispose esso Sig. Cardinale, non ve lo dissi io? E replicando io, come sua Signoria Illustrissima lo sapeva; lui rispose ridendo; o questo è troppo.

& is, cui salus nunciata fuit (a); quum se proximi vitæ suæ finis conscium fore monstravit & abdicatione curarum omnium præterquam Deo, sibique vacandi, & perpetuo ad quietis locum secessu, & responsione illâ Cardinali Estensi datâ: *vado a morire* (b).

196. Ad prædictionis, aut curationum gratiam pertinet, quod narrat Petrus Guidotti ejus Œconomus, sibi diuturnâ febri laboranti eum manu fronti impositâ constanter, & contra opinionem omnium dicere solitum: *di questo male non avete da morire* (c): ad sanitatum, & curationum gratiam pertinet, quod alter sibi contigisse narrat, ut gravi licet vexatus febri, manu fronti ejus admotâ, prolatisque verbis: *super ægros manus imponent, & bene habebunt*, optime se confestim habuerit (d). De ope-

---

(a) *Nempe idem Matthæus Torti Cappellanus, qui salutis nuncium accepit. Sum. pag.56.§.9.* -- Ritrovandomi anco ammalato di una terzana continua ardentissima intempo, ch'era ammalato ancora un tal'Ottavio ajutante di Camera, esso Sig. Cardinale mi mandò a dire per il Sig. Pietro Guidotti Mastro di casa, che io stessi allegramente, poichè io saria guarito, ma che detto Ottavio morirebbe, come seguì -- *& Magister Domus, qui nuncium dedit loco cit. §.12. inquiens* -- Un'altra volta stando egli in San Pietro nel Pontificato di Gregorio XV., e tenendo la famiglia fuori, si ammalarono dui famigliari, cioè il Signor D. Matteo Torti Cappellano, & Ottavio Chiarella suò Cameriere, e dandogliene io conto ogni sera, perchè non poteva lui visitarli, mi disse, dite a Ottavio che si morirà, & a D. Matteo ditegli, che non morirà, come seguì con effetto -- *Idemque perhibet Marcel. Cerv. loco superius cit.* -- Matthæus, *inquit*, Tortus Theologus Papiensis, Roberti familiaris, & Octavius Chiarella ejusdem Cubiculi Administer lethalem in febrem inciderant; sed cum magis ipsum Tortum gravatum audisset, sanitatem annunciandam illi commisit, Chiarellam verò periturum manifestavit. Nec aliter se habuit, quum breviter Tortus ad valetudinem redierit, Chiarella verò obierit. Cubiculi tandem sui administri, dum in Vaticano præterito mense Augusto pedes illi lavarent, ultimo hæc sibi præstari affirmavit.

(b) *Relege, quæ superius narrata sunt §.165.*

(c) -- A me stesso, *ait idem Petrus Guidotti Sum. pag.56. §.11.* che in Roma ebbi un'infermità di sessanta giorni di febbre, & egli veniva ogni sera, o almeno ogni due sere a vedermi, e mettomi la mano alla fronte diceva costantemente, di questo male non avete da morire, contro l'opinione di tutti.

(d) *Paulus Zacchia sæpius titatus de se ipso rem narrans in Sum. pag.59.* -- trovandomi al servizio del Sig. Cardinal Bellarmino nel Palazzo di San Marco nelli caldi estivi mi venne certa febbre, e malattia così grave, e pericolosa, che gl'istessi Medici appena ardivano entrare in camera troppo piccola, e troppo calda in quel gran male, onde mi fecero mutare stanze più fresche; e nel farmi condurre nella carrozza del Signor Cardinale dalla parte dietro di San Marco a quella dinanzi ebbi, prima che mi portassero in Carrozza, un accidente molto fastidioso,

operatione aliarum virtutum non exigua sunt documenta, ac præsertim ficulneæ arboris, ex quâ, quia fronde, & fructu ab irruentibus flammis combusta fuerat, haud amplius vinitor, sive olitor quidam ad Cardinalem Capuæ degentem ficus, ut antea consueverat, deferebat; donec paullo post ab eo accersitus, & ad fructus ex eâdem arbore colligendos, repugnante licet animo, redire jussus, hanc protinus vidit virentibus foliis, maturisque fructibus redintegratam, onustamque (*a*). Multitudinis item piscium quondam collectæ a piscatoribus diu frustra laborantibus, & retia per quadrantem vix temporis laxantibus in loco, quem Cardinalis indicaverat, illuc deinde pisces advocans nutu, & voce sua (*b*): nec non apparitionis ejusdem Cardinalis adhuc

so, ma gionto a quelle camere sotto l'appartamento principale venne a visitarmi detto Signor Cardinale Bellarmino, e postomi le mani alla fronte stringendola, disse quelle parole: *Super ægros manus imponent, & bene habebunt*, e mi domandò come mi sentivo, risposi, che non avevo più male alcuno, e così fu in effetto, poichè venendo il Medico mi trovò senza febbre, e mi levai fra poco sano. Vero è, che allora non pensai da che si fosse proceduto il risanarmi cosi all'improvviso, attribuendone la cagione al mutar delle stanze, & al pigliar di quell'aria nel traversare il cortile di S. Marco; ma dopoi ho considerato, che possa essere stata una grazia del Signor Iddio mediante l'intercessione di questo buon Servo di Dio.

(a) *Hujus rei testis est uxor illius, qui ficus deferebat de visu, quoad combustionem arboris in fronde, & fructibus, & de auditu a marito jam defuncto quoad alia, quæ evenerunt, additque* -- Che molti andavano a vedere detta fico così rinverdita, e tenevano per miracolo così, come intesi dire da tutti quelli, che la videro --. *Ac testes etiam sunt alii duo Cives Capuani de auditu ab eodem, qui ficus deferebat; ac Sacerdos alids Sacrista Ecclesiæ Capuanæ de auditu a patre suo, aliisque civibus, ut in Sum. add. n.13. pag.116. & 117. ubi recensentur dicta testium super tertio miraculo.*

(b) *Ex tribus testibus de visu, & auditu proprio relatis in Sum. add. num.13. pag.118. 119. 120. & 121. quorum duo piscatores iidem erant, & quorum alter refert preces a Cardinali ad quamdam ædiculam Sacram fusas, priusqnam ejus verbo magna illa fieret piscium præda: ait enim* -- Intanto il Signor Cardinale spinse pochi passi avanti, dove sta una Cappelluccia (sta nell'istesso luogo, dove si voltano agl'argani, per alzar li nassoni) & in quella il Signor Cardinale s'ingienocchiò, facendo orazione per un quarto d'ora, & alzato si accostò a noi, che stavamo all'argani al fiume, e levò la mano, che teneva sotto il mozzetto, fè segno, venite pesci, di maniera che tutti l'intesimo -- *Interrogati autem, num præda illa pro miraculo habita tunc fuisset, responderunt, alter quidem* -- Che quella sera tutti tenevano, & io in particolare tenni per miracolo questo fatto, perchè era cosa insolita, e l'attribuivano al buon spirito, che era il Cardinale --; *alter vero* -- Questo si tenne da tutti, & io particolarmente lo tenni per miracolo, perchè non si era fatta mutazione nell'acqua del Fiume, ma solo l'attribuimmo all'orazione, e vita santa del Sig. Cardinal Bellarmino.

adhuc viventis, ac in Urbe commorantis Francisco de Thomasiis Canonico Capuano, ac tum Vicario S. Nicolai Barensis, qui anno 1613. sub noctis horam quartam adhuc vigilans in ædibus suis eum Cardinalitiis indumentis amictum, sibique plura pro ejus Ecclesiæ regimine præbentem monita illic vidit, audivitque, nec ullà interjectà morà publicum sequenti die edictum tulit iis temperatum monitis, ut idem Canonicus perhibet, & ex ejus ore tunc accepisse confirmat alter testis, quum novi illius edicti caussam ab eo sciscitaretur (*a*).

197. Bono itaque animo sermonem flecto ad alteram hujus disputationis partem de iis, quæ *obstativa* dicuntur, & quibus diluendis longam, diligentemque Postulatores operam dedere: quapropter ut illa eodem, quo in Animadversionibus Sanctitatis Tuæ proposita sunt, ordine percurram, sese primum offert Causâ Cardinalis Klesselii a ministris Cæsarianis in custodiâ detenti; in quâ quidem Causa jam olim Bellarmino objectum fuerit, quod *scripserit, & suffragio suo probaverit, dictos ministros in censuras Ecclesiasticas non incidisse, quasi Austriacis nimis esset addictus* (*b*): quam tamen immerito objectum id fuerit, ostendunt & facti qualitas, & ejusdem facti exitus. Delicta quinque, si Theodoro Amydenio credimus, Klesselio adscribebantur, non præteritum tantum,

(a) *Idem enim Canonicus hæc refert* -- a tre in quattro ore di notte, mentre io stava su in letto vigilante con candela accesa, ma vestito, così pensoso con pensieri verso la bontà, e santa vita del Signor Cardinale, mi apparve il medesimo da me ben conosciuto, vestito in abito Cardinalesco, senza però che di principio avessi pigliato spavento alcuno: mi disse, non sapete, che io vi ho fatto Canonico, acciò serviate la Chiesa? Risposi io di sì, ma che serviva una Chiesa intiera con maggior frutto -- *& post plura* -- mi fece avvertito di molti altri particolari, che non ben mi sovvengono; ma tutti erano pieni di zelo e di carità, che perciò io le promessi la mattina seguente rimediare con li ordini nuovi, così come feci attaccando l'editto sopra li detti particolari sopra le Porte della Chiesa, li quali essendo visti dal P. Antonio Beatilli Gesuita, che predicava in quel tempo in d. Chiesa, mi disse: che tanti ordini Signor Vicario? Ed io le dissi, che venisse da me, che l'averia raccontata la causa, così, come in effetto le raccontai, essendo venuto, distesamente; e dopoi detta apparizione del Signor Cardinale mi ricordo, che restai un poco non solo attonito, ma atterrito, perche mi disparve in un tratto -- *His omnino consonat P. Beatillo in eodem Sum. addit. num.13. pag.122. subjungens* -- e l'ho scritto più volte a Roma al Padre Muzio Vitelleschi nostro Generale, il quale mi ordinò, che quando havessi ad essere esaminato lo dicessi.

(b) *Ut refert Theodorus Amydenius in elogiis Summorum Pontificum, & Cardinalium citatus in animadvers. num. 72. 73. & 74.*

sed præsens, ac futurum Reipublicæ damnum obtendentia (*a*); atque ex his *primo, quod inimicitias, & divisiones inter Principes Austriacos aluerit .... tertio, quod Principibus hæreticis communicaret, arctamque cum iis amicitiam coleret*. Sive hæc, sive alia essent, seu vera, seu falsa crimina, hoc unum ex Amydenio, & aliis Scriptoribus constat, incubuisse in id Cæsarianos, ut violentiam excusarent *specie religionis, & necessitatis* (*b*) ad avertendam nimirum Reipublicæ subversionem (*c*); sive quia aliter *Respublica magni alicujus detrimenti periculum subiret* (*d*). Bellarminus autem id solum dixit: *Non spernendas omnino rationes Cæsarianorum dicentium, permissum esse retinere Cardinalem captivum, quando Respublica magni alicujus detrimenti periculum subiret* (*e*): quod omnino congruit cum eâ sententiâ, quam non improbavit SANCTITAS TUA in laudatis Animadversionibus (*f*). Facti vero exitus, sive *censurarum rigor mitigatus authoritate Cardinalis Bellarmini*, ut scribit Ciacconius, ostendit rectum ejus, & prudens consilium fuisse, nisi una cum Bellarmino & Cardinales reliquos ejus consilium probantes, & Pontificem ipsum dicamus turpiter errasse.

198. Secundo loco profertur communicatio a Bellarmino habita cum Paulo Sarpio, quem nostræ communionis fuisse negat Bossuetus Meldensis Episcopus. At alium communicatio hæc authorem non habet, præterquam incertum Scriptorem Vitæ ejusdem

(a) *Quæ omnia referuntur in animadversionibus Sanctitatis Suæ num.74.; atque similia refert Georg.Eggi in PurpuraDocta lib.5.pag.271.*-- Itaque *Klesselius* -- quod Turcarum militi oppidum ante præfinitum tempus tradiderit, quod cum hæreticis arctissime communicaverit, quod Matthiam Cæsarem arma in Rodulphum Augustum capere coegerit, & quod electionem Regis Romanorum apud Rodulphum impedire studuerit -- accusatus carceri adjudicatur, & Abbati cuidam in Monasterio tamquam publicæ pacis perturbator,& læsæMajestatis reus custodiendus traditur, eo in carcerem compacto rogatur Pontifex, ut judices super hac Causa illis in partibus deputet &c.

(b) *Ut ait Palutius in fastis Cardinalium volum.4.pag.54.*

(c) *Ut habet Theodorus Amydenius loco cit.*

(d) *Scribit enim Ciacconius tom.4. pag.441.* -- Censurarum rigor mitigatus auctoritate Bellarmini,asserentis, non spernendas omnino rationes Cæsarianorum dicentium,permissum esse retinere Cardinalem captivum, quando Respublica magni alicujus detrimenti periculum subiret; hoc enim Klessellio opponebatur.

(e) *Ciacconius loco cit.*

(f) §.75. *ubi quod* -- Principes seculares ad summum impune possunt adversus Episcopos, aut Clericos seditiosos procedere ex caussà publici boni, & per modum justæ defensionis, quando imminet damnum Reipublicæ, quando periculum est in morà, secus autem cessantibus istis circumstantiis.

dem Pauli Sarpii, neque Bellarmino coævum, neque idonea rerum documenta proferentem (*a*), neque sinceræ fidei, sed plurimis, apertisque mendaciis refertum, ac Sarpii nimium studiosum (*b*). Quod si veritatis aliquid narrationi suæ ipse miscuerit, & salutatione aliquâ ad Sarpium semel, aut iterum missâ Bellarminus indicarit, se nihilominus benevolentiâ, & amore prosequi personam ejus, cujus errores, & calumnias tam strenue, doctèque scriptis suis detexerat, ac confutarat; non alio certe animo hæc præstitisse credam, quam quo & Augustinus (*c*), & alii Sancti Viri, & recentiore ævo Franciscus Salesius studuere adversæ religionis homines his, vel similibus lenitate plenis officiis demereri (*d*).

199. Nihil hîc moror nimiam libertatem, quâ tertio loco Bellarminus dicitur adversus corruptos Religiosorum mores declamasse in libello De Gemitu Columbæ, præbuisseque aliis occasionem edendi alterius libri inscripti *Vox Turturis*, eo consilio, ne infirmi ab eo opere Cardinalis sumerent ansam detrahendi Sacris Religiosorum Ordinibus. Libellus enim ille De Gemitu Columbæ & lectione suâ, & piorum omnium, doctorumque virorum judicio invidiam omnem longe superat; tamque procul abfuit ab concitandâ in Bellarminum minus æquâ opinione authoris ipsius alterius libelli *De Voce Turturis*, ut ibidem ipse (*e*) cum laudet *fidei athletam robustissimum ..... & novum Antonium in*

(a) *Edita namque est hæc vita anno* 1687., *ubi pag.* 213. *hæc leguntur* -- Un altro particolare non è da tacere in tal proposito. Il Cardinale Bellarmino, col quale il P. aveva avuta conoscenza, come s'è detto, e benche fossero corse le scritture a stampa di sopra menzionate, non restava però nell'uno e nell' altro estinto quel buon affetto, che aveva per radice la virtù, e carità Cristiana, mandò due volte a fargli amorevoli salutazioni &c.--; *deque his alia plura subduntur, relata in animadversionibus num.*76. *sed, unde accepta fuerint, non apparet*.

(b) *Ut apparet ex eâdem narratione, & ex integrâ ejus libri historia*.

(c) *Epist.*146. *ad Pelagium tom.*2. *edit. nov. oper.* -- Gratias (*inquit*) ago plurimum, quod me litteris exhilarare dignatus es, & certum facere de salute vestra: restituat tibi Dominus bona, quibus semper sis bonus, & cum illo alterno vivas in æternum Domine dilectissime, ac desideratissime Frater &c. simul admonens, ut potius ores pro me, quo talis a Domino fiam, qualem me jam esse arbitreris.

(d) *Uti refert Carolus Augustus Salesius in ejus vita lib.*3. *pag.*107. *& pag.*124. -- Iterum, *inquit*, Genevam profectus est, salutavit Bezam, tamquam simplici officio: rigidique senis ita sibi conciliavit animum, ut de ipso quidquid deinceps vellet, facturus videretur.

(e) *In adjuncto Scriptorum elencho ad annum* 1602.

in sublevandis pauperibus, in vitæ perfectione Basilium, in confutandis hæreticis Irenæum a divinâ Providentiâ destinatum.

200. Transgredior propterea ad Commentariolum Vitæ una cum ejus Appendice a Bellarmino conscriptum, quod ceteroquin SANCTITAS TUA, licet severissimis antea notis compunxerit & devitatæ occasionis Martyrii, & jactantiæ, & levitatis, & detractionis famæ alienæ, & aliis pluribus; deinde tamen veritati obsequens adfirmare non dubitavit, iis omnibus a Postulatoribus satisfactum esse (*a*).

201. Martyrii periculum, quod imminebat ex hostili adventu Principis Arausii in Civitatem Lovanii, quodque Bellarminus narrat cum Sociis aliis declinasse, sapienter omnino declinavit juxta monitum illud Præceptoris divini ad Apostolos suos: *Cum autem persequentur vos in Civitate ista, fugite in aliam*; ac exemplum tot veterum Sanctissimorum Virorum, qui non secus fecere: immo quum ab eâ Civitate aufugerit imperio Rectoris Collegii (*b*); gravis plane criminis arguendus fuisset, si meliorem putasset victimam, quam obedientiam, & gladio potius hostium, quam præcepti se immolare (*c*) voluisset. Non itaque Bellarmini fuga naturæ infirmitati, sed virtuti potius tribuenda est; neque ullam propterea suspicionem præbet minus parati animi ad gloriosam mortem, quæ se obtulisset, pro Christi nomine perferendam.

202. Quin vero [ut omittam, quod famâ non satis certâ fertur *Apologetico suo libello in Angliam transmittendo eam pie invidisse sortem, quam eidem haud tristis fuerat ominatus* hisce carminibus: *Parve, sed invideo, sine me liber ibis in ignem: Hei mihi, quod Domino non licet ire tuo* (*d*)], ex ejusdem Bellarmini ore, ex cujus scriptis fugam ejus novimus, Cardinalis Crescentius nobis tradidit ea facti adjuncta, quæ non modo firmam, constan-

(a) *De Canoniz. lib.3. cap.10. num.11.*

(b) *Uti refert idem Bellarminus in suo Commentariolo* — quia vero hostis multo citius adfuerat, quam sperabatur, Rector Collegii jussit omnes mutare vestes, & ponere comas, ne corona clericalis appareret, & dimisit eis modicum pecuniæ, quod erat in Collegio, & dimisit binos & binos, ut salvarentur ab imminenti periculo, quomodo possent — *itidemque Card. Crescentius ex Bellarmini colloquio mox referendo.*

(c) Tanto quisque Deum citius placat, quanto ante oculos ejus repressa arbitrii superbia gladio præcepti se immolat. *Ita sanctus Bernardus lib. de ord. vit.*

(d) *Id retuli verbis epistolæ postulatoriæ XLV. Præpositi, ac Definitorii Generalis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.*

ſtantemque animi præparationem oſtendunt pro ſubeundo Martyrio, ſed interioris etiam gaudii ſignificationem ex ſpe aliquâ, in quam ſe ipſe conjecerat, capitalis, ac turpis ſupplicii (a), ſub cujus loco, dum itinere fatigatus humi procubuit, jacere ſe tandem animadverterat. Quod ego facillime credam de Viro, qui pro Catholicæ fidei defenſione nullis pepercit incommodis, & laboribus, nec ullas hominum potentiorum inimicitias pavit: qui vehementiſſimis litteris adeo inflammare ſtuduit aliorum pectora ſive ad ſupplicia quæcumque conſtantiſſime toleranda, ne vel minima corrumperetur intemeratæ fidei ſyllaba, ſive ad fortiter, ac ſtrenue dimicandum contra hoſtes Catholicæ gentis; quia neque mors, neque vita ſeparare poſſet a Charitate Dei; multoque beatiores eſſent, qui pro Domino, quam qui in Domino morerentur (b): de Viro demum, qui res omnes caducas, & vitam ipſam faſtidio habens frequentiſſimo, quaſi a naturâ ingenitum illi eſſet, æſtuabat deſiderio liberandi ſe ab corpore mortis hujus, ac proficiſcendi in domum ſuam, domum nempe æternitatis ſuæ.

203. Jactantiæ nota, quæ Bellarmino inuritur ex deſcriptione Vitæ ſuæ, rerumque, ex quibus laudem aliquam ſibi comparare poterat, facillime abſtergunt circumſtantiæ illæ, quarum vel nonnullis, vel pluribus intercedentibus, non modo cujuſlibet culpæ vacuas, ſed & honeſtiſſimas cenſeri, & a plurimis Sanctis Viris uſitatas fuiſſe manifeſtationes propriarum rerum laudabilium,

omnes

(a) *Cardinalis Creſcentius in ejus atteſtatione. Sum. pag.* 85. §. 16. Stavo (*diſs' egli*) in una Città di Fiandra, che non mi ricordo, quando all'improvviſo mi convenne per Obbedienza de' miei Superiori fuggirmene con un mio compagno bello che a piè, perchè alcuni eretici mi voſevano uccidere, e dopo aver corſo un poco fuori della Città, come quello, che non erò a ciò atto, ne avvezzo, mi gettai, non potendo più, da un lato della ſtrada, come per morto; & alzando gli occhi al Cielo, m'accorſi, che giacevo ſotto le forche, le quali, come è ſolito, erano piantate vicino alla Città per terrore, e caſtigo de' malfattori: e parendomi d'aver facile, e pronta occaſione per il martirio, dicevo al mio compagno: Stiamo fratello allegramente, perchè, come tu vedi, a punto pare che queſte forche ſiano preparate per noi. Quando che all'improvviſo comparve una carrozza, che con alcuni paſſaggieri correva via, allora il mio compagno fece cenno, e pregò quei tali che per carità voleſſero menar ſeco me, che per ſtanchezza giacevo in terra mezzo morto, & eſſi ancorchè eretici, ma di fazione contraria a quelli, che mi volevano uccidere, ben informati d'ogni coſa, diſſero volerlo far molto volentieri, come lo fecero, e per diſpetto di quell'altri.

(b) *Vide ſupra* §. 51. & 62.

omnes norunt ex iis, quæ de hoc argumento latissime disseruit Sanctitas Tua (*a*).

204. *Quis* Bellarminus esset, qui Commentariolum vitæ suæ conscripsit, satis dignoscitur ex superiore disputationis hujus parte: nimirum Vir erat in summâ dignitate positus, maximo in honore habitus, & ab æqualibus, & ab Principibus, Regibus, ac Summis etiam Pontificibus, & ab ipsis Ecclesiæ hostibus, innumeris fere sive gratulatoriis, sive laudatoriis epistolis, omniumque ore, & scriptis celebratus, & assecutus quidquid existimationis, & gloriæ præter Summi Pontificatus apicem conferre potest summæ virtutis, summæque doctrinæ meritum: qui propterea tam facile credendus est vanæ alicujus gloriolæ titillatione percitus ad rerum suarum memoriam litteris consignandam, quam facile credam, virum deliciis, & opibus affluentem eo dementiæ labi, ut denarii, vel oboli alicujus stipem quærat. Vir etiam erat & conspicuæ adeo virtutis, qualem referunt actiones ejus omnes, & præsertim ingenii adeo abhorrentis ab extollendi sui ipsius cupiditate, ut ab ipsâ adolescentiâ suâ flammis tradiderit carmina quædam ab se edita de impedimentis, quæ sibi adferebantur, ne ingrederetur Societatem: *Erubuit enim de rebus suis scribere*, ut ipse perhibet (*b*); Societati Jesu se devoverit hâc præcipue de caussâ intercludendi sibi spem omnem ad honores, ac dignitates; has inexorabili semper odio fuerit prosecutus; laudes præterea omnes, quantum licuit, vivens, & moriens depulerit; ab aliis etiam pessime haberi non solum patienter tulerit, sed optarit; merueritque de humilitate, tamquam de virtute peculiari quâdam ratione ejus propriâ, & ad miraculum proximâ ab omnibus commendari (*c*). Ergone tunc solum, quum res Vitæ suæ descripsit, in virum alterum, suique adeo dissimilem conversus est? Non utique.

205. *Quid* enim scripsit, in quo ipso non aperte se prodat *summa ejus humilitas*? Quum posset in tantâ rerum copiâ haud exiguum volumen conficere, quemadmodum postea Scriptores alii de iis confecere, paucis vix foliis ipse narrationem totam absolvit. Exteriora quædam dumtaxat, ac plerumque vel multis audien-

(a) *De Canoniz. Sanctor. lib.3. cap.40.*

(b) *In eodem Commentariolo vitæ suæ.*

(c) *Hinc Sanctitas Sua in cit. lib.3. cap.40. fuse ostendit*; *quod* si ex aliis documentis de ejus humilitate, ceterisque virtutibus constet, facile aliis supra expositis non deficientibus circumstantiis, quæ ipse de se dixit, existimari poterunt immunia a labe superbiæ, & vanæ gloriæ.

dientibus, ac ſpectantibus geſta, ævo ſuo multis jam cognita (*a*) recenſuit. Plura tacuit ex iis, quæ ſibi honorificentiora fuiſſent, nec adeo in vulgus effuſa; veluti reſponſionem illam, quam coævi Scriptores (*b*) perhibent, *eâ libertate ſermonis, & candore, quem habuit perpetuum*, *datam* Cardinali Cajetano in Galliis agenti, eumque in negotio quodam ad conſilium vocanti: *Miſſum in Gallias ſe tantummodo ad tractanda ea, quæ religioni, non quæ carni, & ſanguini proſpicerent* [*agitabantur enim jura Principum quorumdam*]; officia, & preces, quibus Cardinales Congregationi Indicis adſcripti egerunt apud Sixtum V. Pontificem Max., ne Bellarmini Opera interdicerentur (*c*); Purpuræ honorem multo jam ante a ſummis Pontificibus Innocentio IX., & Clemente VIII. ei deſtinatum, ac interceptum operâ Patrum Societatis; præclarum elogium ab ipſo Clemente VIII. de ſe habitum, dum Cardinalis inaugurareтur: *Hunc eligimus, quia non habet parem Eccleſia Dei quoad doctrinam*; plaudentes undique ejus inaugurationi univerſarum gentium voces (*d*); maximam omnium gratulationem de Capuanæ Eccleſiæ regimine ei collato, *ſacro Collegio conclamante*: *Dignus digne* (*e*); pergrandem quorumvis ordinum concurſum, & ſingulares obſequii, & lætitiæ ſignificationes, quibus exceptus eſt a Capuanis; communem viciſſim eorum dolorem, ac fletum in ejus ad Urbem reditu (*f*); cauſſam utendi operâ, & conſiliis ſuis, ob quam Paulus V. eum in Urbe manere voluit; optimam item voluntatem, & opinionem ſui habitam a Gregorio XV., qui propterea in Palatio Vaticano habitationem illi conſtituit, veluti glorioſum ſibi Pontificatum reddituro ſapientiâ ſuâ; conſultationes præterea continuas de graviſſimis, & ſanctioribus cauſis; authoritatem, quam in Cardinalium congregatio-

---

(a) *Juxta illud Tullii Academicar Quæſt. editionis primæ lib.2.* Nos autem illa exteriora cum multis, hæc interiora cum paucis ex ipſo ſæpe cognovimus.

(b) *Petraſanct. vitæ lib.2. cap.9. fol.158. ſubjungens* -- Hodieque magnus quidam Præſes Pariſienſis nomine Seguerius, qui tum intererat, propterea Bellarminum a ſe in ſummà veneratione deinceps habitum affirmat.

(c) *Veluti refertur in animadverſ. Sanctitatis Suæ num.49.*

(d) *Cardinalis Bentivolus in ſuis memoriis relatis in Sum. add. num.14. pag.162.* -- Creò Bellarmino Cardinale .... con tanto applauſo non ſolo della corte Romana tutta, ma di tutte le nazioni foreſtiere, che da gran tempo innanzi nè dentro, nè fuori di eſſa non ſe n'era veduto alcun'altro maggiore.

(e) *Ut teſtatur Ven. Cardinalis Baronius ad annum 1968.*

(f) *Ut plene referunt teſtes II.III.IV. ex Cap. Apoſt. Sum. pag.14. & 15., aliique in Sum. add. pag.34. §.1. & 2. & pag.56. §.11. & 12.*

gationibus obtinebat; tot alia præclare gesta in utilitatem Ordinum, & locorum piorum, quorum Protector erat; tum deinde frequentissima, & continua doctrinæ, ac virtutum suarum præconia, maximæque omnium erga ipsum venerationis argumenta.

206. *Quid* præterea *de virtutibus suis* scripsit? Plura quidem fateor, scripsit; sed si comparentur cum iis, quæ referre omni jure potuisset, parcissime dicta, ac parce adeo, ut sibi ipsi visus fuerit *de virtutibus suis nihil dixisse*. Nihil enim dixit de virginitate sua, quam tamen ore tenus quondam Cardinali Crescentio amicissimo suo revelaverat (a); sed solum commemoravit carmina, quæ adolescens de virginitate edidit. Nihil de gaudio illo eidem Cardinali nunciato, quo se infami supplicio tradendum ominatus fuerat, dum hæreticorum metu ab Lovanii Civitate aufugiens, & in viâ consistens sub furcæ patibulo se jacere conspexisset (b), quamvis de fugâ hujusmodi longam mentionem habeat. Nihil de sanitatis gratiâ, quam precibus suis impetravit, dum Florentiæ hecticâ febri laboraret (c), id solum innuens, quod cœpit melius valere *per mutationem aeris, & curam medici valde boni* (d). Nihil de firmissimâ illâ in Deum fiduciâ impetrandi quidquid ipse peteret (e). Nihil de frequentissimis, ardentissimisque desideriis suis evolandi ad Deum, cœlestemque patriam, *domum suam*. Nihil de jejuniis, de vulgaribus cibis, de tot ejus laboribus, de patientiâ in tolerandis injuriis, morbis, doloribus, frigore, æstu, aliisque incommodis, ac quibuscumque adversis, & molestis rebus; deque interdictâ sibi cujuscumque solatii, voluptatis, & ocii specie. Nihil denique de tot aliis præstantissimis actibus insignis Charitatis suæ in Deum, & proximum, aliarumque virtutum, de quibus tam prolixe superius actum est.

207. Iis vero, quæ scripsit, non erubuit illa quoque nominatim adjicere, quæ gloriam, & famam eius minuerent; veluti quod *ingenium* habuit *non subtile, & elevatum*, licet *accommodatum ad omnia*; quod sermoni ab se annos quindecim agente primum habito *in Confraternitate primariâ Civitatis materiam subministrarunt Patres Societatis*, licet *ipse sibi memoriam, & ver-*

(a) *Ut idem Cardinalis Crescentius refert. Sum. pag.* 84. §. 2.
(b) *Idem Card. Crescentius loco cit. in fin.*
(c) *Ut de auditu ab eodem Bellarmino refert T.XX. Sum. pag.* 26. §. 8. & 9.
(d) *In ipso Commentar. vitæ suæ. Sum. pag.* 120. §. 11.
(e) *De quâ ex colloquiis habitis cum Bellarmino P. Eudæmonjuannes. Sum. pag.* 100. §. 11.

verba, *& actionem de suo apposuerit*; quod proximo ante aditam Societatem tempore *explicabat Doctrinam Christianam*, *& hortabatur rusticos ad pietatem*, *sed non adeo frequenter*; quod adolescens *majori spiritu*, *& audacia tunc verba faciebat e suggestu*, *quam postea quum esset senex*; quod initio, quum *forte legeret conciones Cornelii Episcopi Bituntini*, cœpit *conciones scribere ad verbum*, *& recitare non sine magno labore*, quamquam postea decreverit non adeo studiose earum verbis adlaborare; quod *nihil ibi egit* [in Gallia] *nisi nomine Cardinalis Legati*: *scripsit Epistolam Latinam ad Episcopos Galliæ dehortans eos a schismate .... & hoc impeditum fuit*; quando tamen & vitæ exemplo, & doctrinâ plurimum illic profuisse traditum sit (*a*). Candide etiam confessus est, quod Genuæ *occasione Congregationis Provincialis habuit concionem in maximâ frequentiâ auditorum*, *sed totam fere desumtam ex oratione S. Basilii in illud*: *Attende tibi*; ejusque rei candide pariter rationem exponens, *sciebat enim* [inquit] *in illo auditorio non multos esse*, *qui furtum ex Basilio agnoscere possent*. Meminit quoque multos, ut ferebatur, *ægre valde tulisse*, quod e Galliis revertentem *eum videre non potuissent* in transitu per Basileam; sed addit, *an ei nocere*, *vel honorare voluerint*, *incertum est*. Nonnullas eventorum prædictiones refert, subjungens tamen, *quo spiritu ductus hoc dixerit*, *nescio*, *nisi quod ita evenit illi in mentem*: & alibi, *ipse tamen neque erat Astrologus*, *neque Propheta*, *sed casu ita loquebatur*.

208. *Cur* vero hæc, & alia, quæ leguntur in Commentariolo, ejusque Appendice, ipse conscripsit? Illud quidem, quia *rogatus ab amico*, *& fratre*, scilicet P. Eudæmonjuanne, quem plurimi faciebat, habebatque magnâ, diuturnâque necessitudine sibi devinctum; tum etiam Superiorum jussu in Neapolitanâ Civitate olim constitutum, ut sibi Capuæ degenti prope adesset, daretque operam revincendis hæreticorum contra eum scriptis; ac ultra id omnium fere arcanorum, & consiliorum suorum participem (*b*). Appendicem

(a) *Ut ex ore ipsius Cardinalis Cajetani refert P. Benedictus Justinianus. Sum. pag.* 112. §.48. --, nella quale Legazione diede il Padre molta edificazione colla sua buona vita esemplare, e fece non piccolo frutto colla dottina.

(b) *Idem P. Eudæmonjuannes. Sum. pag.* 98. §. 1. 2. 3. 4. -- Essendo stati assieme in Collegio Romano, quando lui leggeva, e poi nell' istesso Collegio fu mio Rettore: dopo che fu Arcivescovo di Capua, fui chiamato dall'obbedienza da Padova, dove leggevo Teologia, e mandato a Napoli per starli vicino, e rispondere agli eretici, che scrivevano contro di lui; e con questa occasione ebbi molto fa-

cem vero, suadente P. Mutio Vitellesco sui quoque fidissimo, ac munus tunc Adsistentis Generalis persungente (a), cujus idcirco utriusque multis quoque aliis nominibus spectabilis (b) vel rogatio, vel consilium summæ rationis loco haberi poterat a prudenti quolibet viro (c); atque a Bellarmino præsertim, cujus voluntas Superioribus Societatis adeo submissa erat, & aliorum consilio addictissima, & quam maxime ob id ipsum consentanea simplicis Voti obligationi, cui se Professi omnes Societatis Religiosi subjiciunt, audiendi [si quando Ecclesiam aliquam regendam suscipiant] & Præpositi Generalis, & eorum, quos ipse delegarit, consilia (d). Nihil hic dispu-

to,

---

to familiare trattato e pratica con sua Signoria Illustrissima; e perche si fidava di me, e mostrava di avermi anco qualche concetto, nelle occorrenze si consigliava meco delli dubbj, che li occorrevano intorno alla coscienza sua, ed in altre cose di lettere; e da sei, o sette anni in qua mi dava a rivedere li libri ... Con questa molta familiarità, che io ebbi seco, e confidenza, che lui aveva in me .... perche era persona molto candida, li cavai moltissime cose di bocca toccanti al suo interiore; e ad istanza mia fece uno scritto di cinque fogli, che cominciava *N. natus est*. Questo scritto di sua mano io lo portai, e consegnai alla Casa Professa, che si conservasse nell'Archivio, al quale ho poi trovato, che lui aggiunse un'altro foglio con il titolo *Appendix*, e con la soprascritta al P. Muzio Vitelleschi allora Assistente della Compagnia.

(a) *Ex P. Eudæmonjuanne loc. cit.*

(b) *Quorum elogia videre est apud Allegambe in Bibliotb. Societ.*

(c) Præterea videndum erit (*inquit Sanctitas Sua de Canoniz. lib. cit. cap. 40. num. 9.*) num scripserint consilio, aut jussu suorum Superiorum; qui enim scriptis mandaret absque consilio & jussu suorum Superiorum, quæ sibi in virtutum exercitio, vel gratiarum divinarum receptione insignia obtigerunt, inanis gloriæ, aut imprudentiæ notam evitare fortasse non posset. Quocirca de hujusmodi consilio, ac jussu quæsitum est in Causis Servorum Dei Alfonsi Rodriquez, Cardinalis Bellarmini, & Orosco, qui res suas scriptis commiserunt.

(d) *Hujus Voti formulam recitat Suarez T. IV. de Relig. lib. 6. de Instit. Societ. cap. 9.* -- Promitto, siquando acciderit, ut hac ratione in Præsidem alicujus Ecclesiæ promovear, cum curà, quam de animæ meæ salute, ac rectà muneris mihi impositi administratione gerere debeo, me eo loco, ac numero habiturum Præpositum Societatis Generalem, ut numquam consilium audire detrectem, quod vel ipse per se, vel quivis alius de Societate, quem ad id ipse substituerit, dare mihi dignabitur. Consiliis vero hujusmodi ita pariturum me semper esse promitto, si ea meliora esse, quam quæ mihi in mentem venerint, judicabo.

Adnotare autem hic juvat id, de quo disputat idem Suarez loc. cit. n. 16. -- Dubitari (*inquit*) potest: an sub hoc Voto comprehendatur Cardinalis ut sic, idest qui non sit Episcopus: nam ille ex vi talis dignitatis nulli Ecclesiæ præest. Nihilominus verius censeo comprehendi: nam illud verbum, Siquando in præsidem alicujus Ecclesiæ promovear, explicandum est juxta Constitutionem, ex qua forma illa vovendi sumta est: Constitutio autem par. 10. §. 6. sic habet -- *Promittat etiam Deo, quod si quando dicto modo compulsus prælationem aliquam extra Soci-*

to, num Bellarminus quo tempore Commentarium illud edidit, anno scilicet 1613., quo Capuanam Ecclesiam multo jam antea administrare desierat, ex ea Voti obligatione teneretur pronas aures, & animum præbere dictis utriusque, vel alterutrius ex Patribus, quos nominavi, licet hi jus, aut locum, & vices Superiorum minime tunc obtinerent, aut obtinuisse perhibeantur. Id enim disputandum esset, quotiens quæstionem haberemus, num Bellarminus contra Voti obligationem quidquam peccasset detrectando vel audire, vel sequi, quod illi faciendum proposuissent. At quum audiverit, & fecerit, dicamus oportet, vel explevisse obligationem Voti, siqua tunc adesset; vel tutiorem partem sibi delegisse, siqua circa eam obligationem dubitandi ratio incidisset; vel etiamsi certissime res illa excessisset susceptæ obligationis terminos, non ex reddendi Voti necessitate, sed ex sumendi ab eo exempli voluntate præstitisse id, quod rei Voto comprehensæ simillimum foret, aptissimeque responderet.

209. Nec optimæ, & honestissimæ deerant caussæ expetendi a Bellarmino distinctam, ac temporum ordine digestam adnotationem rerum, & actionum saltem exteriorum sui ipsius. Poterat enim hæc aliquando non modico esse usui ad refellendas tot putidas, ac fabulosas criminationes de Vitâ ejus ab Ecclesiæ hostibus evulgatas (*a*): se ipsum autem absque culpâ reprehensionis laudare aliquis potest, si calumniæ, aut accusationis depellendæ gratiâ id faciat (*b*). Poterat itidem adnotatio hujusmodi Bellarmino suaderi, *vel ad hoc, quod Deus ab hominibus glorificetur, vel ad hoc, quod homines proficiant ex bono, quod in alio cognoscunt* (*c*). Sane probabilem aliquam, & honestam caussam fuisse Bellarmino exterius illud Vitæ suæ specimen litteris consignandi, & illa mihi persuadet sollicitudo, quâ, præterlapso vix anno ab ejus obitu, laudati Societatis Patres Mutius Vitellescus tunc Præpositus Generalis, & Andreas

cietatem admittat, & cetera. Non est autem mihi dubium, quin Cardinalatus in omni proprietate, & rigore sit Prælatio extra Societatem: ergo etiam ille (*Cardinalatus*) sub hac promissione comprehenditur. Unde vox illa *Præses*, seu *Præsul* alicujus Ecclesiæ, ut æquipollens sumta est: præsertim quia Cardinalis, licet Episcopus non sit, titulum habet alicujus Ecclesiæ, in quà jurisdictionem habet quasi Episcopalem, & ideo illi præcedere dicitur.

(a) *De quibus supra* §.34.

(b) *Ut aliorum sententiis adductis tradit Sanctitas Sua de Canoniz. cit. lib.3. cap.40. n.5.*

(c) *S. Thomas 2. 2. quæst.131. art.1. ad 3. & alii relati in cit. lib.3. cap.40. num.6. & 7.*

dreas Eudæmonjuannes una cum Francisco Sacchino Ordinis Secretario interpositâ jurisjurandi religione, & adhibito Notario testari voluerunt, sive priorem Vitæ relationem, sive ejus Appendicem fuisse exaratas propriâ ipsius Bellarmini manu (a). Cur enim hæc sollicitudo, & cura, nisi & ipsi justâ aliquâ ex causâ probassent, utilesque vel tunc, vel aliquando futuras agnovissent eas scriptiones?

210. Ad Dei gloriam, aliorumque profectum conducunt plurimum illa, quod Cinthia Mater ejus *addicta erat eleemosynis, orationi, contemplationi, jejuniis, & corporis castigationi*; quod educarit filios ad pietatem, juberetque *simul incedere, & cum aliis pueris non commisceri*; quod ipse *puerulus annorum quinque, vel sex concionabatur de passione Domini*; quod denique sive junior, sive senior alia quædam laudabilia dixerit, vel fecerit, quæ ibidem narrat, & quæ sive Religiosis, sive Episcopis, sive Cardinalibus salutari sunt documento. Sed & narratio, quæ fortasse alicujus plus æquo modestiores aures offendit, elogii illius post concionem habiti a Canonicis Montis Regalis: *Aliàs tu concionaberis, hodie Angelus de Cœlo concionatus est*, optimum continet monitum pro iis, qui Verbi Dei administrationi incumbunt, ne scilicet adeo laborent in structurâ, & ornamentis verborum; quemadmodum hoc eventu edoctus Bellarminus deinceps fecit, utque alii pariter facerent curavit (b). Meruit quippe elogium illud, ut ibidem scribit, quando pene *desperabat se concionari posse, quum ne quidem unam horam haberet ad concionem memoriæ commendandam*; *sed placuit Deo, ut numquam tam fructuose, & tam libere & ex corde concionatus sit*.

211. Quæ vero in Bellarmini relatione notantur tamquam levia, vel etiam aliis injuriosa, ita ut minime potuerint describi *vel ad hoc, quod Deus ab hominibus glorificetur, vel ad hoc, quod homines proficiant ex bono, quod in aliis cognoscunt*, neque levia, neque cuiquam injuriosa ego arbitror. Nullius quidem, aut parvi momenti videntur esse studium comparandi Virgiliani styli, editio prologi brevioris, *quum præesset recitandæ tragicomœdiæ coram Regina Hispaniæ*, & opera, quam adolescens navavit ludis musicalibus, peritia ita farciendi retia pro venatione, *ut numquam viderentur scissa*, tum etiam lepidus quidam eventus, dum in Collegio

(a) *Id constat ex actu recognitionis eorumdem scriptorum relato in Sum. num.* 30. *pag.* 131.

(c) *Ut dictum est supra* §.68.

gio Montis Regalis Janitoris vices obiret (a). Verum quo magis ludicra, & inepta isthæc apparent [quæ tamen si bene expendantur, non adeo inepta sunt, ut aliis instruendis nihil proficiant] eo propius referunt singularem Ignatii Lojolæ dexteritatem, quâ tegere studuit modum ipsum tegendi præclariores sui ipsius res gestas, has tacendo, leviores que alias, ex quibus nihilominus laus aliqua in eum deflueret, commemorando (b). Eamdemque prorsus artem referre mihi videntur alia quædam de se magis, quam de aliis honorifice dicta, veluti quod a Clemente VIII. antepositus fuerit hymnus ab se editus alteri edito ab Cardinali Antoniano in honorem S. Mariæ Magdalenæ; quod scripta P. Salmeronis pluribus in locis emendarit; quod contra Cardinalem Baronium disputans de Actis passionis S. Andreæ, ipsum in suam traxerit sententiam; quodque longe post profectionem suam ad Capuanam Ecclesiam, alius Cardinalis, licet eodem tempore consecratus *in Archiepiscopum Barensem, distulit egressum suum usque ad finem Octobris*. Nam in his, quæ vel minima, vel non adeò conspicua erant, aliorum animos detinere voluit, ne putarent ab se prætermitti ea, quæ laudem aliquam sibi conciliare possent. Ab iis autem describendis abest longissime quodcumque detractionis vitium; quum ejus generis sint, ut neque veritatem, neque honestatem cujusque lædant, nec etiam opinionem apud alios minuant, ut pote quæ vel publica erant, vel pluribus nota, & innoxia.

212. *Quando* vero Bellarminus fœdasset se multiplici hâc, & jactantiæ, & levitatis, & elationis supra viros alios, & detractionis labe? Lustrum vix agens ætatis suæ de divinis Mysteriis loquebatur; puerulus pueriles omnes vitabat ludos; atque ab adolescentiâ

(a) *Qui superius relatus est §.102. in notis marginal.*

(b) *P. Daniel Bartoli in ejusdem vita lib.4. pag.482.* -- E questa fu arte singolarissima di S. Ignazio, coprire sì bene le cose, che lo potevano fare si riguardevole, che il coprire stesso fosse coperto: onde a chi ben nol conosceva, sembrasse non nasconderle, ma in verità non averle: che è il soprafino dell'umiltà, e scansa la gloria, che gli và dietro. Egli fu richiesto da' suoi con importunissime preghiere di lasciare, come altri Santi pur avevano fatto, per consolazione de'suoi figliuoli qualche contezza di se; indi perche non credessero, che il negarlo nascesse da umiltà, il fece, ma sì, che mostrasse di condescendere al loro desiderio, & intanto soddisfacesse alla sua umiltà: Pertanto dettò al P. Luigi Gonzalez un semplice breve racconto delle cose avvenutegli da che si convertì fino all'anno 1543. rimettendosi nel rimanente del tempo al P. Natale.

tiâ suâ & seculo, & omnibus pompis ejus mori statuit; ac deinceps tam longo vitæ suæ decursu nihil nisi grave, religione, humilitate plenum præ se tulit. Post hæc vero, quum res quasdam vitæ suæ conscripsit, scilicet dum septuagenario major esset, ac dum quotannis soleret *mense potissimum Septembri* colligere se, *ut vacaret orationi, & silentio, dimissis aliis occupationibus, & pulverem contractum ex negotiis variis, siquo modo posset, detergeret, & ad reddendam Deo rationem villicationis se pararet*; quemadmodum habet ipse sub finem relationis suæ; ac præterea, dum his omnibus serias cogitationes intenderet, suspicari licebit, ita desipuisse, ut vanissimo indulgeret labori, ostentationique sui ipsius?

213. *Quomodo* demum narrationem suam confecit, nisi privato scripto, quod non in vulgum sparsit, neque publici juris fecit, sed tradidit solum alterutri e duobus Religiosis, sibique amicissimis viris Eudæmonjuanne, & Vitellesco? Quomodo, nisi abjecto, & simplicissimo stylo, ac nisi verbis ad modestiam compositis, omniaque ad Deum, ejusque gloriam referentibus? Numquam de se ipso nominatim loquitur, sed apposita littera *N.* Fatetur in itineribus multa pertulisse pericula corporis, & animæ; sed *Deum adfuisse innocenti*. Enunciat de quâdam concione habitâ in Collegio Montis Regalis laudes ab aliis delatas ad Superiores Societatis, *quamvis omnino immerito*: item de aliâ concione *placuisse Deo*, ut numquam *tam fructuose, & tam libere, & ex corde* loqueretur; munus docendi Theologiam Scholasticam suscepisse *jactantem in Domino cogitatum*; rursus quod inter itinerum, belli, ac pestis anfractus *ex multis periculis liberavit eos Deus*; ac ut alia prætereain, *de virtutibus nihil dixit, quia nescit, an ullam vere habeat. De vitiis tacuit, quia non sunt digna, quæ scribantur; & utinam de libro Dei deleta inveniantur in die judicii! amen*. Nonne summam verba hæc modestiam, & humilitatem sapiunt?

214. Modestiæ tamen, ac reverentiæ terminos excessisse dicitur Bellarminus scribens, quod *Sixtus Papa infensus erat Cardinali, & Secretario, & ipsi etiam Bellarmino propter inventam in Libris suis propositionem negantem Papam esse dominum directum totius mundi*; quodque Clementi VIII. definitionem celebris Controversiæ de Auxiliis molienti, ac futuram adseveranti libere negaverit eam Controversiam definiturum. Prolixe quamcumque irreverentiæ notam ab his Postulatores expungunt; nec ullus vir sapiens,& prudens non facillime expungi sinet. Verissima,& notissima res erat, Sixtum Pontificem infensum fuisse Cajetano, & Bellarmino

no (a). Potuit Sixtus ex caussis, quæ justæ sibi viderentur, infensus esse. Potuit Bellarminus eâ libertate, quæ conjunctam modestiam haberet, quæque illi consueta erat (b), Clementi dicere, quod de Auxiliis quæstionem non definiturus esset. Nec enim in Bellarmini narratione voculam ullam deprehendo, quæ subindicet liberiorem, quam deceret, eum fuisse (c). Potuit etiam hæc, quæ admonitionem Pontifici factam pro cautione adhibendâ in re gravissimâ, non reprehensionem, aut correctionem errati, aut culpæ alicujus continebant, in Commentarium referre. Quid ergo minus obsequentis animi erga Pontifices Bellarminum culpamus? Ejus sane responsio adeo Clementem ipsum non pupugit, ut deinceps vel easdem, quas antea, vel etiam majores Bellarmino dederit amoris, & existimationis erga eum suæ significationes (d).

215. Memoriæ pariter Sixti Pontificis injuriosum arguitur, quod Bellarminus in Commentariolo suo adnotavit, *ei se reddidisse bona pro malis*; quum ageretur de Bibliis a Sixto editis, quæ, licet *non deessent viri graves, qui censerent esse publice prohibenda*, ipse tamen demonstravit non prohibenda, sed ita corrigenda esse, ut, *salvo honore Sixti V. Pontificis, Biblia illa emendata prodirent*. Verum, sicuti reprehendendus non est, quod dixerit, Sixtum Pontificem sibi infensum fuisse, ita neque reprehendi debet, quod dixerit, *reddidisse bona pro malis*. Æque namque verissimum, ac notissimum erat, mala a Pontifice recepisse ob Controversias jussu ejus in expurgatorium librorum Indicem relatas; quin tamen perscrutari opus sit, num mala hæc passus fuerit ex recto, an minus æquo Pontificis animo:

(a) *Infensum enim Cajetano fuisse prolixe referunt Jacobus Augustus Thuanus. lib.98. Hist. pag.64. Catharinus Davila de Bel. civil. Gal. lib.2. pag.163. Infensum autem fuisse Bellarmino compertum erat ex ipsa prohibitione prioris tomi Controversiarum.*

(b) *De qua supra §.58, 59. & 61.*

(c) *Verba narrationis Bellarmini in Appendice hæc sunt* — Et quum Tusculi esset N. jam Cardinalis cum ipso Pontifice, & de his rebus fieret sermo, sententiam Societatis Papa vocabat sententiam nostram, idest suam, & Societatis; sed postea totus mutatus, & donec N. fuit Romæ, noluit publice de eà tractari, ne ipse N. interesset; sed post ejus discessum continuo disputari voluit coram Cardinalibus Sancti Officii; ipse tamen N. sæpe admonuit Ponficem, ut caveret fraudes, & ut non putaret, se studio proprio, quum Theologus non esset, posse ad intelligentiam rei obscurissimæ pervenire, & aperte illi prædixit, a Sanctitate Sua quæstionem illam non esse definiendam; & quum ille replicaret, se definiturum, respondit N.: Sanctitas Vestra non eam definiet: & hoc idem prædixit Cardinali de Monte, qui postea ipsi N. in memoriam revocavit.

(d) *Ut patet ex dictis in §.49.*

mo: non enim ex malâ tantum, & iniquâ, sed & ex optimâ alicujus voluntate mala in alium inferri possunt, si pro malis sumantur, quæ quoquo modo alteri noceant, vel adversa sint (a). Quid ergo vetabat Bellarminum dicere, quod *reddidit bona pro malis*?

216. Gravius videtur negocium facere historia, quam ibidem exposuit, emendationis eorumdem Bibliorum, quæ Sixti authoritate fuerant edita. Tradit enim, in hâc priore Sixtinâ editione *permulta perperam mutata* fuisse, nec defuisse viros graves, qui censerent publice prohibendam: se vero authorem fuisse præfationis, quæ secundæ editioni a Clemente VIII. evulgatæ præfixa legitur. Bellarmino hinc objiciuntur, tum violatio secreti probabiliter impositi in negocio adeo gravi [de qua tamen secreti impositione, ejusque duratione, ac modo quum nullum extet documentum, immo potius non pauca sint, quæ vel nullam secreti legem fuisse, vel siqua initio fuit, postea desiisse evincant (b), nec ullam etiam præstat disputationem institui]; tum mendacium, in quod impingere necesse sit unam, vel alteram narrationem, aut Commentarioli sui exprimentis *permulta perperam mutata* in priore Sixtina editione, aut præfationis, quæ adjuncta est secundæ editioni, edicentis solum menda, quæ in eam priorem editionem irrepserant præli vitio: quasi solius *præli vitio* adscribi nequeant *permulta perperam mutata*.

217. De Bellarmino tamen, quem perpetuum veritatis, ac simpli-

(a) *Quò sensu Beatus Job dixerat* — Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? -- *Et S. Jacobus in ejus epist.* -- Deus enim, *inquit*, intentator malorum est, ipse autem neminem tentat.

(b) *Nam retractatum fuisse negocium Sixtinæ editionis ab doctissimis viris in id adhibitis constat ex ipsâ præfatione Bibliis præfixa. Præterea P. Mutius Vitelleschi T.XXII. in Proces. Apost. in Sum. num.5. pag.4.* -- So anco [*inquit*] che fu dato a detto Illustrissimo Signor Cardinale Bellarmino la cura di attendere con altri alla correzzione della Bibbia, ed il tutto so di certa scienza, e di pubblica voce e fama — *Petrus item Morinus in epistola ad Sylvium Antonianum tunc Cubiculi Apostolici Præfectum, ac postea Cardinalem se ab eo monitum scribit*, iterum repetendos esse biblicos labores; & miratus sum [*inquit*] sed tamen ab Illmo Marco Antonio Columna accersiti sumus Bellarminus, Agellius, & ego; quumque res traheretur, ab eo ducti sumus Zagarolum una cum Illmo Alano Cardinali, & Reverendissimo Miranda Magistro Sacri Palatii, ac ibi novemdeclm dies commorati una sumus. *Permulta vero fuisse perperam mutata in priore Sixtinâ editione, non modo satis aperte deprehendi poterat ex ipsâ novâ editione, ac præfatione illi præfixâ, ut mox adnotabo in sequenti §. 218. & 219., sed ex ipsâ collatione novæ editionis cum priore Sixtinâ. Errata hujus prioris Sixtinæ editionis multo ante Commentarium vitæ Bellarmini vulgata jam fuisse patet ex iis, quæ inferius adnotantur §.221.*

plicitatis cultorem fuisse novimus, atque ab dicendis, vel audiencis mendaciis adeo abhorrentem, longe æquius sentiendum est. Pro solvendâ propositâ difficultate scio eam inter alias responsionem adferri, quod verba illa Præfationis, *præli vitio*, ab aliis addi potuerint: at, quum *Biblia* fuisse *recognita sub nomine Sixti cum Præfatione, quam idem N.* [videlicet Bellarminus] *composuit*, ipse scribat, nihilque prorsus innuat de ulla mutatione, vel additione, quam tamen in re non adeo levi haud facile prætermisisset commemorare, neque hanc ego contendam: jure tamen negavero, inter se quidquam pugnare Commentariolum Vitæ, ac Præfationem secundæ editionis; sed verba illa, *præli vitio*, quæ in Præfatione leguntur, percommode ita explicari posse, ut unum exprimant, & aliud non excludant; exprimant scilicet typographorum errata; aliorum vero, quorum curæ Sixtina editio commissa erat, non excludant; vel etiam unum, & alterum significent *præli* nomine in latiore significatione accepto.

218. Complura enim perperam mutata esse in priore Sixtina editione, quemadmodum conceptis verbis habet Bellarminus in Commentariolo suo, manifestum quoque est ex præfatione ipsâ posterioris editionis enarrante, quod Sixtus Pontifex animadverterit *non pauca in Sacra Biblia* [prioris suæ editionis] *præli vitio irrepsisse, quæ iteratâ diligentiâ indigere viderentur*, quodque propterea *totum opus sub incudem revocandum censuit*; quod, eo morte prævento, Gregorius XIV. & Innocentius IX. consilium ejus perficere aggressi sunt, *amplissimis aliquot Cardinalibus, aliisque doctissimis viris ad hoc iterum deputatis*; iisque pariter morte præreptis *tandem sub initio Pontificatus Clementis VIII. opus, in quod Sixtus V. intenderat, Deo bene juvante, perfectum est*. Ecquis vero tam bonus, ut sibi persuadeat, tantum laboris, & studii corrigendis dumtaxat aliquibus typograhorum mendis collatum, & impensum fuisse? Num adhibenda fuisset *iterata diligentia* in conferendis scilicet antiquis sacrorum codicum exemplaribus, novisque exemplis conficiendis? *Num totum opus sub incudem revocandum fuisset*? Num deligendi rursus ad negocium illud *amplissimi aliquot Cardinales, aliique doctissimi Viri*? Num denique novi operis molitio tam gravis, ac difficilis fuisset, ut non antea perfici potuerit, quam *sub initio Pontificatus Clementis VIII.*?

219. Integer ergo Præfationis contextus, quum satis aperte detegat alia plura, quam typographorum errata, non potuit verbis illis *præli vitio* non utraque designare, vel saltem non potuit alios,

quam typographorum errores excludere, ne in unâ, eâdemque oratione tam absurdam, & apertam fingamus contradictionem. Sane quo in sensu accipiendum sit *preli vitium*, nullum meliorem alium habemus interpretem, quam Bellarminum ipsum Præfationis authorem: diserte vero ipse tradit (*a*), consilium dedisse Pontifici Gregorio XIV. de adjungenda novæ editioni Præfatione, *quâ significaretur, in primâ editione Sixti præ festinatione irrepsisse aliqua errata vel typographorum, vel aliorum*, subditque placuisse consilium Pontifici. Igitur *preli vitio* continentur *errata vel typographorum, vel aliorum*.

220. Quod si curiosus quærat aliquis, cur expressissimis, quibus usus est Bellarminus in Commentariolo suo, verbis enunciata non fuerint in Præfatione *errata vel typographorum, vel aliorum*? Dicam, quod verosimillimum mihi visum est, Bellarminum vel ex consilio aliorum, & Cardinalium, & doctissimorum virorum, quibus novæ editionis negocium commissum fuerat, vel ex propriâ sententiâ cum iis communicatâ, probatâque solum *preli vitium* explicasse, ut nimirum modestiore, quoad posset, minusque invidiosâ loquendi formulâ uteretur, ubi necessitas non exposcebat apertius, ac liberius loqui. Pontificum cura, & sollicitudo tota intenta erat ad emendatiorem, castigatioremque editionem perficiendam: ad id nihil attinebat conceptis verbis, ac publice aliorum virorum incuriam, vel oscitantiam criminari: satis erat pro novæ editionis ratione, prioris errores, eorumque veram aliquam caussam enunciare. Reprehendimus idcirco Bellarminum, in quo laudandus maxime foret, & in quo nullam aliam culpam agnosco, nisi modestiæ, & charitatis, & in quo præterea, si quidquam peccasset, non magis ipse, quam & Clemens VIII., cujus authoritate præfatio illa edita fuit, & Cardinales, aliique viri, quorum consilio usus est, peccasse dicendi essent; quod summæ impudentiæ est vel cogitare.

221. Licentius itaque [quod etiam adversus Bellarminum objicitur] ac vehementius Hæretici conclamabunt adversus Apostolicam Sedem, quod falli utique, & errare possit in re aliqua tamquam certæ fidei proponenda; neque si *multa perperam mutata sunt* in priore Sixtina editione, ut Bellarminus habet, revinci amplius poterunt responsione illa authoris De Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, quod *editio Sixtina erat admodum utilis, sed quod illa*

(a) *In cit. Commentar. vitæ suæ. Sum. pag.* 126. §. 33.

illa ad perfectiorem statum redacta est sub Clemente VIII. (*a*) Non video tamen quid pertimescendum sit. Verissima sunt, ut dixi, quæ Bellarminus scribit; nec Ecclesia, quæ columna est veritatis, ipsius occultatione fulcienda est, ejusve generis fulcimento indiget, ne labatur. Vulgata quoque jam erant, & Hæreticis nota, antequam Bellarminus ea litteris consignaret (*b*): manente itaque facti notitiâ, sive extet, sive desit Bellarmini de eo testimonium, eadem semper manebit seu facultas, seu difficultas refellendi Hæreticorum dicteria. Sed facili, eâque solidissimâ ratione occurrunt, & occurent semper doctissimi viri, quod ut ut non paucis erroribus conspersa esset prior Sixtina editio, hujus tamen editionis Bulla neque a Pontifice promulgata fuit, nec etiamsi promulgata fuisset, eò spectasset, ut eam nobis editionem proponeret, veluti certâ, divinâque fide pro emendatissimâ credendam (*c*).

222. Jactantiæ rursus Bellarminus arguitur non ex scripto ejus aliquo, sed ex publica concione quondam habitâ in Ecclesiâ Capuanâ, in qua veritus non fuerit cum S. Gregorio se comparare. Comparationem hanc aliter, atque aliter narrant Michael Monachus in ejus Sanctuario Cap uano (*d*), & Sacerdos Antonius Cangia-

(a) *Ut opponitur in animadvers. Sanctitatis Suæ num.97.*

(b) *Nam ut habent animadversiones Sanctitatis Suæ num.94.* -- Thomas James *anno 1606. Londini edidit librum, cui titulus Bellum Papale, sive Concordia Discors Sixti V. & Clementis VIII. Inscriptus est liber, & dicatus Archiepiscopo Cantuariensi, quem auctor ita alloquitur* -- Jam tandem Archipræsul in Deo, & coram hominibus Reverendissime, ad perpetuam Pontificum Romanorum infamiam exegi monumentum, quod statuo. In libro referuntur contradictiones inter Bullam Sixti, & Bullam Clementis; adeoque [pag.2. ita Thomas prosequitur] liquebit quam dispar, & dissimilis sit ratio Sixti, & Clementis. Ait Clemens, negat Sixtus: ait Sixtus, negat Clemens: & circa finem, confidentissimus de Bibliis suis Sixtus, metuens sibi de suis Clemens: arrogans hic, modestus ille; sed dumtaxat modestus? Mendax hic, & ille. Ioannes quoque Launojus epist.5. tom.1. debacchatur adversus infallibilitatem Romani Pontificis utendo exemplo editionis Bibliæ Sixti V., & quia nonnulli Theologi hoc sibi exemplum objicientes, non satis apte respondisse videbantur, variis facetiis eorum doctrinam exagitat.

(c) *Ita recte animadverterunt Gretserus in libro Defensionis tomi I. Bellarmini edito an.1607. Tannerus in tom.3. Theolog. de Fide impresso anno 1627. disput.1. quæst.4. dub.6. ubi rem hanc accurate, copioseque tractat, & Card. Gotti Theolog. tom.1. quæst.3. de loc. Theolog. dub.6. §.4. prope finem.*

(d) *Pag.298.* -- erat Cardinalis adeo mitis, ut ab ejus mansuetudine quidam Pseudozelotes scandalum passi murmuraverint, non puniri delicta: pervenit murmur ad Cardinalem, qui ut erat mitis, non excanduit, sed inter prædicandum in festo S. Gregorii Nazianzeni die Dominicà mansuetudinem suam a Pseudozelotum indignatione defendit. In quam defensionem suavi quasi dexteritate concionis cur-

gianus alter ex testibus Processus Capuani; quorum prior de Gregorio Nazianzeno, secundus de Gregorio Magno factam asserit (a). Sive autem uni, sive alteri fidem accommodemus, comparatio illa Bellarmini laudi, non vitio verti debet. Vel enim credimus Monacho, [uti credendum esse multis, & perspicuis rerum argumentis probant Postulatores, ac præcipue evidenti illâ demonstratione, quod ea comparatio habita sit & die Dominicâ, & S. Gregorio dicatâ, & in ejus Gregorii laudem, cujus dies festus tunc coleretur (b); ex Kalendariis vero temporum appareat eum diem non alium esse potuisse, quam Nazianzeno sacrum (c)]; ac porrò satis est Monachi verba relegere pro modestiæ, & gravitatis spiritu in iis dignoscendo (d). Vel etiam si dictis Cangiani hærere velimus, de comparatione cum S. Gregorio Magno verbis magnificentioribus habitâ, Cangianus ipse demum fatetur adeo sibi perstrictam fuisse ex inusitato Bellarmini vultus splendore oculorum aciem, quam in eum semel, atque iterum procedente concione intenderat, ut oculos demittere statim, ac manu perfricare cogeretur (e); eoque successu cum ipse, tum spiritualis ejus director

cursum inflexit. Exposuerat totum Evangelium: *Vos estis sal terræ*: dictaque omnia, ut S. Gregorio Nazianzeno convenirent, ostenderat; tum & Gregorii Nazianzeni devotum in primis esse se asseruit,& præcipue devotionis caussam reddidit quamdam utriusque Vitæ similitudinem. Gregorius, inquiebat, fuit Religiosus, ego in Societate Jesu professus: ille Episcopus, ego licet indignus assumptus ad onus Episcopale: ille Scriptor Ecclesiasticus, ego etiam libros aliquos scripsi, versus de Virginitate scripsi: & tandem si illi facilitas animi, atque clementia criminis loco objiciebatur, de me, ut accepi, sunt qui doleant, quod delicta non puniam -- *Sum. add. pag.16.*

(a) *Sum. pag.16. §.92. & 93.*

(b) *Ut expresse tradit Monachus loco cit. & colligitur etiam ex testimonio Cangiani qui dum ait* -- fece un discorso in lode di S. Gregorio Magno -- *intelligendus plane est de eo die, quo non omnino inopportunum esset de S. Gregorii laudibus concionem habere, scilicet de die ejusdem Sancti memoriæ dicatâ. Hinc in Voto, quod circumfertur, licet ex verbis Cangiani concio dicatur facta in laudem S. Gregorii Magni, pro certo tamen traditur, eam factam esse* il giorno della sua festa. --

(c) *Dum enim Bellarminus Capuæ resedit, numquam dies festus S. Gregorii Magni incidit in diem Dominicum; bene vero dies nona Maii Sancto Gregorio Nazianzeno dicata incidit in diem Dominicum anni 1604.*

(d) *Monachi verba superius relata sunt.*

(e) *Ait enim* -- alzando poi gli occhi io vidi il volto del detto Servo di Dio risplendente di maniera, che restandomi gl'occhj abbagliati, fui costretto coprirli, e stropicciarli con la mano per lo spazio di un Pater noster. Dopoi ritornando io a rimirare l'istessa faccia la vidi attorniata dalla medesima luce, restando io per la vista di tal splendore stupefatto, & atterrito. Finita la Predica me

ne

rector, cui rem aperuerat, plane agnoscerent, non humano, sed cœlesti spiritu Bellarminum ea protulisse. Quare neutiquam licet narrationem Cangiani de uno, eodemque facto, ejusque circumstantiis in partes scindere, ac comparationem quidem velut arrogantius factam sugillare, divinam vero lucem e Bellarmini ore radiantem negare.

223. Postremum inter *obstativa* locum tenet nimius in consanguineos affectus, quem Bellarminus prodiderit translatione pensionum Ecclesiasticarum in tres nepotes suos, & quidem Scutorum quadrigentorum super Ecclesiæ Capuanæ reditibus, ducentorum vero super reditibus Abbatiæ Nonantulanæ (*a*). Ut verum fatear, translatio ista pensionum conspicuæ adeo quantitatis non parum mihi admirationis intulerat, veluti quæ longius abesse videretur ab eâ regulâ, quam firmissimâ, & nullis umquam precibus, & suasionibus exorabili voluntate sibi indixerat, aliosque pariter ex Sacrorum Canonum, Sanctorumque Patrum sententiâ, & exemplis sapienter docuerat (*b*), nihil quidquam aliud ex Ecclesiasticis bonis tribuendi consanguineis, & affinibus, quam quo propriam sublevarent egestatem.

224. Verum animadverti, translationis hujus nullum documentum extare, quam quod nobis reliquit P. Minutulus in ejus relatione ad Cardinalem Farnesium (*c*), dum ait: *Ottenne dalla Santità Sua, più per compiacere al nostro Padre Generale, che perchè ne avesse desiderio, di poter trasferire a due suoi Nepoti, che non stavano troppo comodi, sino a trecento scudi di pensione trà ambidue, e li trasferì*. Non ergo pensiones transtulit in tres nepotes, sed duos; non sexcentorum, sed trecentorum scutorum; itaut eorum dimidiam unusquisque partem tulerit. Non ergo ab sanctissimâ umquam deflexit regulâ consanguineos juvandi tantum ne egerent. Nec enim quisquam dixerit, eo subsidio nepotes duos nobilissimos, neque fortunis pro conditionis suæ dignitate satis instructos

ne andai a riferire il tutto al mio Padre spirituale, che era Chierico in detta Chiesa de Teatini in Capua, il quale mi disse queste parole: veramente il Cardinale è un gran Servo di Dio, e con sincerità, e candidezza aveva parlato, ne le sue parole sono state di jattanza, ma opera dello Spirito Santo; e m'impose, che io dovessi tacere questo fatto in fino a tanto, che detto Servo di Dio Roberto fusse andato a miglior vita, conforme io ho eseguito con una scrittura mandata in Roma, & ora depongo con giuramento — *Sum. d. pag.17. §.93.*

(a) *Ut objicitur in animadvers. Sanctitatis Suæ num.104.*

(b) *Ut patet ex dictis supra §.115. & 116.*

(c) *Sum. add. num.14. litt.A. §.47.*

ctos id obtinuisse, ut ditescerent. Deinde vero cum prudentis viri judicio statuendum sit, quid, & quantum Christiana Charitas suadeat in affines conferri, ut non egeant, vel minus egeant (a), hac in re Bellarminus errare non poterat, qui non arbitratu suo pensiones transtulit, sed suasione, & consilio P. Mutii Vitelleschi Præpositi Generalis, cujus consiliis semper, & nutibus obsequi profitebatur (b).

225. Extiterint propterea Cardinales alii severissime sibi interdicentes transferendis in consanguineos, & affines suos Ecclesiasticis pensionibus, summamque propterea laudem meruerint: res hujusmodi ex earum genere sunt, quæ pro vario circumstantiarum nexu, ac pro vario agendi spiritu a Sanctis viris vel admittuntur, vel omittuntur non innoxie tantum, sed sæpe etiam cum magno virtutis merito. Utcumque Cardinales alii fecerint, vel horum exemplo contenditur, minus probandum esse, quod cognatione juncti subsidium ferant ex Ecclesiæ bonis, *ne egeant, vel minus egeant*: vel minus laudandam esse translationem Ecclesiasticarum pensionum ex eâdem causâ sublevandæ ipsorum egestatis. Primum aperte nimis repugnaret doctrinæ, & exemplis Sanctorum Patrum. *Debemus enim & temporaliter iis, quibus vicinius jungimur, plus ceteris prodesse* (c): *& magis conjunctis magis est ceteris paribus benefaciendum* (d). Secundum eàdem quoque ratione prorsus refellitur: quid enim refert, num hoc, vel alio modo necessariam propinquis opem curemus? An Pontificum Romanorum morem improbabimus, quo facultas conceditur pensiones illas transferendi?

226. Huc

(a) *Ut tradit S. Thomas 2. 2. quæst.31. artic.3. ad 1.*

(b) *Ut patet ex dictis superius in §.114. & sequen. speciatim verò id ipsum servasse quoad translationes redituum Ecclesiasticorum in consanguineos, & alias subventiones testis quoque est Marcellus Cervinus ejus ex sorore Nepos in adumbr. imag. pag.34.* -- Ne minimum quidem Ecclesiæ proventuum in eorum (*consanguineorum*) usus Robertus erogasset, nisi consilio ductus esset eorum, quorum doctrinæ, & authoritati acquiescere numquam recusavit. Gravissimi enim non defuerunt viri, qui hoc disertissime pertractarent, & firmissimis probaverint argumentis, Robertum suorum debuisse succurrere egestati. Attamen eam sibi irrevocabilem proposuit regulam, & moderationem, ut de iis quidquam statui minime pateretur, nisi ex speciali auctoritate, & licentià suæ Societatis Superiorum -- *& pag.63.* -- Consanguineis illos Ecclesiasticos reditus conferre denegavit, quibus locupletiores effici possent; assignavit vero eos, ad quos pro temporum varietate ejusdem Societatis Patres, & Superiores impolerunt rationibus iis, nimirum, ut minus egerent, & ut privatam, ac vulgarem vitam illis gerentibus ad virtutes obstructus non relinqueretur aditus --.

(c) *S.Gregor. moral.7. cap.14.*

(d) *S.Thomas 2. 2. quæst.31. art.3. ad 1.*

226. Huc usque singulatim perstrinxi ea facti capita, quæ Bellarmino objiciuntur: nam ceteroquin adversæ cuicumque interpretationi, quam ex his posteriores Censores effingant, longe præponendum esse existimo gravissimum tot insignium cujusque generis, gradus, ac dignitatis virorum, quos superius laudavi, totiusque Urbis judicium de Bellarmino tamquam Viro undequaque Sanctissimo; nisi dicamus mores, & actiones ejus hominis, scilicet non delitescentis sub modio, sed super candelabrum positi, ac lucentis omnibus, qui in domo, & in Urbe tunc erant, antiquiores, & exploratiores fuisse posteris, quam senioribus, & oculatis testibus; vel hos in actionibus, & factis, quamquam sibi notissimis, quidquid vitiosum, aut imperfectum esset, minime agnovisse: quod ne suspicari quidem licet. Si namque perspicuum, & certum est, defectu, vel labe aliquâ consperfam fuisse Bellarmini vitam; eos ergo, numero licet, dignitate, sapientiâ adeo præstantes culpare oporteret summæ in æstimandis hominum moribus imperitiæ. Pudet me tantis viris talem contumeliam inferre, quâ cæcutisse omnes, & in meridianâ veluti luce caligasse videantur. *Si obscurum autem, & ambiguum est; quin majorum potius prælucentem authoritatem, quam nostram sequimur præsumtionem* (a)?

227. Præsertim quum ea facti capita, quorum caussâ Bellarminus reprehenditur, non potuerint non ab ipsis majoribus nostris diligenter, ac serio animadverti: nam pleraque non clam, & semotis arbitris, sed palam contigere, multis audientibus, & spectantibus; neque certe latere poterant Cardinales alios, ac etiam summos Pontifices, qualia sunt libellus De Gemitu Columbæ, & alia ejus Opuscula, judicium ejus in caussâ Cardinalis Klesselii, res gestæ in negocio Sixtinæ editionis, ac Præfatio secundæ editioni præfixa, concio item illa Capuæ habita, in quâ sui comparationem egit cum S. Gregorio. Relatio autem ipsa Vitæ suæ, sive de rebus ad se pertinentibus, non modo edita fuit, suadentibus P. Eudæmonjuanne, & P. Mutio Vitellesco, sed ab ipsis præ manibus habita, & perspecta (b), proprioque eorum testimonio, quod Bellarmini manu conscripta esset, comprobata (c); qui tamen religiosi, & gravissimi viri, ac optime conscii de Bellarmini in iis con-

(a) *Ut in aliâ interpretandi facti caussâ advertit Thomassinus in Synodum sextam OEcumenicam dissert. 20. num. 4. prope fin.*

(b) *Uti declarat P. Eudæmonjuannes Sum. pag. 98. §. 4.*

(c) *Id superius jam adnotavi §. 209.*

conſcribendis conſilio, & voluntate nihil omnino in eâ relatione agnoverunt, quod nigro notandum eſſet lapillo, ſed maximam ſemper retinuerunt opinionem Sanctitatis ejus, eaque deinceps in proceſſibus teſtificati ſunt, quæ huic opinioni tam bene reſpondent.

228. Sed ultra Majorum noſtrorum authoritatem, ſi forte aliqua explicatu difficilia, & ambigua occurrant, boni certe, & æqui ratio poſtulat, ut ea in rectum potius, quam pravum ſenſum flectamus, & illa præcipue, quæ num bona, an mala ſint, ex animo judicantur (a). *Quis* enim *hinc illum interrogavit*? Accommodabo hîc Anaſtaſii Bibliothecarii verba (b). *Quis intentionem inveſtigavit*? .... *Præſertim quum in Evangelio illo, in quo dicitur, Nolite judicare, & non judicabimini &c., nihil aliud præcipi magnis etiam magiſtris videatur, niſi ut ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur*. Multoque eſt æquius, ut modum hunc adhibeamus in dubiis, & ambiguis factis explicandis, quando explicatio, & interpretatio hujuſmodi conſentanea ſit iis, quæ aliunde certa nobis ſunt, & perpetua: conſtat enim, ac perpetuo nobis traditum eſt, obſcuras, ac dubias res ab indubiis, & certis, non item certas ab obſcuris, & dubiis eſſe declarandas; atque ita porro explicari oportere in his etiam cauſis heroicarum virtutum Servorum Dei, rectiſſime docuit SANCTITAS TUA (c): quæ niſi ſerventur regulæ, *ſcimus*

(a) *Ex Ven. Bedæ ſententiâ relatâ in capit. Eſtote.2. de reg. jur. ibi* -- Ut ea facta quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur -- *& S.Thom.2 2. quæſt.60. art.4.* -- Ideo ubi non apparent manifeſta indicia de malitiâ illius, debemus eum ut bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium eſt.

(b) *Præfatione in ſua ad Joannem Diaconum collectanea*.

(c) *De canonizat. lib.3. cap.41. num.19. ubi quæritur*. -- Quid autem dicendum erit, quum penſatis omnibus penſandis, & animadverſis omnibus animadvertendis, adhuc dubium ſupereſt de bonitate, aut malitiâ actus? -- *ac poſt nonnulla hæc habentur* -- præſens autem quæſtio eſt de iis, de quibus dubitatur, utrum bona, aut mala fuerint, de quibus S. Thomas 2. 2. quæſt.60. art.4. ſcribit: ideo, ubi non apparent manifeſta indicia de malitiâ alicujus, debemus eum ut bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium eſt. Nonnullos aliquando audivi Sacrorum Rituum Congregationis Conſultores aſſerentes, id ſibi vindicare locum, quum in examen vocantur opera Servorum Dei jam Canonizatorum, ſecus autem, quando res eſt de ſcrutinio geſtorum a Dei Servis Canonizandis. Hæc autem diſtinctio inter Canonizatos, & canonizandos mihi numquam probata fuit; actiones ſiquidem, & opera Canonizatorum non poſt, ſed ante Canonizationem edita ſunt, & eorum examen Canonizationi præceſſit: ex quo fas eſt arguere, latum fuiſſe ante

ſcimus plane omnia hujus conditionis eſſe, ut nihil adeo ſanctum ſit, quod aliquâ ex parte damnari non poſſit, ſi velit homo cenſuræ ſuæ habenas laxare, & quidquid occurrit, in deteriorem partem interpretari (*a*).

229. Cenſuræ porro ſuæ habenas laxavit, quicumque vel Auctor, vel Interpolator etiam fuerit Voti illius, quod una cum Poſtulatorum reſponſionibus ad ſingula ejus capita circumfertur: optima licet, & quæ ſeu veritati, ſeu virtuti apprime cohærent, in deteriorem partem interpretando. Manifeſtum ejus rei ſpecimen mihi præbent plura, cum ex iis, quæ ſuperius confutavi, tum ex aliis, quæ nunc, & opportunis deinceps locis indicabo.

230. Præfationis loco multa differuntur de omnino rigidis, luceque meridianâ clarioribus, quæ in hiſce Beatificationum, & Canonizationum Cauſis deſiderantur, probationibus. Inter hæc illud profertur, quod negantibus Pontificem in earum Cauſarum definitionibus errare non poſſe, aliud nihil reponi queat præter exactiſſimam, quæ adhibeatur, diligentiam in inquiſitione, & in ferendo judicio. Sin laxiores potius, quam diligentiores ſimus, jure nobis objicient, falli nos & poſſe, & velle (*b*). Summam qui-

ante Canonizationem judicium de eorum bonitate, & ſic dubium in meliorem partem fuiſſe explicatum. Quo circa in praxi, ſi aliquod dubium occurrat, reſolutio petenda videtur a reliquo curſu vitæ, & ab aliis a Dei Servo geſtis. Utque res fiat clarior exemplo: ponamus, ab aliquo Dei Servo verba fuiſſe prolata, de quibus dubitari poſſit, an ad jactantiam debeant referri. In hoc rerum eventu (uti etiam ſupradictum eſt) videndum erit, an ex reliquis actibus deſumatur, eum habuiſſe virtutem humilitatis in gradu heroico. Quod ſi ex aliis actibus id conſtet, dubii interpretatio ſtabit pro actus bonitate. In quodam ſuffragio jam typis edito, & prolato in Cauſa cujuſdam Dei Servi ſic argumentatus eſt Pater Miroballus Clericus Regularis Theatinorum Sacræ Congregationis Conſultor .... ſimili modo in eâdem Cauſa ſuum protulit ſuffragium Pater Ildefonſus Mier Benedictinus ejuſdem Sacræ Congregationis Conſultor... Cohærenter ad hæc multum proderit animadvertere, utrum in Dei Servo, de quo dubitatur, an aliquo vitio fuerit irretitus, adfuerint ea, quæ vitium illud ſolent comitari. Exempli gratia, filiæ inanis gloriæ ſunt inobedientia, jactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, & novitatum præſumptio, juxta D.Thomam 2. 2. quæſt.32. art.5. Si enim hæc in Dei Servo defuerint, & oppoſita in eo inventa ſint, valebit interpretatio, quæ excludat vitium inanis gloriæ.

(a) *Ut ſcribit Card. Bona in princip. vit. Chriſt. part.2. cap.40.*

(b) §.3. — Quelli che negano l'infallibilità del Papa in canonizzare, ſi fondano nella dependenza, che ha queſto Giudizio da pruove umane, e di fatto umano, nel quale può cadere errore, ed inganno. A queſta fortiſſima eccezzione, non può con traporſi, ſe non l'eſatta rettitudine, ed il rigore infleſſibile nell'inqui-

quidem diligentiam fateor & optimam esse, & omnino adhibendam: at unico hoc humanæ diligentiæ præsidio tueri nos posse Pontificiæ definitionis firmitatem, eoque sublato, eam quoque ruere, & concuti, id sanioris certe doctrinæ non est; quum & Angelicus Doctor, & Bellarminus ipse, & alii quotquot præstantiores Theologi solidum pro adstruendâ harum definitionum firmissimâ veritate momentum statuant in divinæ Providentiæ ratione, quæ numquam sinet Ecclesiam falli, aliosque in deceptionem inducere in re, quæ adeo gravis est, quæque ad fidem, & mores tam proxime accedit (a).

231. Gradum deinde faciens ad peculiarem Bellarmini Caussam, ita exorditur (b): *A me dà gran fastidio, che si trovino vivi ora degli Uomini degni, i quali richiesti a far fede della sua Santità se ne siano scusati con dire, che lo hanno conosciuto per un*

quirere, ed esaminare, e giudicare per ben disporsi a ricevere l'assistenza conveniente di Dio; ma quando in ciò si vada alla grossa, diranno tutti, e con ragione, che non solo potiamo ingannarci, ma che vogliamo.

(a) *De hoc argumento latissime agit Sanctitas Sua de Canonizat. Sanctor. lib.1. cap.43. ubi ex S. Thomæ, Bellarmini, aliorumque magni nominis Theologorum sententiâ quatuor exponit rationum momenta pro infallibilitate Judicii in Canonizationibus Sanctorum, quæ summatim hic referam* -- Primum est, quod fieri nequit, ut a Summo Pontifice universa Ecclesia ad errorem inducatur in his, quæ ad mores spectant, sed id utique contingeret, seu contingere posset, si posset falli in Canonizatione, utpote quæ nihil aliud sit, quam publicum Ecclesiæ Judicium de verâ sanctitate, & gloriâ alicujus hominis defuncti. Argumentum hoc est D.Thomæ quodlibet 9. quæst.7. art.16. ubi sic loquitur: In Ecclesia non potest esse error damnabilis; sed hic esset error damnabilis, si veneraretur tamquam Sanctus, qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata ejus crederent hoc esse falsum; & si ita contingeret, possent ad errorem perduci: ergo Ecclesia in talibus errare non potest... Secundum fundamentum in eo residet, quod Judicium illud est infallibile, quod a Spiritu Sancto dirigitur, ne erret: quamobrem, quum Summi Pontificis in Canonizatione Sanctorum Judicium a Spiritu Sancto, ne erret, utique dirigatur, de ejus infallibilitate non videtur esse dubitandum. Doctrina hæc quoque est Divi Thomæ &c. Tertium constituitur in hoc fundamentum, quod cultus Sanctis delatus est quædam nostræ fidei professio: unde necessario sequitur, quod Judicium Papæ cultum præcipiens debeat esse infallibile. Et hæc etiam doctrina est Divi Thomæ &c. Quartum fundamentum in eo positum est, quod ex supradictis, & alibi dicendis constat quidem errorem accidisse circa cultum Judicio particularium Episcoporum exhibitum erga nonnullos, qui Beati putabantur, dum revera non erant, sed nullus huc usque in tot Sanctorum Canonizationibus per Romanos Pontifices factis error inventus est: ex quo nimirum a posteriori, ut ajunt, deducitur Summorum Pontificum Judicium in Canonizationibus ex speciali Spiritus Sancti afflatu, atque auxilio infallibilitatis prerogativâ potiri.

(b) *Part.1. §.10.*

un Cardinal dabbene, ma non per Santo: e qui abbiamo fra noi un Cardinale degnissimo di stima, che l'ha conosciuto vivente, e dice lo stesso [*il Signor Card. Albrizio*]. Nibil minus, quam id, anxios detinere nos debet: nam etsi multa superius a me dicta fuerint pro demonstrandâ ingenti, ac plane singulari Sanctitatis famâ, quâ Bellarminus ab universo fere Orbe celebratus est, haud mihi tamen propositum fuit demonstrare, quod omnino ad unum omnes de eo, ejusque virtutibus quam magnifice senserint; quum & ex iis, quæ ante recensui, satis constet, & ipsum ævo suo male audivisse apud aliquos in sublimi etiam gradu positos: quæ quidem nihil prorsus detrahunt communis opinionis, ac famæ celebritati. Hæc enim, sicuti ortum, & incrementum suum ducit ex plerorumque, sive majoris, digniorisque partis populi consensione (*a*), ita everti, ac labefactari nequit ab unius, vel alterius contradictione (*b*); multoque minus ab judicio alicujus haud expresse repugnantis, & contradicentis, sed negantis solum vidisse, vel agnovisse id, quod alii plurimi & spectasse, & agnovisse profitentur (*c*).

232. Vel hæc sola difficultatem omnem dispellunt, quam ex Cardinalis Albritii judicio sibi injecit ejus Voti Author, de quo loquimur, etiamsi Cardinalis idem ætate par omnino fuisset Bellarmino, ejusque ingenium, vitam, ac mores notissimos habere potuisset, & nihilominus negasset eum pro Viro Sancto novisse. Quid vero, si constet Cardinalem Albritium, quo anno Bellarminus vivere desiit, decennem vix fuisse (*d*)? Quid præterea, si nec idem Cardinalis Albritius judicii ceteroquin, & opinionis de Bellarmino suæ magis conscius, quam alter quilibet, adversum Bellarmini Causæ suffragium non tulit, sed hæsit tantum anceps, neque in unam, neque in alteram de-

(a) *Ex iis, quæ tradit Sanctitas Sua de Canoniz. lib.2. cap.39. num.7. ubi quod fama ejusmodi esse debet*, ut conceptà in uno, vel pluribus locis erga eos devotione a plerisque in suis necessitatibus invocentur, & plurium graviorum virorum Judicio digni existimentur, ut per Sedem Apostolicam referantur in Album Beatorum, vel Sanctorum. *Et num.8. 9. & 10. ubi adfertur ultimum interrogatorium in Decretis generalibus descriptum* -- Quid sit fama, & an illa viguerit in aliquà parte populi, an vero in majori.

(b) *Fuse de hoc argumento in cit. lib.2. de Canoniz. cap.41. num.2. & seq.*

(c) *Vulgatum enim est, plus valere Testem unum adfirmantem, quam mille negantes.*

(d) *Ex Continuatore Ughellii in Episcopis Tyburtinis obiit Cardinalis Albritius Septuagenarius anno 1680.*

deflectens partem, licet omnia, quæ tam copiose, ac vehementer objecta sunt, audivisset (a)?

233. Ut libere dicam, multo graviorem mihi difficultatem ingerunt hæc duo; quod Cardinalis Albritii opinio nullo præsentis, eique perspectæ Bellarmini vitæ, & conversationis argumento subnixa, ac negans solum heroicas virtutes agnovisse, non vero quidquam adfirmans contra earumdem virtutum præstantiam, nec itidem omnino negans, sed in ancipiti manens, tanti steterit ejus Voti Authori; huic eidem vero nec minimi fere steterint, non opiniones aut negantes, aut incertæ, ac dubiæ unius, aut alterius, sed adseverantissimæ testificationes tam multorum Cardinalium, qui eâdem in Urbe versantes, & frequenti adeo, & longa ejus consuetudine usi de præstantissimis ejus virtutibus non alia prodidere, quam quæ fere oculis propriis viderunt, & quæ auribus propriis perceperunt: eorum quippe omnium dicta, sive pro judicio, & opinione, sive pro testimoniis sumantur, nullo numero habenda esse Votum illud contendit, uti mox adnotabo.

234. De probationibus testium hæc præmittuntur §.11. *Molti testimonj depongono per verba: Penso, stimo, non mi ricordo d'aver veduto, non so che il servo di Dio abbia detto, abbia fatto, non so aver detto falsità alcuna.* Quonam tendit præfatio hujusmodi, nisi ut suadeat inopiam, vel tenuitatem probationum ex testibus certo adfirmantibus id, de quo interrogati fuere? At pro eâ, quâ in legendis testium dictis, incubui diligentiâ, difficillimum puto unum, aut alterum testem reperiri, qui non omnino certas, & adseverantes usurpet loquendi formulas. Rem unam esse perspexi, quemadmodum & in Animadversionibus Sanctitatis Tuæ rem unam adnotari video, in quâ testes negativa, aut opinativa adhibeant verba, in qua scilicet alia certiora vix adhibere liceret absque temeritatis nota: veluti quum negant in Bellarmino quidquam vidisse, quod culpæ argui posset (b): nec enim

(a) *Dubium enim hæsisse Card. Albritium constat ex Regestis Sacræ Congregationis Rituum ad an.1667.*

(b) *Uti legere est in iisdem animadvers. num.35. ibi* — Attestationem faciunt per verba negativa, ut in Summario veteri pag.27. num.13. — che non ho veduto cosa, nè inteso parola, che dia ombra di peccato in lui &c. nè mai gli ho visto commettere peccato veniale &c., nè mai, che io sappia, abbia commesso peccato mortale &c., credo fermamente che non abbia mai commesso peccato mortale &c., penso probabilmente non peccasse mortalmente in vita sua &c., che non l'ho mai visto fare un minimo mancamento.

enim lateri ejus diu, noctuque adesse poterant, quin umquam ab eo divellerentur. Ob id ergo generatim ne dicendum erat, multos ex testibus non certo adfirmare? Aut responsionem non adseverantissime eâ unâ in re a testibus datam parvipendi oportere, licet vel frequenti, vel etiam fere continuâ Bellarmini consuetudine usi de eo facti genere totum id noverint, quod nosse licuisset? Laudandi potius, majorique in fide habendi erant, quia sincere, honesteque agentes nihil magis dixerint, quam quod facti qualitas dici pateretur.

235. Illa vero posterior loquendi formula, *Non so d'aver detto falsità alcuna*, quæ generatim quoque multis tribuitur testibus, vix reperiri poterit apud P. Eudæmonjuannem, nec ullo modo refertur nisi ad ea, quæ tamquam Scriptor privatim memoriæ prodiderat: velut ipse disertis verbis declarat (*a*).

236. Cardinalium testificationibus fides abnegatur in §. XIV. eâ inter alias de caussâ, quod interrogatoria Fisci, sine quibus editæ fuerunt, eorum singulos adegissent *a rispondere cosa pregiudiziale al Servo di Dio, la qual non era egli obbligato a porre nella generale attestazione spontanea delle virtù di lui, in cui poteva lasciare quanto voleva*. Num Cardinales ipsi comprehendantur sub judiciarii testium examinis lege, non disputo. Quæcumque in hanc rem objici probabiliter possent, fuse collecta video in Animadversionibus Sanctitatis Tuæ. Non tamen illud objectum video, quod in laudatis Cardinalium testificationibus prætermitti potuerit pro libito, quidquid Bellarmino adversum esset. Id si prætermiserunt, turpissimo ipsi [quod horreo dicere] mendacio nos fefellissent, dum eum expressissimis verbis nobis exhibent *Magnum spectaculum, & alterum nostri seculi* S. *Carolum, insigne perfecti Ecclesiastici exemplar, Documentum perfectionis Christianæ, Sanctum -- parem Ecclesiæ doctoribus in doctrinâ, & Sanctitate -- cuilibet ex antiquis scientiâ, & Sanctitate claris æquiparandum* -- aliisque similibus titulis effulgentem (*b*).

237. Alio rursus argumento rejiciuntur Cardinalium testimoniâ in §. XVII. -- *Se i Cardinali, che fanno tali fedi, in vece di esse aves-*

(a) *Sum.pag.*98.§.5. -- dopo la sua morte ... dettai ... uno scritto ... lo sottoscrissi di mia mano ... nel quale scritto per misericordia di Dio non sò di aver detto falsità alcuna ... se bene alcune di quelle cose non ardirei deporle con giuramento.

(b) *Quæ in compendium redacta fuere a Cardinali Laurea in ejus suffragio Ordine XIII.*

avessero fatto un' esattissimo Processo, e sentenziato formiter super bit, non provarebbero niente ad effectum, de quo agitur: e quello che non provariano colle sentenze formali giustificate dagli atti, l'hanno da provare con una fede estragiudiziale -- ? Argumentum hoc, si quidquam valet, convellit etiam dicta quorumcumque testium solenni, exactissimaque Judicii formulâ interrogatorum: pari namque jure dicam: Judici Processum rite, recteque conficienti, ac super iis sententiam ferenti non creditur. Minus ergo credendum erit testi ex privata dumtaxat scientia, non ex Actis legitimis in Judicio aliquid adfirmanti.

238. Aliquæ testium contradictiones succensentur in §. XXII.; quæ ne dignæ quidem ulla mentione habitæ sunt in Animadversionibus SANCTITATIS TUÆ; atque illæ præsertim de modo recitandi horas Canonicas *positis humi genibus*, quamvis alii dicant *erecto corpore*. Nullus enim testium perhibet, Bellarminum *toto, atque integro anni circulo* Canonicas horas *stantem* persolvisse; sicuti nullus contra perhibet eas perpetuo *flexis genibus recitasse*. Una omnium consensione tradunt, pro varietate ritus, seu temporis modo stantem, modo humi positum obtulisse sacrificium hoc laudis (*a*). Solus P. Eudæmonjuannes haud exprimit alternationem hanc unius, vel alterius modi, sed simpliciter ait: *Soleva ad imitazione di S. Francesco, che, come narra S. Bonaventura, usava così dire l'Officio in piedi fermo* (*b*); Cur ergo, quod ille non expressit, num ita rectus per integrum anni tempus, vel potius pro temporis varietate soleret etiam genibus flexis horas Canonicas recitare, non supplebimus explicatioribus aliorum testium verbis?

239. Contradictionis alterius itidem arguuntur testes: *Affermano, che non voleva per sua tavola altra spesa, che di due giulj: pag. 96. Non voleva, che per la sua bocca si spendesse più di tre giulj*. Tam pugnant inter se testes hujusmodi, quam inter se pugnant hæc duo, quod initio Cardinalatus oboli triginta impenderentur, quodque deinceps viginti tantum. Rem ita porrò se habuisse perspicue declarat alter ex iisdem testibus P. Eudæmonjuannes majorem, vel minorem sumtum proferens pro varia temporum distinctione (*c*).

240. Et

(a) *Ex testibus adductis supra* §.78.
(b) *Sum. pag.* 127. *sub* §.23.
(c) *Sum. pag.*191. §.13. non voleva, che per la bocca sua si spendesse più di tre giulj il giorno, e di questo stesso li venne un giorno scrupolo, parendoli che ba-

240. Et contradictionis, & putidi propterea mendacii incusantur & Bellarminus ipse, quia scripserit, se creatum fuisse Cardinalem ita *de improviso, ut numquam præscire potuerit id futurum*; & Joseph Avignanesius alter ex testibus, quia e contra, dum Bellarminum quondam comitatus fuisset in itinere ad Montem Politianum, ab eo accepisse referat certam futuræ suæ promotionis notitiam (*a*). Quum tamen perspicuum sit ex Avignanesii verbis, Bellarminum non adeo certum se præbuisse, ut nulla ei amplius superesset dubitandi ratio (*b*); id plane sufficit, ut sua utrique veritas facillime constet, etiamsi ad unum, idemque tempus referri deberet & quod alter audivit, & quod alter scripto prodidit. Suspicabatur Bellarminus, ac fere certum habere ostenderat, non tamen certo sciebat, quod postea evenit; atque ideo verissime scripsit in Commentariolo Vitæ suæ, ita *creatum esse de improviso, ut numquam præscire potuerit id futurum*. Nec vero negat, quod *multi* [inter quos & ipse Bellarminus erat] *suspicabantur id futurum*. Sed & temporum distinctio habenda est. Poterat Bellarminus uno, vel altero ante Promotionem mense [nam Avignanesii verba tempus colloquii non indicant] eam fere certo sibi augurari ex tot, tantisque argumentis optimæ in eum Pontificiæ voluntatis, & ex toties rejectis a Pontifice ipso rationibus, quæ ad avertendum ejus animum proponebantur sive a Bellarmino ipso, sive a Patribus Societatis (*c*). Poterat deinde, novis emergen-

bastasse, che si spendesse due giulj, acciò l'altro si potesse dare di elemosina; e se ne consigliò con il Padre Muzio Vitelleschi, il quale allora lo contò a me, e li persuase, che lasciasse correre le cose; ma dopoi ordinò, che non se ne spendessero se non due, come disse egli stesso al Padre Fabio Bellarmino, da chi io lo seppi.

(a) Io mi ricordo, che quando il Padre Bellarmino venne a Monte Pulciano per visitare il Fratello, ch'era ammalato, ad istanza mia, ch'andai a Roma a posta per levarlo, tanto nel venire, quanto nel tornare, in più discorsi, che avessimo assieme, mi mostrò sempre d'avere certezza d'esser fatto Cardinale, ancorche lui avesse fatta ogni opera, e facesse, e fosse per fare per divertire il Papa da questo pensiero; onde teneva continuamente avvisato il P. Generale di quanto passava, perche potesse impedire, ed in particolare mi ricordo, che mi disse d'aver detto al P. Generale, che era necessario l'operare con il Signor Cardinal Baronio, e farlo restar capace del danno, che riceverebbe la Compagnia dalla sua promozione, e che non ci era mezzo piò potente con il Papa d'esso Baronio per opporsi al suo Cardinalato, se ben diceva in ultimo, che temeva, che per i suoi peccati non l'avesse a giovare cosa alcuna — *Sum. pag. 6. §. 3.*

(b) *Ut patet ex verbis modo relatis*.

(c) *Ut superius adnotatum est §. 108.*

gentibus rerum successibus, novisque facti conjecturis, aliud opinari, vel saltem minus, quam antea, probabilem, & minus propinquam reputare evectionem suam, qualem revera simulabant, & responsio non ita pridem data a Pontifice cuidam familiari suo: *Est quidem dignus* [Cardinalatu], *sed est Jesuita*, & munus Rectoris Poenitentiariæ Bellarmino collatum duos ante menses eodem annuente Pontifice, *ut negocium tegeret* (a). In hâc proinde rerum specie novum ne, aut absonum videri debet, quod Bellarminus promotionem suam, quam prius veluti certam futuram timebat, postea *ex improviso* acceperit?

241. Ad Bellarminum hâc in re mendacii revincendum profertur quoque *in eodem Voto* testimonium P. Mutii Vitelleschi ajentis (b): *Qualche giorno prima che lui fu creato, sentendo pubblicamente dalla Corte, che lui doveva essere creato Cardinale, pregò il P. Aquaviva allora Generale con grand' istanza, che facesse ogni sforzo per impedirlo*. Verum, præterquamquod ex his non conficitur certa Bellarmini scientia, quam solam ipse negat in Commentariolo suo, quis non æquissime ferat verba illa, *qualche giorno prima &c.*, ab eo teste prolata post emensum fere tricenarium tempus ab eventu rei, quem narrat, intelligenda esse de uno, vel altero etiam mense promotionem antecedente secundum ea, quæ modo animadvertimus?

242. Tacendum sane hoc loco non est, quod in nullâ fortasse aliâ facti quæstione minus laboris, & operæ insumendum erat, minusque pervestigandum, num vel Bellarminus, vel testes mendacii, & falsi aliquid protulissent. Eum namque invitum prorsus, ac reluctantem cessisse tandem voluntati Pontificis de Purpuræ ornamentis ei tribuendis perspectissima multis, atque invictis documentis res erat, nec ullius mendacii adminiculo indigebat, ut ab aliis crederetur. Cui igitur bono mentiri illi voluissent?

243. Bellarmini Opera quamquam summâ doctissimorum omnium virorum consensione probatissima, ac pro talibus agnita in Animadversionibus Sanctitatis Tuæ, de suis & ipsa defectibus arguuntur *in ejusdem Voti part. 2. §. 2.* Cardinalis Perronii litteræ quamquam honorificentissimis, & adseverantissimis verbis judicium suum de iisdem Operibus explicantes, (c) veluti minus ingenuæ reji-

(a) *Ut narrat idem Bellarminus in Commentar. vit. suæ Sum. pag. 127. §. 38.*

(b) *Sum. pag. 9. §. 52.*

(c) *Veluti legere est in iisdem litteris relatis in Sum. add. n. 13. pag. 109. ubi inter. cete-*

rejiciuntur. Quod operibus invidiam creare poterat ob eorum conjectionem in expurgatorium librorum Indicem, non tacetur; tacetur vero, quod invidiam omnem detersérat ex judicio Cardinalium Congregationi Indicis adscriptorum, eorumque precibus apud Summum Pontificem, ne aliquâ dedecoris notâ Scriptorem afficeret, & ex facto ipso nominis ejus ab Indice librorum expuncti statim ab Sixti Pontificis obitu.

244. Reprehenditur, quod negaverit immunitatem Ecclesiasticam personarum, & bonorum juris divini esse, quodque postea doctrinam hanc emendarit. Reprehendendus potius fuisset, si minus vera tradidisset, in iisque deinde perseverasset. Utcumque docuerit, utcumque etiam dicamus, priorem suam opinionem emendasse magis, quam explicasse (a), si revera emendavit, novum modestiæ, & humilitatis suæ argumentum dedit (b). *Augustinus ipse*, ut

cetera -- La quale orribile, e diabolica calunnia (*quod nimirum ipse dixerit in Libris Controversiarum proponi, nec satis dissolvi hæreticorum argumenta*) mi ha tanto più percosso l'animo di stupore, e di meraviglia, che non solamente io non l'ho mai nè detto, nè pensato, anzi al contrario ho fatto sempre professione di stimarli, e di riverirli sopra tutto quello, che è stato scritto nella difesa della Chiesa da mille anni in quà. Di questo io ne ho per consolazione mia secreta la testimonianza della mia coscienza, e quella di Dio stesso, il quale prego, che mi confonda, se ho proferito mai cosa tale: e per giustificazione pubblica ne ho le mie azzioni -- *Deinde scribit, se & controversiarum versionem in Gallicum idioma curasse, ut ab hæreticis legerentur, & in Operibus suis easdem Controversias summis laudibus semper celebrasse*.

(a) *Quod enim potius explicarit, quam emendarit priorem suam opinionem, colgi videtur ex ipsa* juris divini *acceptione, quam postea explicavit tom.2. de Cleric. lib.1. cap.28. propos.5. eum dixit*, juris divini nomine non intelligere præceptum Dei proprie dictum, quod extet expresse in sacris litteris, sed quod ab exemplis, vel testimoniis testamenti veteris, vel novi per quamdam similitudinem deduci possit. *Ac inferius cap.30. extare* non pauca testimonia scripturæ veteris, ex quibus per probabilem consequentiam ducatur argumentum *ad probandam immunitatem Clericorum jure divino. Hanc autem* juris divini *esse, quatenus* ab exemplis, & per probabilem consequentiam *deducatur, non negavit nec in ipsâ priori Controversiarum editione* -- jure humano, *inquit*, & divino liberi sunt Clerici ab exactionibus ... nomine juris divini intelligendo exemplum, quod habetur in Scriptura divinà Gen.cap.47., ubi ex Josepho liberante a tributis possessiones Sacerdotis -- *& ad argumenta proposita pro comprobandâ immunitate ex jure divino* -- Neque vero (*ait*) hinc sequitur jure divino Clericos esse immunes a tributis; nam in primis, quod Augustinus dicit, non habetur in verbis Domini, sed colligitur solum per consequentiam probabilem; Dominus enim de filiis veris, & naturalibus Regum loquitur &c. --, *& infra* -- dicendum igitur, vel Bonifacium nomine juris divini intelligere exemplum, quod habetur in Scripturà divinà, nimirum Gen.47., vel certe fuisse Bonifacium in sententià Canonistarum &c.

(b) *Uti supra notatum est* §.97.

ut olim responderat Cardinalis de Laurea, (a) *duobus Retractationum libris per 103.capitula supra ducentas propositiones retractavit*. Alii quoque Patres Ecclesiæ fas sibi esse duxerunt mutandi non raro, temperandique suas ipsorum sententias (b): *Non enim mutatio sententiæ, sed inconstantia sensus in culpa est. Quando ergo ad cognitionem recti intentio incommutabilis permanet, quid obstat, si ignorantiam suam deferens verba permutet?* (c)

245, Quæ ad actus vitutum pertinent, haud mitiore pleraque feriuntur stylo: *La mensa* [ita in eodem Voto] *si vede, ch' era di tre giulj al giorno in tempo, che con tre giulj si comprava il doppio di quello, che ora vi si compra; nè entra in conto la parte del vino, e pane, ch'egli avea da Palazzo; sicchè la tavola non era frugale, ma comoda*: quamquam nonnisi ex Præpositi Generalis consilio aliquamdiu permiserit triginta obolorum sumtum (d): quamquam hunc eumdem deinde coercuerit ad obolos viginti. Refertur quoque, & heroicum esse negatur illud: *Che faceva una tavola poco meglio che nella Compagnia* (e). Sed relegantur verba testis, ex quo desumtum id fuit (f): *Il trattamento fu sempre da povero*; ac deinde: *Il vitto era nel numero delle vivande come quello della Compagnia, nè di molto miglior qualità*; recolatur unius ferculi usus ex vulgari carne vervecinâ aut bubulâ, aut ex minutioribus piscibus (g); item modus ab eo servatus etiam in his cibis vulgaribus; ita ut parum ex iis sumeret, *e senza applicazione alcuna* (h); recolantur cetera, quæ de parsimoniâ ejus dicta sunt (i).

246. Quid inde scrutari juvat, an triginta oboli impenderentur; an in eorum calculo poneretur nec ne panis, & vini portio, quod in-

---

(a) *In ejus suffragio ordine XIII.*

(b) *Hinc Vigilius Papa in epist. ad Eutychium, Quintæ Synodi confirmatrice* -- pudori, *ait*, esse non debere, quum ea, quæ ab initio omissa, studio deinde veritatis inveniuntur &c. Patres, & maxime Augustinum propria scripta retractasse, & illa, quæ omiserat, ac deinde invenerat, addidisse.

(c) *Ut scribit Pelagius Papa epist.1. ad Episcopos Istriæ.*

(d) *Ex P. Eudæmonjuanne, cujus verba superius retuli* §.239.

(e) *Part.2.* §.6.

(f) *Nimirum ex P. Eudæmonjuanne Sum. pag.*102. §.15.

(g) *P.Eudæmonjuannes loco cit.* -- Non voleva, come da'suoi ho saputo, che si comprasse altro pesce, che minuto, e simile a quello, che si dà nel nostro refettorio -- *Præfectus Cubiculi T.III. Sum. pag.*42. §.2. -- In tavola non voleva altro, che una vivanda poca, e ordinaria; e quando gli si dava pelato, o mongana, bisognava per non disgustarlo dire, che non si trovava altro &c. -- *Vide alios superius adductos* §.143.

(h) *Vide supra* §.148. (i) §.148. *& seq.*

incompertum nobis est? an eâ ætate major esset victualium copia, ita quidem, ut Cardinalis mensa paullo fortasse abundantiorem exciperet ciborum quantitatem, quam quæ ipsius Cardinalis usui foret? Quid etiam refert, illatas in eam fuisse ex eorum, qui ministrabant, diligentiâ dapes aliquanto meliores, non nisi tamen ejusdem generis, & numeri, ac in Societate haberi solent? Num ut heroicæ temperantiæ meritum sibi compararet, tenebatur non modo edicere & diurnum pecuniæ sumtum, & numerum, & speciem ciborum, verum & deteriorem pariter eorum qualitatem inter alia, quæ ejusdem generis, & pretii forent? Num propterea minus commendandus est, quam aut S. Joannes Climacus, qui in *mensâ nihil rejiciebat, quod a vitæ religiosæ instituto, legibusque non abhorrebat; sed cibum ita modice, sobrieque sumsit, uti gustare potius, quam edere videretur* (*a*); aut S. Thomas a Villanova, qui non *excessit in cibo id, quod religiosus comedere solebat juxta usum suæ provinciæ* (*b*)? Numquid non heroicam temperantiam servasset, etiamsi morem secutus esset S. Antonini Archiepiscopi, qui *sinebat perdices, & carnes apponi ad mensam; perdices tamen non agnovisse, carnibus autem usum fuisse ob languores stomachi* (c), aut S. Francisci Salesii, cujus mensa *non era nè troppo frugale, nè troppo lauta, ma moderata*? (*d*)

247. Quia testimonium unus dixerit, *che fu molto poco attaccato alli parenti dandogli poco, e più per il bisogno, che per altro*, exinde infertur: *Dunque gli dava anche per altro, ed era attaccato ad essi qualche poco*; quando tamen vel integra ipsa testis hujus verba satis ostendunt, nullo plane alio erga consanguineos affectu devinctum fuisse, quam quem sanctissimæ Charitatis ordo exposceret. (*e*) Quia Bellarminus inique ferret pauperibus subtrahi, quod melioribus cibis impenderetur, hæc adnotantur: *La temperanza, ed astinenza eròica vuole, che si lascino i cibi migliori, non perchè vagliano più, ma per affligere il corpo, e privarsi del gusto sensuale per l'amor di Dio*; quasi non rectius Bellarmino & abstinentiæ, &

 cha-

(a) *Uti refertur a Sanctitate Suâ de Canoniz. lib.3. cap.29. num.7.*
(b) *Cit. cap.29. num.7.*
(c) *Apud Bollandianos ad diem 2. Maii pag.318.*
(d) *In ejus Vitâ impressâ ante ejus Opera cap.17.*
(e) E di più è vero (*inquit testis*), che fu molto poco attaccat o alli Parenti dandogli poco, e più per il bisogno, che avevano, che per altro, riguardandogli come poveri, & in questa materia parla il suo testamento, & un voto, che

Charitatis in pauperes meritum tribuendum esset (a), vel quasi opus fuisset tubâ canere, & aperte nunciare ministrantibus singulas abstinentiæ caussas.

248. Illud etiam notatur: *Egli teneva arazzi, e paramenti di panno rossino, ed in quel tempo era trattamento comune de' Cardinali*; quasi inter apparatum, quicumque tandem ille sit, sive ex pelle, sive ex pannis laneis, nullum esse potuerit majoris, minorisve pretii discrimen; neque propterea credendum sit testibus modicam sive copiâ, sive pretio supellectilem exprimentibus (b); aut quasi heroicæ virtuti repugnet honesta aliqua supellex, sine qua incurrisset potius nequissimum singularitatis vitium (c); aut quasi tandem apparatum illum laneum rubri coloris in pauperes non dispersisse (d). Præterea in Bellarminum inflectitur, quod cymbalum diu retinuerit pro familiarium usu, quamquam retinendi optimam animo suo caussam haberet, detinendi scilicet familiares suos honestissimo ocio; deinde vero & illud ipsum maluerit pauperum beneficio cedere. Demum, ut alia plura prætercam, *Le sedie di Velluto* [ita legitur (e)] *gli furono fatte levare dal Generale dopo che l'aveva fatte; dunque quanto a se non aveva la perfezione d'astenersene*; quasi necessitati obsequendi Præpositi Generalis imperio potius, quam duplici & modestiæ, & obedientiæ virtuti referri æque non debeat earum sellarum remotio: Initio namque promotionis suæ Bellarminus nihil prorsus absque Præpositi Generalis sententiâ decer-

che si trova scritto di sua mano, nel quale promette a Dio, che se mai fusse stato Papa, non averia tenuto appresso di se li Nepoti -- *Sum. pag.* 43. §. 14.

(a) *Ex S. Leonis Papæ sententiâ serm.* 8. *de jejun. VII. mensis* -- Peccatum, quod fragilitate carnis, & cupiditatum pollutione contrahitur, jejuniis, atque eleemosynis deleatur. Esuriamus paullulum dilectissimi, & aliquantulum, quod juvandis possit prodesse pauperibus, nostræ consuetudini subtrahamus.

(b) *Qui superius citati fuere* §. 122.

(c) *Ex iis, quæ fuse tradit Sanctitas Sua de Canoniz. Sanct. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 7., *ubi inter alia recitatur illa Cassiani sententia* -- Quidquid autem extra consuetudinem præsumitur, usumque communem, ut vanitatis, & gloriæ, atque ostentationis morbo pollutum antiquissima Patrum traditio notavit. *Unde Possidius in vita S. Augustini* -- Vestis ejus, *ait*, & calceamenta, & lectualia ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abjecta plurimum, quia his plerumque vel jactare se insolenter homines solent, vel abjicere ... At iste Beatus, ut dixi, medium tenebat, neque in dexteram, neque in sinistram declinans --, *Sane Bellarminum ab singularitatis vitio abhorruisse Testis est Cardinalis Ursinus Sum. pag.* 78. §. 59. *ubi eum vocat* -- un'esemplare molto imitabile nelle sue virtù, nell'esercizio delle quali egli con ogni studio fuggiva le singolarità.

(d) *Ex testibus citatis supra* §. 133.

(e) *In eod. voto parte* 2. §. 10.

decerni voluit neque de sellis hujusmodi (a), neque de aliis, quæ ad sui ipsius, ac domus, & familiæ suæ cultum pertinerent (b). Quis porro non agnoscat, laudandum magis fuisse, quia ex aliorum consilio, & ex obedientiâ supellectilis modum statuerit, quam si proprio arbitratu longe humiliorem delegisset?

249. Longe temperantiore calamo usus est author alterius Voti Bellarmini Causæ adversantis, quod Cardinalis Casanatæ nomine non ita pridem vulgari cœpit. Non enim eo in Voto vel mendacii alicujus, vel contradictionis, vel suspicionis notantur, aut quæ dixere testes, aut quæ Bellarminus scripsit; non ipse vel errasse, vel peccasse quidquam dicitur in iis, quæ docuit & fecit: sed hoc fere unum contenditur, quod *asserendum quidem est, fuisse Cardinalem virum doctum, pium, & religiosum; qui partes muneris sui tam in statu Religioso, quam Episcopali, & Cardinalitio forsan inculpabiliter explevit; verum in virtutibus externis non videmus heroicitatem illam, quam in præsenti negocio desideraremus*: deindeque post plura in hanc rem exposita, quæ haud excedant communem Religiosis aliis, & Episcopis, & Cardinalibus, qui recte agere velint, honestatem; quæque ostendant Cardinalem Bellarminum fuisse virum, cujus anima pie in Cœlis vivere credi possit, subjungitur: *At illum proponere in Ecclesiâ tamquam exemplum, in quem inspiciant fideles, hoc dicere non audeo, præcipue quum ex narratione Vitæ ab eodem Cardinali propriâ manu scriptæ, & imprudenter typis mandatæ, multa sint, quæ affectum proprium, & quamdam gloriam demonstrant; signanter, quum ex aliquibus ibi narratis possint tractu temporis oriri non modicæ tempestates inter Ecclesiasticos, & Academicos, ut colligi potest ex his de Sacris Bibliis emendatis, & de quæstionibus Gratiæ Dei*.

250. Communis, seu mediocris tantum honestatis non perfectissimæ virtutis esse Bellarmini actiones, ne fortasse quidem ipse Voti hujus Author pro ea, quam redolet, dicendi, opinandique mo-

(a) *Nam eas Magister Domus paravit inscio Bellarmino, uti colligitur ex iis, quæ narrat idem Magister Domus Sum. pag.44.* -- Avendogli fatto io sei sedie di velluto, quando le vide in camera, le fece subito cavar fuori; *easdemque consulto Præposito Generali amoveri jussit, ut referunt P. Mutius Vitelleschi Sum. pag.10. §.55.* -- portai da una parte una lista delle sue massarie, pregando il P. Generale da parte di sua Signoria Illustrissima, che levasse tutto quello, che gli pareva superfluo, e non conveniente, ed al P. Generale con il parer mio, gli parse, che si dovesse levare alcune poche sedie di velluto.

(b) *Ut superius notatum est §.132.*

modestiâ confirmatæ nunc repeteret ex eorum conspectu, quæ & ex veteribus, & ex posterius adauctis facti documentis, & uberius modo collecta sunt, & animadversa diligentius; præsertim quum in Votum illud nonnulla excidisse videam, quæ recte, ac jure dici potuisse vix, ac ne vix quidem adsentiar.

251. Ad Fidei præstantiam quod attinet: *nulla* (ibi legitur) *videtur emissa voluntas adeundi terras hæreticorum, & infidelium pro defensione fidei Catholicæ cum periculo vitæ, ut ad veram heroicitatem necessarium est; quia si admitteremus in actus fidei heroicos scribere pro fide Catholica in propriâ domo, ubi nihil deest de his, quæ necessaria sunt ad tolerandos labores; certe innumeros haberemus pro hâc parte viros heroicos, quum quotquot Commentaria compingunt vel in Sacram Scripturam, vel in alias Theologicas quæstiones, certe ii omnes laborent pro dilatatione, & conservatione fidei Orthodoxæ*. Duo in his continentur: Primum, *voluntatem adeundi Terras hæreticorum, & infidelium pro defensione fidei Catholicæ cum periculo vitæ* requiri *ad veram heroicitatem*: Alterum, *heroicitatem* hanc minime *ex scriptis* demonstrari; quod postremum non moror, quum non ex solis, nudisque scriptis, sed ex immensis fere laboribus, vigiliis, & incommodis; ex pergrandi molestiâ in revolvendis putidissimis hæresum libris, ac sordibus; ex ingenti scriptotum utilitate, ac fructu, ex unico fine honoris Dei, & Ecclesiæ commodi; & ex ardentissimo Charitatis igne, quibus Bellarmini Opera, & scripta formata sunt, susceptum a me fuerit, ac demonstratum præclarissimæ virtutis argumentum.

252. At pro fidei excellentiâ opus esse voluntate obeundi vitæ pericula pro ejusdem fidei defensione, id est, quod nullâ ratione concedendum putem. Ex ejus quidem fortis animi, ac voluntatis exhibitione heroicam fidem ostendi concedam (a). Præterea heroicam fidem minime effulgere in eo, qui non gaudeat pro Jesu nomine & pericula vitæ aggredi, & contumelias, & mortem ipsam pati, sicubi res, & occasio postulet ea omnia tolerandi, facile etiam concedam: quamobrem non sine aliquâ saltem specie rationis, & in priore Voto, de quo multa superius dixi, & in Animadversionibus Sanctitatis Tuæ objectum est humani

(a) *Nam, ut inquit Card. de Laurea disput.32. de virtut. heroic. art.9. nu.232. citatus in animadv. Sanctitatis Suæ num.82.* -- Etsi non accideret casus expositionis vitæ, adhuc tamen firma animi præparatio, ac dispositio se se exponendi, si occasio urgeret, sufficit ad arguendam fidem heroicam.

mani, & infirmi aliquid Bellarmino, qui oblati sibi quondam Martyrii occasionem fugiendo vitarit, contigisse; quamquam nec id suo constare momento satis ostenderim; quæ tamen longe, lateque distant ab eâ generali, & absolutâ pronunciatione de omnino eliciendâ voluntate aggrediendi vitæ pericula, quasi hæc unica tessera sit, quâ heroicam fidem agnoscamus.

253. Non ex hac voluntate, sed ex firmissimâ illâ constantiâ, quâ mulier Chananæa, utut a Domino in speciem totiens contemta, rejectaque, vehementius rogare institit, ac dixit: *Etiam Domine: nam & Catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensâ Dominorum suorum*, tantum admirationis, & laudis sibi promeruit divinis verbis expressam: *O mulier, magna est fides tua*. Non Petrus illustri illâ, terque geminatâ confessione: *Tu es Christus filius Dei vivi*, beatus a Christo vocatus est, quia vitam profundere optarit: sed *quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in Cœlis est*; atque ut Petrum alloquitur S. Leo (*a*) ex personâ Christi: *Ideo beatus es, quia Pater meus te docuit, nec opinio te terrena fefellit, sed inspiratio cœlestis instruxit, & non caro, & sanguis, sed ille me tibi, cujus sum Unigenitus, indicavit*. Boni Latronis in Cruce pendentis fides extollitur, non ob amorem supplicii, sed *hæc est* (inquit S. Maximus Taurinensis (*b*)) *fidei plena devotio, ut quum de vulneribus Domini profluens sanguis cernitur, tunc de potestate ejus venia postuletur; quum videtur humilitas, tunc magis teneatur ejus divinitas; quum morti addictus putatur, tunc Regis illi honorificentia deferatur*.

254. Plura heroicæ fidei & argumenta, & exempla, quæ nullam præferant voluntatem, seu desiderium subeundi vitæ discrimina, legi possunt in Operibus Sanctitatis Tuæ (*c*); veluti illud Paulæ *ab actu extrinseco, quo se hæreticis adversam ostendebat*, ut de eâ Hieronymus refert: *Ex quo die ita cœpit hominem detestari, & omnes, qui ejusdem dogmatis erant, ut eos voce publicâ hostes Domini proclamaret: & hæc dixi . . . ut fidem sanctæ feminæ*

(a) *In Serm. de Nativit. Apostol. Petri, & Pauli in Appendic. tom. 1. pag. 189.*

(b) *Cujus testimonium refertur a Sanctitate Sua de Canonizat. Sanctor. lib. 3. cap. 23. num. 3., decerptum ex Serm. 1. de Sanct. Latr. Itemque aliud ex Serm. 2. ita se habens* - Magna igitur, & perfecta fides in illo Latrone fuit: Magna plane est, & admirabilis fides, quæ Christum Crucifixum glorificari magis credidit, quam puniri.

(c) *In citato lib. 3. cap. 23. de Canonizat. Sanct.*

minæ ostenderem, quæ maluit inimicitias hominum subire perpetuas, quam Dei offensam amicitiis noxiis provocare. Illud etiam S. Teresiæ desumtum ab maximâ fidei certitudine: *Unde sæpe dicere solebat, se non invidere illis, qui in hâc vitâ oculis corporeis Christum Redemtorem nostrum videre meruerunt: videbatur enim ipsi; quod oculis fidei ipsum Deum præsentem in Sanctissimo Sacramento Altaris intuebatur, ita ut, quantum ad hoc gauderet illius divinâ præsentiâ corporali*. Illud S. Petri de Alcantara: *ex exteriori confessione fidei sæpissime, & enixe ab isto Servo Dei in decursu vitæ suæ factâ*. Item ex tantâ firmitate fidei, *quod, si occasio se se obtulisset, non dubitasset pro unico puncto fidei mori*: (adnotasse autem hic juvat haud commendari heroicam fidem *ex voluntate emissa adeundi loca hæreticorum, & infidelium cum periculo vitæ*; sed ex parato dumtaxat animo moriendi pro fide, *si occasio se se obtulisset*). Legimus pariter quod *in SS. Petro de Alcantara, & Teresia fidei heroicitas ex desiderio fidei propagationis, & morum reformationis desumta est*.

255. In universum: *juxta doctrinam S. Antonini . . . fides alicujus magna ostendi potest primo, si alta de Deo sentit: secundo, si caduca pro præmio æterno contemnit: tertio, si in adversis in Deo confidit, & non deficit: quarto, si a bono opere non desistit*. Ac rursus ex actibus, quos S. Thomas enumerat ad fidei probationem pertinentes, nimirum ex observantiâ præceptorum, oratione ad Deum, cordis demissione, & obedientiâ, fidei dilatatione, aut saltem ejus desiderio, timore Dei, cultu Dei, & Sanctorum, horrore peccati, & pœnitentiâ ejusdem commissi, patientiâ in adversis, lætitiâ in operibus bonis, ac demum ex humilitate, & sui abjectione concludit Sanctitas Tua, *habitum heroicum fidei ex iisdem actibus dignosci, si eorum videlicet frequentia suppetat, si facilitas, promtitudo, & delectatio eos comitentur; & si in circumstantiis, in quibus prodierunt, aliquid arduum, excellens adfuerit, quod admirationem conciliet, & sic agentem elevet supra communem operandi modum etiam proborum virorum* (a).

256. Ergo ne quia *nulla videtur emissa voluntas adeundi terras hæreticorum, & infidelium cum periculo vitæ*, nullum Bellarminus præstitit heroicæ fidei argumentum? Tam magnum, ac tam magno præstitit numero, quam magni, multique sunt actus, ex

(a) *In eod. lib. 3. cap. 23. de Canonizat. Sanctorum*.

ex quibus, eorumque fere singulis heroicam fidem ostendi modo dictum est. Quantum enim hæreticos, & hæreses *detestatus fuerit*, ac profligaverit, ut jure malleus hæreticorum appellaretur (*a*); quantum non metuerit pro Catholicæ fidei adsertione accusationes, probra, maledicta, infamiam, *& inimicitias eorum subire perpetuas*; quantum & scriptis, & verbo, & opere prodiderit, quamque magnâ ex parte compleverit *desiderium propagationis fidei, & reformationis morum*; quam *alta de Deo senserit*, ut non æger modo, sed extremos pene spiritus ducens, semel, bis, ac tertio solius fidei, & charitatis viribus pronus in terram se jecerit Augustissimæ Eucharistiæ adorandæ caussa; quam denique ardua, ac difficilia perfecerit in omni virtutum genere cum perpetuâ, eximiâque morum innocentiâ conjuncto, repetendum hoc loco non est.

257 Quæ porro si absque *voluntate* illa *adeundi terras hæreticorum, ac infidelium cum periculo vitæ* adhuc dixerimus satis non esse ad heroicam Bellarmini fidem demonstrandam; heroicâ itaque fide caruisse dicendi essent & Sanctorum plurimi, & ipsi Sancti Ecclesiæ Patres, & Doctores. Nec enim apud eos, qui vitam, resque gestas Hieronymi, Ambrosii, Augustini, Gregorii Magni, Hilarii, Bonaventuræ, ac Thomæ Aquinatis diligentissime litteris consignarunt, ullum reperiemus documentum elicitæ ab iis voluntatis obeundi sponte Martyrii, aut sponte se conjiciendi in vitæ discrimina pro Catholicæ fidei propagatione, aut defensione (*b*). Quod si præterea de actis Athanasii, ac Joannis Chrysostomi monumenta veterum revolvamus, hos quidem ab Arianis, & Ecclesiæ hostibus totiens impetitos, conquisitosque ad exilia, vincula, & necem inve-

(a) *Vide, quæ superius dicta sunt in §.35. Malleum quoque hæreticorum conceptis verbis appellant epistolæ postulatoriæ XXIII. XXVII. XL. XLII. XLVI. LXXVII. LXXXV. & XCIV. quarum postrema est Benedicti XIII., tunc Cardinalis Ursini.*

(b) *Revolve si placet vitam S. Augustini a Possidio scriptam, & aliam in octo libros a Patribus Maurinis recentius distributam, quæ extat in XI. Operum Tomo. Vitam præterea S. Ambrosii, sive a Paulino editam, sive alteram a Græco in latinum sermonem translatam, nuncque primum vulgatam ex antiquis manuscriptis codicibus; sive postremam a Patribus Maurinis ordine Chronologico digestam: quæ omnes legi possunt in Appendice II. Operum tomi. Item vitam S. Hilarii Arelatensis Episcopi authore S. Honorato Massiliensi Episcopo ejus discipulo; S. Hieronymi inter ejus Opera editionis Maurinæ T.V. authore P. Martinonio, & editionis Veronensis T.XI.; & S. Gregorii Magni, inter ejus Opera editionis Maurinæ T.IV. Vide etiam apud Bollandianos vitam S. Thomæ Aquinatis ad diem 7. Martii, & S. Bonaventuræ ad diem 14. Julii; nec in iis omnibus ullum reperies desiderii vestigium de vitâ ultro pro Christi fide profundendâ.*

veniemus paratiſſimo fuiſſe animo, ut tales, ac tantos fidei defenſores decebat, fortiter, alacriterque tolerandi dira quæcumque ſupplicia, quæ pati oportuiſſet, non autem illa ultro, ac ſponte conquirendi (*a*); ſique demum vel Franciſcum Aſſiſinatem, vel Antonium Patavinum, vel Philippum Nerium, vel etiam Thereſiam, alioſque Sanctos Viros, & feminas flagraſſe legimus Martyrii deſiderio, legimus quoque tunc ſolum illud appetiviſſe, quum de ejus eventu opinionem aliquam, aut ſpem concepiſſent, non vero poſtquam agnovere vel ab exitu eorum conſiliis adverſo, vel argumentis aliis, beneplacitum eſſe Deo, ut aliam, quam corporis victimam ei mactarent (*b*). Quippe Sanctis etiam Viris in more poſitum

---

(*a*) *Perſpicuum id eſt ex iis, quæ narrantur in Athanaſii vita præfixa Tom.I. ejus Operum editionis Maurinæ, ac præſertim ſub n.7.* -- ibi -- Qui tametſi Diaconus ſolum erat (*tempore Nicænæ Synodi*) ... nemini uni, quamtumvis grandævo ſecundus erat ſtudio Arii confutandi ... Quo factum, ut tota vis mali in capitis ejus periculum poſtea immineret, ipſeque unus omnium impetum exciperet -- *& infra ad an. 335. n.1.* -- ab hoc cœtu [*ab Synodo Tyri*) avertebat Athanaſii animum priſtinarum recordatio conſpirationum: nec tutum eſſe arbitrabatur hoſtibus ſe committere, quos penes tunc ſumma rerum eſſet, ubi nulla æqui ratio futura, ſed omnia Euſebianorum arbitrio agenda, jubente Comite, cogentibus militibus: at vel invitus ille, litteris compulſus Imperatoris, iniquo judicio ſecum agi paſſus, eo cum Ægyptiis Epiſcopis quadraginta novem ſe contulit. *De Chryſoſtomo Palladius in Dialog. de vitâ S. Jo Chryſoſtomi T.XIII. ejus Operum edit. Maurinæ inter alia, quæ oſtendunt paratum Chryſoſtomi animum fortiter tolerandis quibuſcumque mortis etiam periculis, ac ſuppliciis, refert, quod ad judicium venire juſſus dixit:* Orate fratres, &, ſi amatis Chriſtum, nemo mei cauſsâ Eccleſiam deſerat. Ego enim jam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat ... & multas perpeſſus afflictiones vitam, ut video, relicturus ſum. Novi enim Satanæ inſidias, eo quod non amplius ſuſtineat pondus meorum adverſus ipſum ſermonum ... ſedete, ait, fratres, & flere deſinite, eo amplius me emollientes: mihi enim vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Nam percrebuerat, illum ſecuri percuſſum iri ob nimiam loquendi libertatem. Et ſi meminiſtis, memorias veſtras replicate, quod ſemper vobis dixerim: Via eſt vita præſens, cujus læta, atque moleſta pertranſeunt: Et mercatus eſt præſens ſeculum: Emimus, vendimus, & diſcedimus. Num meliores ſumus Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, ut nobis hoc vitæ immortale permaneat?

(*b*) *Vide Breviarii lectiones ad diem XIII. Junii, diem IV. & XV. Octobris. De S. Philippo Nerio hæc habet Sanctitas Sua de Canonizat. Sanctor. lib.3. cap.23. §1. num.9.* -- S. Philippus Nerius vitæ curſum Romæ peregit: zelo fidei ardebat deſiderio in Indias proficiſcendi, ut in eâ regione unà cum quibuſdam ſuis alumnis Evangelium prædicaret: ſed de contrariâ Dei voluntate admonitus a quodam Sancto Monacho Ciſtercienſi, a quo conſilium eâ de re petierat, quippe poſt fuſas ad Deum preces reſponderat, Romam eſſe debere ipſius Indiàs, heroicos actus fide i

fitum eſt, ut niſi in eas res, quarum præſens occaſio ſe offerat, aut quarum ſaltem eventum ſperare quoquo modo liceat, ac deceat, deſideria non ferant (*a*).

258. Exigenda itaque non eſt a Bellarmino voluntas adeundi ſponte ſuâ loca infidelium cum vitæ periculo; immo nec id ei fortaſſe licuiſſet optare, ſi, quod perfectius, Deique gloriæ conducibilius viſum eſſet, agendum ſibi propoſuiſſet, ut revera ſibi propoſuit: non modo enim a primâ ætate totum ſe obedientiæ devoverat, ſed eam deinde ſcriptis, & concionibus, & modis aliis, ac tam utilem Eccleſiæ navavit operam, quæ ſi non magnitudine, at utilitate longe ſuperaret Martyrii opus (*b*). Quamquam per eas, quæ datæ ſunt, occaſiones, & eo, quo licuit, modo nec obſcura, nec pauca eum indicia præbuiſſe fortis, paratique ad mortem ipſam animi; quin immo & hanc vehementer concupiſcentis, adnotatum jam ſupra eſt, quum de objectâ Martyrii fugâ ſermo eſſet.

259. De auſteritate vitæ: *Quis eſt* [proſequitur Voti Author] *qui dicat jejunare feriâ quartâ in hebdomada, & impendere duos tantum julios pro obſonio ſingulis diebus ſint actus pœnitentiales in gradu heroico*? Nec ego plane id dicam: nam, ut latius ſupra expoſui, & nunc reminiſci juvat, non ex uno feriæ quartæ jejunio, ſed totius Adventus temporis, itemque trium hebdomadæ dierum, qui deinde ad duos contracti ſunt, ac rurſus abſtinentiæ a carnibus per alterum hebdomadæ diem; non ex viginti obolis, qui in menſam impenderentur, ſed ex uno, eoque vulgari menſæ ferculo; nec ex his tantum, ſed ex parciſſimo ciborum uſu, ex neglectu ſaporis, & guſtus, ex averſione a deliciis, ex accuratiſſima obſervatione regulæ Societatis præcipientis afflictiones corporis, quas unicuique ſuggerat prudens aliorum conſilium, ex vario aliarum aſperitatum genere, ex vigiliis, ex perpetuis, graviſſimiſque laboribus, & curis, ex morbis, injuriis, & adverſis quibuſcumque rebus patientiſſi-

fidei in Urbe exercuit, quum in ea Palæologum apoſtatam, & Hæreſiarcham, & Hebræos nonnullos ad veram fidem reduxerit, & alios in fide confirmaverit, quemadmodum legitur in relatione Rotæ Auditorum.

(a) *Quamobrem licet in Servis Dei virtutes omnes deſiderentur in gradu heroico, non deſiderantur tamen earum actus, & probationes ultra quam ferat uniuscujuſque ſtatus, in quo poſitus fuerit, ex iis, quæ tradit Sactitas Sua de Canonizat. Sanct. lib. 3. cap. 21. n. 15. ubi refertur illa Theophili Raynaudi ſententia* -- Exornantur quidem Sancti Viri decoribus omnium virtutum ſtatui ſuo conſentanearum -- *& cap. 22. num. 11. ubi requiruntur ſolum actus virtutum* -- juxta ſtatum perſonæ Servi Dei, vel Beati, & juxta circumſtantias, in quibus, dum viveret, fuit conſtitutus.

(b) *Vide ſupra* §. 44. *ex ſententiâ S. Thomæ a Villanovâ*.

tissime toleratis, ac tandem ex severissime sibi interdictâ inter tot labores, morbos, & curas honestissimâ licet vel exigui temporis rusticatione, ut hanc ad impensius orandi, meditandique de rebus divinis studium transferret.

260. Postquam autem eo in Voto per plures virtutum species recensentur, notanturque velut communia probis Viris tum ea, quæ ipse retuli, tum alia, quæ referre non vacat, duo item adjungit facti veritati parum congruentia: Primum, quod *non habeamus famam constantem, & per orbem extensam, immo potius silentium altissimum usque ad præsens Sanctitatis ipsius*: Alterum, quod *non habeamus apparitiones, revelationes, invocationes, aut miracula, nisi admittamus susurros demissos, & incertos*. Pro susurris demissis, & incertis æstimanda certe non sunt, quæ de Bellarmini etiam viventis prophetiæ dono, de gratiâ curationum, deque aliarum virtutum operatione jam attigi ex testimonio vel plurium, vel pauciorum, vel facti proprii, vel aliâ satis idoneâ scientiæ ratione suffulto (a). At primum de altissimo silentio usque ad præsens Sanctitatis ipsius quis æquo animo audire possit? quum, si quis alius, vivens, & moriens opinione, & famâ Sanctitatis valuerit in Urbe, & Orbe, ac sive in recenti, sive in posterâ hominum memoriâ, hunc plane Bellarminum fuisse omnino fatendum sit ex iis, quæ de hoc argumento superius tam copiose exposui.

261. Jam vero *multa* illa, quæ brevibus verbis, ac generatim eodem in Voto indicantur ex narratione Vitæ, velut affectum proprium, & quamdam gloriam præferentia, non est, cur hic denuo percurram; quum ea omnia singulatim, & abunde vindicata jam fuerint ab quacumque minus rectâ suspicione. Indicatur etiam timor, ne *tractu temporis oriantur non modicæ tempestates inter Ecclesiasticos, & Academicos ex his de Sacris Bibliis emendatis, & de quæstionibus gratiæ Dei*. Quoad Sacrorum Bibliorum narrationem, neque hîc repeto, quæ ab quocumque metu nos liberant. Quod vero spectat ad quæstiones gratiæ Dei, haud plane scio, quænam tempestates inter Ecclesiasticos, & Academicos oriri queant ob ea, quæ Bellarminus memoriæ prodidit (b); neque ullum ex his dissidiorum, & controversiarum periculum agnovit SANCTITAS TUA in accuratissimis Animadversionibus, ubi solum inde argumentum sumsit *irreverentiæ* erga Summum Pontificem Clementem VIII., de quo supe-

(a) *Vide supra* § 195. & 196.
(b) *Quæ relata sunt supra in notis marginal. ad* §. 214.

ſuperius actum eſt. Ac ſane in tam longâ temporis ſerie, quæ jam præteriit, experimento ipſo didicimus, nihil ſeditioſi, nihilve mali timendum.

261. An tempeſtates, ac turbas, quæ ſaltem metuendæ ſint, nobis fingimus, quia narratio de *admonitione factâ* eidem Summo Pontifici quæſtiones illas gratiæ Dei coram Cardinalibus S. Officii agi, ac diſputari jubenti, ut *caveret fraudes, & ut non putaret ſe ſtudio proprio, quum Theologus non eſſet, ad intelligentiam rei obſcuriſſimæ pervenire*, novas ſuppetias ferat Pontificiæ Authoritatis oſoribus, ut liberius, & audacius parvipendant Apoſtolicæ Sedis definitiones, veluti editas [quod jam diu calumniari conſueverunt] ab Pontifice & indocto, & fraudibus circumvento? Non utique. Id enim ſi calumniari pergant, ex eâque narratione adſtruere, & confirmare conentur, prorſus temere, & abſque ratione facient. Licet Bellarminus non ea dixiſſet Clementi VIII., quæ dixiſſe refert, veriſſimum perpetuo erit, Summo Pontifici in fidei quoque definitionibus cavendum eſſe ab aliorum fraude, neque proprio tantum ſtudio fidendum, præſertim ſi Theologiæ diſciplinâ ſatis excultus non fuerit; quum & omnes Pontificiæ infallibilitatis adſertores, ac Bellarminus ipſe agnoſcant, humanam quoque diligentiam ad omnes prudentiæ numeros expenſam non ideo a Summo Pontifice prætermitti oportere, quod ex divinâ pollicitatione falli nequeat, nec umquam ſit eventurum, ut temere aliquid definiat (*a*): idque alte

(a) *Bellarminus de Roman. Pontif. lib.4. cap.2., ubi relatis Theologorum plurimis Pontificiæ infallibilitati faventibus* -- Videntur quidem, *ait*, hi authores aliquo modo inter ſe diſſentire; quia quidam eorum dicunt, Pontificem non poſſe errare, ſi mature procedat, & conſilium audiat aliorum Paſtorum; alii dicunt, Pontificem etiam ſolum nullo modo errare poſſe: ſed revera non diſſident inter ſe. Nam poſteriores non volunt negare, quin teneatur Pontifex mature procedere, & conſulere viros doctos; ſed ſolum dicere volunt, ipſam infallibilitatem non eſſe in cœtu conſiliariorum, vel in Concilio Epiſcoporum, ſed in ſolo Pontifice: ſicut e contrario priores non volunt ponere infallibilitatem in conſiliariis, ſed in ſolo Pontifice; verum explicare volunt, Pontificem debere facere quod in ſe eſt, conſulendo viros doctos, & peritos rei, de qua agitur. Si quis autem peteret, an Pontifex erraret, ſi temere definiret? Sine dubio prædicti auctores omnes reſponderent, non poſſe fieri, ut Pontifex temere definiat: qui enim promiſit finem, ſine dubio promiſit & media, quæ ad eum finem obtinendum neceſſaria ſunt. Parum autem prodeſſet ſcire, Pontificem non erraturum, quando non temere definit, niſi etiam ſciremus, non permiſſuram Dei providentiam, ut ille temere definiat. -- *& cap.7., ubi de Conciliorum Generalium coactione; quæ multoties perutilis ſit* -- Nam, *inquit*, etſi in Pontifice ſit infallibilitas, tamen non debet ipſe contemnere media humana, & ordinaria, quibus deveniri poteſt ad

alte adeo repostum erat Bellarmini animo tunc etiam, quum eam responsionem dedit Clementi VIII., ut potius, quam vel leviter suspicaretur de minus prudenti, & inconsultâ definitione, referat apertè dixisse, a SANCTITATE SUA *quæstionem illam non esse definiendam*, atque iterum, SANCTITAS VESTRA *non eam definiet*.

263. An potius turbulentos motus veremur, quia narratio Bellarmini novas difficultates ingerat unius magis, quam alterius sententiæ de gratia Dei adsertoribus? Nihil minus: Suæ, & eædem etiamnum utrique manent rationes, suum utrique pondus. Nihil enim Bellarminus dixit, aut dixisse perhibet, quod diversæ ab eâ, quam ipse tuebatur, sententiæ vel minimum incommodarit. Dixit, ut *caveret fraudes*: quæ certe cautio, cum in quâlibet de re gravi consultatione, ac deliberatione, tum præsertim in eâ gravissimâ, de quâ tractabatur, adhibenda erat. Dixit, Summum Pontificem eam quæstionem non definiturum, quod eventus comprobavit; ac utramque sententiam omnino, ut antea, disputationi reliquit. Neque vero quidquam negocii facit, quod sive in eâ narratione, sive aliis in locis ostenderit *fervorem in propugnandâ doctrinâ Societatis* ... *tum*

ad veram rei cognitionem, de quà agitur; medium autem ordinarium est Concilium majus, aut minus pro magnitudine, vel parvitate rei, de quà agitur: id quod patet primo exemplo Apostolorum. Nam certe tam Petrus, quam Paulus poterant etiam soli quamlibet controversiam infallibiter definire, & tamen Concilium convocaverunt. -- *Recte Melchior Canus de loc. Theolog. lib. 5. cap. 5. p. 157.* -- Nam Deus, *inquit*, suaviter disponit omnia, simulque prospicit & finem, & media ad finem necessaria. Si enim promitteret cuiquam æternam vitam, mox conferret etiam illi bonarum gratiam actionum, quibus eam vitam consequeretur. Videlicet quos glorificavit, eosdem & justificavit, & vocavit, ut ad Romanos 8. capite dicitur. Sic omnino quum Ecclesiæ fidei firmitatem fuerit pollicitus, deesse non potest, quominus tribuat Ecclesiæ preces, ceteraque præsidia, quibus hæc firmitas conservatur. Nec vero dubitari potest, quod in rebus naturalibus contingit, idem in supernaturalibus quoque usu venire; ut qui dat finem, det consequentia ad finem -- *quod pluribus ibidem illustrat. Ceterum humanam diligentiam adhibendam omnino adnotavit paullo antea idem Canus* -- Concilium, *inquit*, & Pontifex humanà vià incedunt, rationemque sequuntur, atque argumentando verum a falso discernunt. Non enim existimandus est Summus Pontifex eam habere facultatem, quæ in Apostolis, Prophetis, & Evagelistis inerat, ut, propositâ unâ quàlibet de fide quæstione, protinus dignoscere possit, utra quæstionis pars vera, falsave sit. Sed adhibere prius consilium necesse est, & expendere utriusque partis argumenta. Tum deinde sequetur auxilium Dei, quod videlicet opus est, ut Summus Pontifex in rectâ fide contineatur. In Conciliis itidem non debent Patres mox quasi ex auctoritate sententiam absque alià discussione dicere; sed collationibus, & disputationibus re ante tractatà, precibusque primum ad Deum fusis, tum vero quæstio a Concilio sine errore finietur, Dei videlicet auxilio, atque favore, hominumque diligentià, & studio confluentibus.

tum quia utraque sententia, licet magnis animorum motibus pertractetur in scholis, nihilominus est Catholica, & impune pro utraque parte pugnari potest; tum quia improbandum non videtur, ut Dei Servus, qui nomen dederat Societati, strenue pro ejusdem sententiâ pugnaret: Totidem sunt SANCTITATIS TUÆ verba (a).

264. Delapsa sensim oratio est in eam postremam disputationis partem, in quâ quæritur, expediat ne Causam hanc ad exitum usque suum deduci. Nam in eo Voto, de quo hactenus, nullius errati, aut culpæ Bellarminus reprehenditur in iis, quæ narravit de emendatione Sacrorum Librorum, ac de sermonibus habitis cum Clemente VIII., sed, ut dixi, innuuntur tantum perturbationes, sive *non modicæ tempestates*, fortasse *tractu temporis* ex iis orituræ. Pertinent autem ista potius, quam *ad obstativa* virtutum, ad prudentis consilii rationem de eo, quod decerni expediat.

265. In hâc postremâ disputationis parte, ut quid deliberandum sit, melius, & aptius dignosci queat, recte me facturum arbitrabor, si distincte prius enumerem mala omnia, vel incommoda, quæ vel leviter suspicari possimus ex ulteriori Causæ hujus progressione; nec enumerem solum, sed præterea disquiram, num revera sint eventura, vel quod eventura sint, non temere vereamur; neque id solum disquiram, sed & illud quoque, num horum malorum, & incommodorum caussa rejicienda sit in Bellarmini cultum, qui rite, recteque absolutis omnibus, quæ agenda, ac probanda supersunt, ab Apostolica Sede tandem decernatur.

266. Mala tamen, & incommoda, quamcumque eorum seriem texere velimus, nullus dixerit certo eventura, sed timeri solum, ne inferantur. Quid enim? Turbant nos, quæ paullo ante ex posterioris Voti Authore objecta sunt de historiâ in Commentariolum, seu Appendicem Vitæ Bellarmini relatâ cum emendationis Sacrorum Librorum, tum rerum pertinentium ad quæstionem gratiæ Dei, quia ex iis *non modicæ tempestates* forte sint excitandæ? Has præterquamquod & ratione, & longo adeo rerum experimento frustra timeri, tum etiam si quæ forte excitabuntur, non ex earum rerum naturâ, sed ex perversâ aliorum interpretatione manare, satis superque demonstratum est, non video, cur illæ umquam acceptæ ferendæ sint Bellarmini cultui. Nam etiamsi ab eo decernendo Apostolica Sedes abstineat, eodem fere in pretio habebuntur, eamdemque fere sive penes hæreticos, sive penes Catholicos obtinebunt fidem, quæ Bel-

(a) *In animadvers.* §.108.

Bellarminus ſcripſit, vir ſcilicet, quem mendacia, & falſa in rebus adeo gravis momenti commentum fuiſſe, ne cogitari quidem poteſt.

267. Turbat ne parum decora ſcriptionum, & Scriptoris merito nota illa, quâ compunctæ fuerunt ejus Controverſiæ a Sixto V. Summo Pontifice, in expurgatorium librorum Indicem referri juſſæ? Verum, neque tu, BEATISSIME PATER, in hujus Cauſæ Animadverſionibus (*a*) pro ingenua tua dicendi ratione tanti faciendam arbitratus es notam hanc, ut, ſimul ac objeciſti, penitus non diſſolveres, & Operis dignitati nihil detrahere fatereris; *tum quia* [ut ibidem habes] *nulla emanavit prohibitio, quin immo Cardinales judicarunt, quod nihil in eo contineretur, quod mereretur prohibitionem, ut legitur in eodem Codice B.*; deindeque poſt obitum laudati Pontificis ex Indice librorum juſſerunt expungi, nullâ præhabitâ ejuſdem Operis mutatione, emendationeve, atque ad id pene eos cogente & magno Authoris merito, & ſummo Operis pretio (*b*); *tum quia cum cauſa accuſationis proceſſerit, ex quo Cardinalis in ſuis Controverſiis non aſſeruit in Pontifice Romano poteſtatem ordinariam, & directam in Principes ſeculares, eorumque provincias, & regna, uti deſumitur ex Vitâ ejuſdem Cardinalis ... ibi: propter inventam in libris ſuis propoſitionem negantem Papam eſſe dominum directum totius mundi, & confitetur Arnaldus in ſuo Opere, cui titulus: Difficultès Proposès &c.: talis opinio videtur conſona veritati*, quam multis ibidem confirmas (*c*). Ex hac autem ridigiſſima in Bellarmini libros cenſura, quæ tamen nullam aliam reprehenſionis cauſſam invenit, quam modo expoſitam [id enim cum adductis, tum aliis etiam

---

(b) §.49. & 50.

(c) *Conſtantinus Grimaldi in Opere, cui titulus* -- Diſcuſſioni Iſtoriche, teologiche, e filoſofiche -- *part.4. in reſponſ. ad epiſt.111. apologeticam Benedicti Alethini num.53. editionis Lucenſis* 1725. *hæc ſcribit* -- Baſta por mente a ciò, che ſcriſſe il Geſuita Fuligatti delle Controverſie del Cardinale Bellarmino, le quali, comechè foſſero innocentiſſime, anzi a Santa Chieſa molto profittevoli, nondimeno furono in tempo di Siſto V. dalla Congregazione dell'Indice poſte tra'libri vietati per opera de'ſuoi emuli, la cui potenza eſſendo indi venuta meno dopo la morte di Siſto, furono i medeſimi libri, ſenza che in alcuna guiſa mutati foſſero, tolti dall'Indice per ordine della ſteſſa Congregazione: al che fare venne forzata *dal gran merito dell'Autore*, e dal ſommo pregio di tali Opere; non dovendo, con vantaggio dell'Ereſia, reſtar ſoppreſſi quei Libri, che sì fortemente la combattevano.

(c) *In cit. animadverſ.* §.50.

etiam facti argumentis perspectissimum est (a)] magis, magisque dignoscimus, quantum illi distarent ab omni prorsus errore, errorisve periculo.

268. An turbant aliqua ex iis, quæ Bellarminus docuit, quia fortasse Catholicorum quibusdam minus placeant? Nihil plane esse, quod in ejus libris inoffenso non decurramus pede, ut modo dicebam, immo universam ejus doctrinam, præhabitâ Cardinalis Brancatii perhonorificâ collaudatione, ab Sacrorum Rituum Congregatione probatam, omnique ævo ab quibuscumque doctrinâ, pietate, atque etiam Sanctitate laudatissimis Viris celebratam fuisse compertissima res est. Nec ii tantum, qui Ecclesiastici ordinis sunt, sed Principes fere omnes imperatoriâ, regiâ, aliâve summâ fulgentes potestate in postulatoriis ipsorum Litteris, & summis precibus Beatificationem ejus expetiere, & summis laudibus nominatim doctrinam ejus commendarunt. Quem itaque Catholicorum extiturum putabimus inverecundæ adeo frontis, ut, quia non probet omnia, quæ ille docuit, contemtui quoque habiturus sit ejus Sanctitatem, quam agnoscat, ac probet Ecclesia? Sique adhuc paullo delicatior nobis maneat scrupulus de Bellarmini doctrinæ apud eos existimatione, nihil hæc commune habet cum opinione Sanctitatis: non enim est, qui nesciat de scriptionibus, & libris Servorum Dei, de quorum virtutibus Judicium agatur, non alio consilio quæstionem institui solere, quam ut sciatur: *Utrum contineant errores contra fidem, vel bonos mores; vel doctrinam aliquam novam, & peregrinam, atque a communi sensu Ecclesiæ, & consuetudine alie-*

 nam

(a) *Nemo alius scire certius poterat, quâ de caussâ Controversiarum libri in expurgatorium Indicem fuissent relati præter authorem ipsum Bellarminum, qui unicam illam retulit*, propter inventam propositionem &c.; *solent enim authoribus nunciari ea, quæ corrigenda sint, ut emendari possint. Rursus eam unicam caussam fuisse patet ex judicio Sacræ Congregationis Indicis, cujus verba referuntur in animadversionibus Sanctitatis Suæ* §.49. -- Aveudo noi per ordine di Sua Santità diligentemente esaminato quello, che il P. Francesco Vittoria, ed il P. Bellarmino scrivono sopra la podestà temporale del Papa, e per quanto abbiamo potuto considerare . . . non avendo trovato cosa alcuna nuova, che possa offendere, la supplichiamo &c. --. *Deinde si gravius aliquid repertum fuisset censurâ dignum, certe neque Cardinales ejus Congregationis Pontifici supplicassent, ne libri proscriberentur, aut mortuo Pontifice eos deleri jussissent cx indice librorum prohibitorum; neque deinde Cardinales Sacræ Congregationis Rituum post novam Operum Bellarmini censuram Decretum illud edidisset, quod & refertur in animadvers. Sanctitatis Suæ* §.7. Nihil in Operibus gloriosæ mem. præfati Cardinalis contineri vel fidei Catholicæ contrarium, vel bonis moribus, vel piis auribus offensivum, & eadem Sacra Congregatio censuit prædicta Opera posse approbari.

nam (*a*) : neque proptèrea Scriptoris Sanctitatem adeo valere debere pro suscipiendâ, retinendâ que ejus doctrinâ, utsi validæ, firmæque in oppositum vigeant rationes, piaculum sit ab ea recedere.

269. An Janseniani erroris sectatores quidquam præsidii accepturi erunt a Viro, qui tam diserte, valideque jus, & authoritatem & Ecclesiæ, & Generalium Conciliorum,& Romanorum Pontificum asseruit, ac vindicavit? Pertinacissime quidem illi, ne quoquo modo repudiare cogantur Jansenii dogmata, ab Romanis Pontificibus totiens proscripta, cavillari primum cœperunt, ea damnata non fuisse *juxta sensum ab Authore intentum*; deinde vero, quum viderint novisDecretis,ac Definitionibus,& quidem conceptis verbis inusta fuisse *juxta hunc eumdem sensum*, audacius negarunt, certam iis Definitionibus, ac exploratam deberi fidem, quia de sensu Authoris quæstio facti sit, in qua & Romanus Pontifex, & Ecclesia falli possit; suisque dictis authoritatem quærunt ex duobus Bellarmini locis, quorum altero (*b*): *Conveniunt* [ait] *omnes Catholici,& heretici in duobus : Primò posse Pontificem etiam uti Pontificem, & cum suo cœtu Consiliariorum, vel cum Generali Concilio errare in controversiis facti particularibus, quæ ex informatione, testimoniisque hominum præcipue pendent*. Altero autem (*c*): *Quodsi aliquis* [inquit] *non possit adduci, ut credat corruptam esse sextam Synodum, is accipiat alteram solutionem, quæ est Joannis a Turrecremata lib. 2. de Eccles.cap.93. qui docet, Patres sextæ Synodi damnasse quidem Honorium, sed ex falsâ informatione, ac proinde in eo judicio errasse. Quamvis enim Generale Concilium legitimum non possit errare in dogmatibus fidei definiendis, tamen errare potest in quæstionibus de facto. Itaque tuto dicere possumus, hos Patres,scilicet Concilii,deceptos ex falsis rumoribus; & non intellectis Honorii epistolis, immerito cum hæreticis connumerasse Honorium*.

270. Ab iis, qui loca hæc Jansenistis favere dicant, aut subdubitent, responderi postulo: num vera Bellarminus ibidem docuerit, aut falsa? Non quidem de peculiari Honorii Causâ, quod ipsum damnarint sexti Concilii Patres, decepti ex falsis rumoribus,& non intellectis ejus epistolis; magis enim perplexa,& ab eruditis disputata ea res est, quam quæ facile possit definiri, præsentemque operam requirat, multis multa opinantibus: sed de eo, quod ad Theo-

(a) *Ex Decretis generalibus Urbani VIII. relatis in hujus ipsius Causæ animadversionibus a Sanctitate Sua editis §.5.*

(b) *Lib.4. de Roman.Pontif. cap.II.*

(c) *Ibidem cap.XI.*

Theologicæ disciplinæ doctrinam spectat, *posse scilicet Pontificem, etiam uti Pontificem, & cum Concilio Generali errare in controversiis facti particularibus*; ac propterea contingere potuisse, ut sextæ Synodi Patres Honorii memoriam damnarint *ex falsis rumoribus, & non intellectis ejus epistolis*.

271. In his, si ab recta veritatis regula Bellarminum respondeant aberrasse, cur æque aberrasse non dicant Angelicum Doctorem (*a*), Cardinalem Turrecrematam, Ven. Cæsarem Cardinalem Baronium, & Spondanum eadem omnino, ac tantum non iisdem pene verbis docentes,& Ecclesiam,& Pontifices,& Concilia falli posse in facti quæstionibus, quæ ex testimoniis hominum præcipue pendeant? Ac præsertim eos, quos nominavi, Cardinales, Turrecrematam, ex quo Bellarminus in Honorii Causâ eam responsionem mutuatus est, ac mutuatum se esse profitetur (*b*); & Baronium, qui in ipsâ eâdem Honorii Causâ eamdem adhibet responsionem (*c*); & cur æque cum iis aberrasse quoque non dicant seu antiquiores ceteros Bellarmino Theologos, quorum nullus non eamdem ejus sententiam tradidisse comperietur de Judicio Ecclesiæ in factis particularibus deceptioni obnoxio [adeo ut recte is adfirmarit, in id ipsum convenire Catholicos omnes, & hæreticos (*d*)]; seu recentiores omnes, qui ad hanc usque ætatem floruerunt

(a) *Ait enim D.Thomas quodlib.9. qu.8. art. ult.* -- In sententiis, quæ ad particularia facta pertinent, ut quum agitur de possessionibus, de criminibus, vel de aliis hujusmodi,possibile est Judicium Ecclesiæ errare propter falsos testes.

(b) *Patet id ex verbis Bellarmini superius transcriptis §.269.*

(c) *Immo Baronii responsio in Honorii Causâ paullo asperior,ac durinscula videri posset. Nam ad annum Christi 681. postquam non parum laboris impendit, ut demonstret, Honorium a sextâ Synodo proscriptum non fuisse, asserit deinde vel ex ipsis superstitis epistolæ ipsius ad Sergium examine ostendi posse, quod non jure damnatus fuerit, si damnatus fuit: Objicienti autem sibi* -- Si vere assentimur, ita de Honorio esse decretum a Sancta Œcumenica Synodo, haud fas erit in controversiam rem deducere -- *respondet* --. Idipsum dixerim in iis, quæ ad fidem spectant, ut plane religio sit vel latum unguem ab iis, quæ in Sanctâ Synodo sunt statuta, recedere; at in iis, quæ ad Personas pertinent, & scripta ipsorum, non ita rigide reperitur custodita censura ... in his enim, quæ facti sunt, unumquemque contingere posse falli, nemini dubium est.

(d) *Gersonius quoque Tract. de potest Eccles. & Laica, cap.16.* -- communiter Doctores asserere, errare posse Ecclesiam in iis, quæ sunt facti; non vero in iis, quæ sunt juris --. *In idem recidunt quæ tradit Melchior Canus de locis theolog. lib.5. cap.5.* -- in moribus, *inquit*, non toti Ecclesiæ communibus, sed qui ad privatos homines, vel Ecclesias referuntur, errare per ignorantiam Ecclesia potest; non in Judicio solum rerum gestarum dico, sed in ipsis etiam privatis præceptis, & le-

runt, optime fecernentes quæſtionem facti non dogmatici ab alterâ facti dogmatici, quo quidem in priore facti genere humanam in Eccleſiæ Judicio imbecillitatem agnoſcunt, non item in poſteriore? (a)

272. Primum facti genus non dogmatici, non revelati illud eſſe, de quo Bellarminus diſputat in locis ſuperius adductis, explorata res eſt. Loquitur ipſe de *controverſiis facti particularibus*, quæ certe non ſpectant ad Catholicæ fidei negocium omnibus commune. Loquitur de iis *controverſiis facti*, quæ *ex informatione, teſtimoniiſque hominum præcipue pendent*; quæ ſcilicet miſcendæ non ſunt cum controverſiis facti alicujus dogmatici, quod ab informatione, teſtimoniiſque hominum nihil omnino pendet. Loquitur de Honorii Cauſâ, quam, utcumque verſare placeat, ad factum tamen dogmaticum pertinere cordatus nemo, & ſapiens dixerit. Nam quotiens de perſonis tantum agitur, ac Judicium fertur, quo illæ flagitii, vel criminis alicujus, vel etiam hæreticæ pravitatis arguuntur, ac damnantur, cujus quidem judicii natura non commode ſolum patitur, ſed etiam poſtulat aliquas, aut plures rerum notiones *ex informatione, teſtimoniiſque hominum* pendentes, totiens poſita quæſtio eſt extra facti dogmatici, ad communemque omnibus fidem

---

& legibus. Quum quis enim, occulte unà uxore habitâ, alteram duxit publice, jubet illi Eccleſia, ut priore relictâ poſteriorem accipiat. Quà in re ſine dubio fallitur, & id præcipit homini, quòd rationi, Evangelioque adverſum eſt. Hujus vero concluſionis veram, & idoneam cauſam Innocentius III. reddidit in capit. A nobis, de ſentent. excom. in hæc verba: Judicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, ſemper innititur: Judicium autem Eccleſiæ nonnumquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpe contingit, & falli... Quà ex re facile intelligitur Eccleſiæ judicia, quæ ab incertis hominum teſtimoniis proficiſcuntur, infirma eſſe ad certam, & exploratam faciendam fidem -- & *Nicolaus de Clamengis* (*Diſput. de materia Conc. gener. pag.61.*) -- Licet, *ait*, Eccleſiæ militantis authoritas ſit maxima, quæ fundata ſupra firmam Petram convelli non poteſt, & adverſus quam portæ inferi numquam prævalere potuerunt; non illi tamen nos oportet, ut videtur, triumphantis Eccleſiæ titulos adſcribere, ut infallibilis ſit, aut impeccabilis, quæ ſæpe, ut noſti, & fallit, & fallitur: non dico in his, quæ fidei ſunt: quum Chriſtus ad mortem properans, de illà ad Petrum dixerit: Petre rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; ſed in aliis, quæ vel facti ſunt, vel morum, vel judiciornm, in quibus propter circumſtantiarum infinitam varietatem, ac multitudinem perdifficile eſt, optimi medium ſemper attingere.

(a) *De hoc facti ſimplicis, ſeu perſonalis, & facti dogmatici diſtinctione vide Richardum Arſdekin in Theolog. tripart.3. quæſt.3. edita 1682. Archiepiſcopum Cameracenſem in 1. docum. poſter. & ſeqq., ac recentius P. Thomam ex Charmes theolog. univerſ. tom.1. de prolegom. cap.2. quæſt.4. artic.4. §.2.*

dem pertinentis terminos (*a*). Atqui in actis sextæ Synodi de epistolis Honorii, deque earum sententiâ, catholico ne, an hæretico sensu imbutæ essent, nullum tunc, quum edita fidei definitio fuit, Judicium actum, immo ne mentionem quidem ullam habitam fuisse legimus; sed solum Honorii nomen proscriptum, & in solam Honorii personam anathema dictum (*b*).

273. Li-

(a) *Quare Gregorius Magnus in epist. ad Episcopos Hiberniæ de Causa trium Capitulorum hæc scribit* -- Nam in Synodo, in quâ de tribus Capitulis actum est, aperte liquet, nihil de fide convulsum esse, vel aliquatenus immutatum; sed sicut scitis, de quibusdam illic solummodo personis est actitatum, quarum una, *scilicet Theodorus Mopsuest.* cujus scripta evidenter a rectitudine Catholicæ fidei deviabant, non injuste damnata est. -- *Sic lib.3. epist.39. ad Constantium Episc. Mediol.* -- De illâ Synodo (*ait*), quæ Constantinopoli facta est, quæ a multis quinta vocatur; scire vos volo, quod in eâ de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est: & de personis, de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur, sed post expressos canones facta contentio, & extrema actio de personis ventilata est -- *& Pelagius Papa in epist.7.ad Episcopos Istriæ* -- quum vero, *ait*, subjicitur a Leone, quidquid præter speciales Causas Synodalium Conciliorum ad examen Episcopale defertur, potest aliquam dijudicandi habere rationem; aperte nobis licentia tribuitur, ut quidquid illic extra fidei Causas de personis gestum est, retractetur. Specialis quippe Synodalium Conciliorum Causa est fides. Quidquid ergo præter fidem agitur, Leone docente, ostenditur, quia nihil obstat, si ad Judicium revocatur.

(b) *Nam quamvis act.XVI.ita legatur* -- Secundum promissionem, quæ a nobis ad vestram gloriam facta est, retractantes dogmaticas epistolas, quæ tamquam a Sergio quodam Patriarchâ hujus a Deo conservandæ Regiæ Urbis, scriptæ sunt tam ad Eugenium, qui tunc fuerat Episcopus Phasidis, quam ad Honorium quondam Papam antiquæ Romæ, similiter autem epistolam ab illo rescriptam ad eumdem Sergium; hasque invenientes omnino alienas existere ab Apostolicis dogmatibus, & a difinitionibus Sanctissimorum Conciliorum, & probabilium cunctorum Patrum, sequi vero falsas doctrinas hæreticorum; eas omnino abjicimus, & tamquam animæ noxias execramur. Quorum autem impia execramur dogmata, horum & nomina a Sanctâ Dei Ecclesiâ projici judicavimus, idest Sergii, qui aggressus est de hujusmodi impio dogmate conscribere, Cyri Alexandrini, Pyrrhi, Petri, & Pauli, qui & ipsi præsulatu functi sunt in Sede hujus a Deo conservandæ Civitatis, & similia eis senserunt: ad hæc & Theodori quondam Episcopi Pharan, quarum omnium suprascriptarum personarum mentionem fecit Aghato Sanctissimus, ac ter Beatissimus Papa antiquæ Romæ in suggestione, quam fecit ad piissimum Imperatorem, easque abjicit, utpote contraria rectæ fidei nostræ sentientes, quos anathemati submitti definimus. Cum his vero simul projici a Sancta Dei Catholicâ Ecclesiâ, simulque anathematizari prævidimus & Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ, eo quod invenimus per scripta, quæ ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem secutus est, & impia dogmata confirmavit -- *Definitiones tamen, & Decreta de fide postea subsecuta sunt, ut apparet ex posterioribus verbis actionis XVI.* -- Sancta *enim* Synodus dixit: sufficienter

273. Licet vero, antequam ederetur definitio fidei, epistolæ quoque Honorii recitatæ fuerint, & execrationi habitæ ab sextæ Synodi Patribus; quum tamen, ut ajebam, epistolæ ipsæ, quum ad fidei definitionem ventum est, proscriptæ non fuerint, neque decreto ullo judicatæ, velut impiæ, atque ab rectæ fidei regulis aberrantes, nihil plane incommodi sequitur, si dixerimus *male intellectas* fuisse Honorii *epistolas* (a). Sequeretur autem, si quispiam diceret, non solum, *male intellectas*, sed iniquiore Decreto universæ Ecclesiæ ad credendum proposito velut impias, & hæreticas *damnatas* fuisse. Nam ex receptissimâ ipsius Bellarmini doctrinâ (b): *In Conciliis maxima pars actorum ad Fidem non pertinet: non enim sunt de Fide disputationes, quæ præmittuntur, neque rationes, quæ adduntur, neque ea, quæ ad explicandum, & illustrandum afferuntur; sed tantum ipsa nuda Decreta, & ea non omnia, sed quæ proponuntur tamquam de Fide.*

274. Quamquam ne id quidem hoc loco necesse est morosius discutere. Nam etsi concedamus, ut quibusdam placuit, sextæ Synodi Judicium in Caussâ Honorii immune prorsus fuisse ab quocumque deceptionis, & erroris periculo, quia non tam de Honorii personâ, quam de epistolis ejus, earumque sententiâ latum fuerit (c); satis tamen est pro dignoscendâ rectâ, sanâque Bellarmini doctrinâ, quod ipse tradiderit, Patres sextæ Synodi decipi quidem potuisse, aut deceptos fuisse; ac *immerito cum hæreticis connumerasse Honorium* in Judicio tantum personæ, non doctrinæ Honorii ex nudis ejus epistolis erutæ: præsertim quum diserte

ter quidem habent quæque usque nunc gesta sunt, ac decertata, & ad præsentem dogmaticam inquisitionem intendunt. In sequenti vero inspiratione Sancti, & Vivifici Spiritus definitionem rectæ fidei convenientem synodaliter statuemus -- *Subsequens vero definitio fidei, quæ edita, & relecta est act. XVII. XVIII. titulum habens* -- definitio Orthodoxæ fidei facta in regiâ Urbe &c. -- *nihil prorsus habet de damnatione epistolarum Honorii.*

(a) *Vide novissimam Honorii Apologiam, quam texuit Joannes Baptista Barth°li Feltriensis Episcopus: Nam cap. 24. de sextâ hâc Synodo, & de Honorii damnatione verba faciens distinguit inter Judicium Synodi, & Judicium Episcoporum in Synodo; quorum posteriore, nempe Judicio Episcoporum in Synodo, non autem Judicio Synodi Honorius damnatus fuerit.*

(b) *Lib. 2. de Concil. cap. XII.*

(c) *Ut contendunt Bossuet tom. 2. defens. pag. 190. & Thomassin. dissertat. 19. in quintam Synodum Œcumen. n. 75. 80. & 106. ubi* -- Uno vicissim Judicio hæreses, librique hæreticorum damnati, nec seorsim usquam hæc agitata. Ideo nec Romana umquam Ecclesia retractari postulavit Judicium sextæ Synodi de epistolis Honorii.

te innuat, eos deceptos *ex falsâ informatione*; itemque *ex falsis rumoribus*, *& non intellectis ejus epistolis*. Falsa autem informatio, falsi rumores, vel etiam idonea hominum testimonia nullum habent locum in Judicio, quod instituatur, non de personæ crimine, sed de pravo, impioque dogmate vel epistolarum, vel librorum, vel aliarum scriptionum, quæ qualia sint, ipsa per se satis se produnt, nec ab externis, & aliunde conquisitis facti argumentis dijudicanda sunt (*a*).

275. Desiderandum ne saltem erat, quod clarius, & expressius mentem, sententiamque suam Bellarminus explicaret traditâ conceptis verbis distinctione inter Judicium criminale, & doctrinale, inter Judicium personæ, & epistolarum, & inter quæstionem facti dogmatici, & facti simplicis? Id si ab eo desideramus, desiderabimus quoque ab Cardinalibus Turrecremata, & Ba-

(a) *Hinc Thomassinus dissertatione 19. in quint. Synod. OEcumen. num.41.* -- At, *inquit*, in epistolarum, commentariorum, librorumque dijudicatione, eccunde nova advolabunt posteriori Synodo experimenta? Quin ex adverso tantum Scriptorum quorumlibet sensus, & intelligentia tenebrescit, magis magisque & fallere potis est, quanto lapsus temporum alios mores, & voces, vocumque significationes dissimiles invehit. Quamquam ergo magnopere assentiar Nicolao de Clamengis (*cujus verba superius recitata sunt in not. ad §.270.*) ab aliis tamen facti quæstionibus, in quibus aberrare quandoque potest Ecclesiæ Judicium, proter infinitam varietatem circumstantiarum, tardius quandoque, vel numquam in lucem emergentium: hæc de libris judicia latissimo intervallo secernenda existimo, ut nulli circumstantiarum caligini, nulli testimoniorum fraudulentiæ obnoxia, ut ad doctrinam, & fidem funditus spectantia; quum & fides sanciri, & hæresis configi non soleat, non fere possit, nisi verbis, propositionibus, tractatibus, libris consignata. Ideo nusquam hactenus, quum tot annorum curricula effluxerint, quum tot librorum millia censorio mucrone confixa sint, vel semel contigit, ut Synodus posterior prioris de quolibet libro sententiam revocarit. -- *& infra num.*104. Hactenus porro nequaquam omnes de factis, & personis Synodicas disceptationes complexi sumus, sed eas dumtaxat, quæ in librorum examine, & censurà versarentur. In ceteris enim, ut quæ ab hominum testimoniis, rerumque experimentis in dies nove emergentibus pendeant, nefas est ab Augustini, nefas a juniorum Theologorum consensu deviare. At in his quæ sana librorum, vel insana rimantur dogmata, nil testimoniis hominum, nihil novis datur experimentis -- *& novissime P. Thomas ex Charmes Theolog. univers. tom.1. de prolegom. cap.2. quæst.4. artic.4. §.2.* – quum enim, *inquit*, factum personale spectet personæ statum, v.g. innocentiam, crimen, internum sensum, quorum cognitio ex testimoniis hominum fallacibus pendet, consequens est, ut de eis Ecclesiæ Judicium incertum sit, & errori obnoxium; at judicium Ecclesiæ de facto doctrinali, seu de doctrinà in libris expressà non pendet ex testimoniis hominum, sed ex collatione doctrinæ in libris contentæ cum scripturà, & traditione, certis fidei nostræ regulis: unde fit, ut Ecclesia speciali Dei assistentià adjuta, nec falli, nec fallere possit.

Baronio, aliisque Jansenianâ hæresi antiquioribus, apud quos distinctionis hujus rem plane ipsam. non vocabula reperiemus. *Vobis* [aptari hic possunt Augustini verba Pelagianos alloquentis (*a*)] *nondum litigantibus*, *securius illi loquebantur*: Noverat enim Sanctus Doctor (*b*), *multa ad fidem Catholicam pertinentia*, *dum hæreticorum callidâ inquietudine exagitantur*, *ut adversus eos defendi possint*, *& considerari diligentius*, *& intelligi clarius*, *& instantius prædicari*. Quare apposite Cameracensis Archiepiscopus (*c*): *Etiamsi*, inquit, *Baronius*, *& Bellarminus minus accurate*, *nec satis considerat dixissent quidquam de eâ re*, *quæ tunc temporis nondum multum erat agitata*, *nec explicata*, *eum prævidere sane ipsi non possent fore*, *ut ipsorum verbis homines captiosi*, *& fallaces abuterentur*; *ideo ne verba ipsorum omnia rigide sophistarum more sumenda essent*, *atque adbibenda ad convellendam*, *ipsis repugnantibus*, *authoritatem Ecclesiæ in Textibus*, *ex quibus traditio coalescit*, *& ad quos fides nostra tamquam ad normam exigitur*?

276. Mirari propterea satis non queo, ut ab prioris Voti Authore tantopere conclamatum sit de hâc Bellarmini doctrinâ, quod eam Jansenistæ pro se non jactent solum, sed expresse habeant; quod in Canonizationum Causis diligenter prius inspicienda, probandaque sint quoad doctrinam Opera quæcumque, & scripta Servorum Dei; quodque propterea Apostolicæ Sedis Decreto pro publico Bellarmini cultu confirmari plane videretur ejus doctrina prorsus repugnans firmissimæ regulæ ab eâdem Apostolica Sede jam constitutæ, quâ detestari, ac dejerare cogimur Jansenianas propositiones non utcumque, sed *in sensu ab Authore intento* (*d*). Si vera est ejus doctrina [dum tamen recte secundum autho-

(a) *Lib.1. contra Julian. cap.6.*
(b) *Lib.16. de Civit. Dei cap.2.*
(c) *In 111. docum. pastoral. pag.454.*
(d) *Uti legere est in eodem §.XIV. ubi post lata ea*, *quæ a Jansenistis opponuntur de quæstione facti, ita pergitur* -- Ora questi hanno espressamente il Bellarmino per se, e lo anno allegato piu d'una volta, il quale insegna espressamente le dottrine, ch'essi allegano nel caso di Onorio Papa -- ; *deindeque recitatis Bellarmini testimoniis*, *eorumque verbis illis* -- deceptis ex falsis rumoribus, & non intellectis epistolis Honorii -- *hæc observantur* -- che è giusto il caso nostro *in sensu ab authore intento*. Ora è notorio, che le Cause di Canonizzazione non possono proseguirsi, senza che prima siano esaminate l'Opere stampate, e scritte da' Servi di Dio, e riconosciute di sana dottrina, ed approvate per tali. Dunque il passare avanti in questa Causa mostrerà, che la S. Sede Apostolica approvi la dottrina del Bel-

authoris mentem, & verba intelligatur], cur ea pro Jansenistis stare dicenda erit? Cur committenda cum Decretis, & sententia Romanorum Pontificum Jansenianum dogma consigentium? Et quousque de ejus doctrinæ integritate judicia instaurari oportebit, quæ diligentissime olim semel, atque iterum peracta jam fuere a Cardinalibus primum Sacræ Congregationis Indicis, tum multo post ab alterâ Congregatione Sacrorum Rituum, adprobante etiam Summo Pontifice?

277. Neque tu ipse, Beatissime Pater, licet, quæcumque in eo Voto objecta sunt, accuratissime inspexeris, talia hæc ne pro objiciendi quidem munere proferenda censuisti. Hac enim in re: *Non audeo* [ajebas] *tanti Viri doctrinam impugnare, & præcipue quum illa reperiatur in Operibus Servi Dei revisis, & approbatis ab hâc Sacrâ Congregatione: Id, quod ibi ponderandum proponitur, consistit in hoc, ut videatur, an ansam ab hâc doctrinâ arripere valeant Jansenistæ, qui licet acquiescere saltem videantur condemnationi famigeratarum quinque propositionum, dicunt tamen se non esse obligatos ad credendum, vel quod illæ sint in Libro Jansenii, vel quod fuerint damnatæ in sensu proprio, & per Jansenium intento, separando factum a jure; si enim ab hâc doctrinâ ansam Jansenistæ arripere possent, non obstante, quod illa esset in se bona, non expediret progredi ad ulteriora in Beatificatione.*

278. Ausam quidem, & occasionem sumunt Jansenistæ in suum patrocinium vocandi Bellarmini doctrinam; at quum ea verissima sit, non nisi temere sumunt, ac intemperantissime, pro ut doctissimi quique viri, qui post Scriptis suis eos aggressi sunt, & confutare pergunt, diligenter animadvertunt (a). Sane Thomassinus,

Ee

Bellarmino di nuovo esaminata. Or come sarà espediente il fare un passo, che notoriamente significhi questo, se dall'altra parte siamo impegnati in Francia nel Formolario, senza ammettervi la distinzione insegnata dal Bellarmino in quæstionibus facti? Come si potrà accordare con questo il canonizzare lui, e con lui la Dottrina contraria al presente impegno nostro? Diranno in Francia, ed avranno ragione: Noi non facciamo altro, che quello, che il Cardinal Bellarmino insegna, e voi canonizzate lui, e condannate noi? O assolvete noi, o non canonizzate lui, non potendo essere, che la stessa dottrina in lui meriti Canonizzazione, e noi abbiamo a detestare la dottrina per erronea, ed adorare per Santo quello, che ce l'ha insegnata.

(a) *Quam male Jansenistæ Bellarminum sibi adsciscant, inter alios fuse ostendunt Archiepiscopus Cameracensis Docum. Pastoral. 3. ubi inter cetera* -- Nihil habent (*inquit*) Jansenii defensores, neque vero habere se quidquam putant validius, quod nobis opponant. At quam parum sit in illorum argumento firmitatis;

finus, qui cæteroquin in pertractandâ Honorii Causâ a Baronio, Bellarmino, aliisque magno intervallo dissentit, ac in iis nonnihil exoptasset majoris observantiæ in decreta, & definitiones Œcumenicæ Synodi, quæcumque tamdem illa fuerit quæstio, sive facti, sive juris; fatetur tamen, eorum *axioma* illud esse, quod nihil habeat perniciosi erroris, immo, quod *modestiam Ecclesiæ*, quodque *sapientiæ deceat sobrietatem* (a). Ac porro modestiam, & sobrietatem omnino decere, nec ad fovendas Jansenistarum partes quoquo modo trahi posse agnoscunt, ac profitentur etiamnum frequenti numero Theologi viri, qui Honorium defendendum suscipiunt, eumque errore facti ab sextæ Synodi Patribus præjudica-

---

tis, facile intelliget, quisquis Bellarmini verba, consiliumque inspexerit --. *Rectum, ac legitimum Bellarmini sensum quoque demonstrat novissime P. Thomas ex Charmes Theolog. Univers. tom. 1. de Prolegom. cap. 2. quæst. 4. artic. 4. §. 2., ubi recitatis Bellarmini locis, quæ objiciuntur, respondet* -- Bellarminum loqui de factis pure personalibus: constat, tum ex causà fallibilitatis Ecclesiæ in factis, quam adducit, quia ex informatione, testimoniisque hominum præcipuè pendent; tum ex exemplis, quæ profert ibidem: ut an talis sit promovendus ad Episcopatum? an jure fuerit promotus? an videatur deponendus? -- *itemque ad instantiam de Honorii Causa* -- hic Bellarm. loquitur de facto merè personali Honorii, nimirum de ejus sensu personali, & interno, cujus decisio pendet principaliter ex informatione, & testimoniis hominum: liquet ex his verbis, *ex falsa informatione, & ex falsis rumoribus*, aliàs sibi contradiceret. *Nam l. 2. de Sacramentis, cap. 25. ait*: Non habemus testimonium infallibile, quod Concilia illa fuerint, & legitima fuerint, & hoc, aut illud definierint, nisi quia Ecclesia, quæ nunc est, & errare non potest, ita sentit, & docet. Atqui quod aliquod Concilium tale fuerit, quod fuerit legitimum, quod hoc, vel illud definierit, sunt facta doctrinalia: ergo ex Bellarm. Ecclesia est infallibilis in factis doctrinalibus -- *& rursus objicens quod* -- Bellarminus loquitur de Epistolis Honorii a Patribus VI. Concilii non intellectis: ergo agit de ejus sensu litterali, non personali -- *ita objectionem solvit* -- Respondeo dist. ant. loquitur de Epistolis Honorii malè intellectis secundum sensum ejus personalem, & internum, conc. ant. secundum sensum litteralem, nego ant. & conseq. Nam judicium de sensu litterali textus, qui ob oculos versatur, non fit ex informatione, & rumoribus, sed ex consideratione significationis vocum, & propositionum cum Spiritus Sancti gratià factà, earumque collatione cum Scripturà, & Traditione.

(a) *Differtat. 19. in quint. Synod. Oecumen. num. 75.* -- Respondetur iterum & Baronium, & Bellarminum, & cæteros omnes neotericos, qui damnatis Opusculis defensionem instruxere, eo præsidio suum ipsos conatum obumbrasse, quod Ecclesiæ imponi possit iis in rebus, quæ hominum testimoniis comprobantur...., Denique hunc scopum habet axioma tum Augustini, tum quod sibi isti proponunt, non ut Ecclesia Ecclesiæ, Synodus Synodo, junior seniori, priori posterior eo deroget, quo iisdem probationibus allegatis aliud, & diversum quid judicet; sed ut diversis, novisque testimoniis, atque experimentis expromtis diversam quoque sententiam temperet. Id modestiam Ecclesiæ, id sapientiæ decet sobrietatem.

catum, damnatumque tuentur, ex falsis scilicet rumoribus, ex falsâ informatione, & non intellectis ejus epistolis, non secus ac Bellarminus dixerat ex Cardinali Turrecremata.

279. Cur potius Jansenistæ non videant propriæ eorum Causæ vehementer Bellarminum repugnare, in quâ pertinaciter obsistunt tot iteratis, & consultis adeo Romanorum Pontificum decretis, quibus tam graviter jubentur & ipsi, & omnes Fideles execrari, detestarique, velut impias, Jansenianas propositiones etiam iuxta sensum ab authore intentum? In his, quæ non ad controversias facti, & criminum particulares pertinent, sed quæ ab Ecclesiâ, vel Romano Pontifice nobis universim omnibus credenda, aut facienda ut bona, ac vitanda, detestandaque ut mala proponantur, nullam hìc erroris facti, aut aliam evadendi rimam nobis relinquit: *Nostra* [inquit] *sententia est, Ecclesiam absolute non posse errare, nec in rebus absolute necessariis, nec in aliis, quæ credenda, vel facienda nobis proponit*; Ac rursus: *Concilia omnia dicunt anathema non assentientibus Ecclesiæ decretis: at iniquum esset, sub tam gravi pœnâ obligari ad assentiendum rebus incertis, & interdum falsis* (a). Item alibi (b) Romanum Pontificem *errare non posse . . . in rebus necessariis ad salutem, vel in iis, quæ per se bona, aut mala sunt, præcipiendis, aut vetandis*; item nec aliquid umquam Pontificem temere definiturum (c). Amplius ex ipsius Bellarmini sententiâ nullo facti errore vellicari posse decreta Canonizationis Servorum Dei [cujusmodi tamen Causæ ex informatione, testimoniisque hominum pendere videntur] supra jam adnotavi (d).

280. Patet igitur, quam perperam Jansenistæ in partes suas Bellarminum contorqueant; sed & illud certum, ac firmum manere debet, etiamsi talem virum minus recte sensisse fingeremus de vi decretorum sive Oecumenicæ Synodi, sive Romani Pontificis in iis quæstionibus facti, de quibus habitus sermo est; illos tamen non nisi pessime facturos, si ex qualicumque accessione existimationis, quæ Bellarmino fieret ob Sanctitatem ejus publico cultu insignitam, occasionem captarent licentius debacchandi adversus Apostolicæ Sedis decreta. Nec enim tam ignari sunt, ut nesciant privati cujusque doctissimi licet, ac sanctissimi Viri sententiæ ante po-

(a) *Lib.3.de Eccles. Milit. cap.14.*

(b) *Lib.4. de Roman. Pontif. cap.5.*

(c) *Cit. lib.4. de Roman. Pontif. cap.2., cujus verba superius relata sunt in notis margin. ad §.262.*

(d) *Vide §.230.*

ponendam esse & Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedis sententiam, & authoritatem; ac sanctitatis judicium non ita pendere ab altero doctrinæ, ut illa probari, hæc, si minus recta fuerit, improbari, ac rejici non queat (*a*). Nam, licet in Beatificationum Causis Opera, & Scripta Servorum Dei ad examen vocentur: *Utrum contineant errores contra fidem, vel bonos mores, vel doctrinam aliquam novam, & peregrinam &c.* si tamen quidquam in iisdem Operibus, vel Scriptis deprehendatur, quod, quo tempore scriptum est, absque ullâ notâ defendi potuisset, id recte notavit SANCTITAS TUA, *obstare non posse, nec debere, quin in Causâ Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei, qui eam docuit, ad ulteriora procedatur* (*b*). Quod, quamquam necesse non fuerit, dixisse tamen juvat, ut penitus dissolvatur nodus ille, quo Author Voti prælo editi putavit sanctitatis, doctrinæque adprobationem arctissime inter se colligari.

281. Jactant nihilominus, ac fortasse jactare pergent pro se Bellarminum Jansenistæ. Quid inde? Quum prorsus immerenter, ac summâ cum injuriâ id faciant, non ejus doctrinæ vitio, non cultui, quem Ecclesia illi decernat, sed pertinaciæ propriæ, repugnandique libidini tribuendum id erit. Monuit nos Petrus in epistolis

(a) *Rectissime duplicem errorem, seu fraudem in Calvini facto notavit Franciscus Antonius Cavalcanti Consentinus Archiepiscopus in Vindiciis Romanorum Pontif. lib.5. dissert.7. pag.220.* -- Cum, *inquit*, Franciscus Galliæ Rex quereretur de impudentia Lutheranorum, qui plures ex Patribus contortas, ac depravatas sententias impiis eorum affirmandis dogmatibus aptavissent, Calvinus, ut Lutheranos purgaret, in Patres invectus est, quorum conquisitos, ac late collectos per volumina errores, & in libelli seriem digestos ad Regem transmisit. In qua invidiosà lucubratione Calvinus bis lapsus turpiter est, & quia multa, quæ vere Patres non senserant, nec docuerant, cavillose, & mendaciter illis affinxerit, & tempora non distinxit; ante scilicet, an post quam ab Ecclesia canonice proposita revelata veritas fuerit, contra Patres locuti sunt. Nam in errore materiali, qualis eos Patres afficere potuit, hæc carentia definitionis Ecclesiæ respectu dogmatis nondum sanciti, nedum illos, & quemcumque Catholicum Virum ab hæresis notà, & crimine liberat; verum etiam, si secus vitæ splendore, & ornamento virtutum spectati sint, nihil profecto illis de integritatis laude, & Sanctimoniæ fulgoribus detrahit, ut monet Canus &c. -- *Nam & ipsis Sanctis Ecclesiæ Patribus accidit, ut quandoque minus recte sentirent de iis, quæ nondum certam Ecclesiæ definitionem habuissent. Ut enim idem Archiepiscopus Consentinus ibidem refert* -- Cardinalis Cajetanus in primâ Div. Thom. quæst.36. ar.2. ab hæreticà notà liberat Damascenum, quod negasset, Spiritum Sanctum a Filio quoque procedere, quia adhuc Ecclesia illud de fide non declarasset -- *De aliis Sanctorum Patrum erratis fuse agit Christianus Lupus in dissertat. de opinione probab. Tom. II. cap.14. ubi* -- Etiam alii, *ait*, quidam Patres docuerunt, & practicarunt quasdam paradoxas, ac palam devias sententias; & tamen absit, ut ipsos damnemus.

(b) *Lib.2. de Canonizat. Sanctor. cap.30. num.14.*

stolis Pauli esse quædam intellectu difficilia, quæ indocti, & instabiles depravant ad suam ipsorum perditionem. Nec solum, quæ difficilia sunt, sed quæ facilem, rectumque sensum habent, sive in Sacris Litteris, sive in Sanctis Ecclesiæ Patribus, Hæretici, ac Novatores ex perpetuo, solennique eorum more in pravissimas detorquent interpretationes, quibus utcumque tueantur impia ipsorum dogmata; uti revera non Bellarmini solum, sed & aliorum magni nominis Theologorum, & Angelici Doctoris, & Patrum, Augustini præcipue testimoniis adeo turpiter abutuntur (a): *Non enim melius loqui potuit Augustinus, quam Prophetæ, quam Apostoli, & Evangelistæ, quorum mentibus similiter male intellectis, & incongrue adhibitis, tam multi suos defendere conantur errores* (b).

282. Num aliæ præter huc usque deductas ab iis, quæ Bellarminus scripsit, vel docuit, caussæ proferri possunt tristis alicujus eventus, si Beatorum albo adscribatur? Num fortasse maledicta, & criminationes Ecclesiæ hostium de eo adhuc vivente, quæ alienæ Communionis hominibus indita iniquam de Catholicâ Ecclesiâ, deque Apostolicâ Sede opinionem aut inserere, aut augere valeant, si ab iis audiatur publico cultu ornatus ille, quem scelestissimum fuisse credant? Num rationes summâ vi, & artificio expositæ adversus Bellarmini Causam in Voto typis edito, quod fere statim ad multorum manus perlatum eorum, aliorumque mentes adeo præoccupavit, ut eas aut nullo modo, aut nimis ægre flecti sinat ad præclarius de eo sentiendum? quodque nunc etiam hominibus in Apostolicam Sedem infensis magno, & aptissimo futurum erit instrumento, quo sive jure, sive injuriâ insectentur & Bellarmini Sanctitatem,

(a) *Ut notat Archiepiscopus Cameracensis in Docum. pastoral. III. part. 2. cap. 2. ubi tres præcipue numerat, de quibus Jansenistæ gloriantur, Turrecrematam, Baronium, & Bellarminum* -- Horum trium Cardinalium, *ait*, authoritatem sic opponunt, quasi in eâ essent, quasi ex eâ penderent omnia -- *Vide T. 2. Iustification du silence respectueux: edit. 1707. a pag. 431. ubi Formularii Alexandrini impugnator pro se citat non Bellarminum tantum, sed S. Thomam, Gersonem, Almainum, Dionysium Carthusianum, Stapletonium, Cardinales Turrecrematam, Baronium, Richelieum, Pallavicinum, Aguire, Lauream, nec non Sirmondum, Petavium, & alios. Vel ipse liber* -- Augustinus Iansenii -- *satis prodit, quantum Jansenistæ Augustino abutantur. Quantum hinc suadere conentur Bullam* -- Unigenitus -- *Augustini sententiæ repugnare, fuse videre est in Historiâ Theologicâ de Gratia, quæ typis edita est anno 1742. Italico sermone, in cujus Præfat. num. 13. id legitur* -- Lo sforzo più vivo de partegiani del Giansenismo, e la massima delle loro machine consiste nel persuadere al volgo, che la Bolla Unigenitus sia direttamente contraria a S. Agostino.

(b) *Verba sunt Facundi Hermianensis lib. contra Mocianum.*

tatem, & Romanum Pontificem eam publici cultus decreto comprobantem? Num denique longum silentium in hâc eâdem Causa habitum ab die Generalis Congregationis coram Ven. Innocentio XI. coactæ, quod quidem silentium non dubio sit argumento, plurimi tunc æstimatas fuisse, sive ab Cardinalibus ejus temporis, sive ab ipso Summo Pontifice Innocentio eorum rationes, qui putaverint vel non licere, vel non expedire, Causam hanc ulterius progredi?

283. Criminationes sane ab impiorum quorundam lingua, & calamo confictæ, & in vulgus sparsæ, tam multæ sunt, tam fœdæ, tamque horridæ, ut vel ipsas audientibus, potius quam aut fidem, aut suspicionem earum aliquam gignant, bilem, ac stomachum moveant contra impudentissimos earum authores. Viri autem non honestas modo, & integritas, sed & eximiæ virtutes, & Scriptis suis per omnes orbis partes perspectissimis, & actionibus pleno omnium ore celebratis adeo emicuere, & adeo lucem undequaque suam effuderunt, ut caliginem, tenebrasque omnes dissiparint invidarum criminationum. Si rerum gestarum Scriptores consulamus etiam exteros, & ab Italia nostra remotissimos, ne existimarunt ii quidem dignas eas esse, quibus confutandis & Gretserus, & alii laborarent (a). Editorem ipsum turpissimi cujusdam libelli, Bellarmino vix mortuo, in aliorum manus perducti omnino puduit nomen suum vel inscribere, vel prodere. Minime autem puduit eos, qui in suspicionem vocarentur, palam, & constanter negare, quod ullam in ea partem habuissent (b). Ceterum quid umquam mali timendum erit ex earum criminationum causâ, quæ non modo nullam apud ejusdem sectæ, ingeniique homines, cujus authores, & calumniatores fuere, consensionem, vel fidem repererunt, sed ab ipsis alienæ religionis Viris, atque etiam Scriptoribus pro putidis fabellis, ac mendaciis habita, & adserta cum magna quoque Bellarmini, virtutumque ejus laudatione (c)?

282. Quæ

(a) *Vide ex Scriptoribus Gallis Niceron Memoires pour servir a l'histoire des Hommes illustres dans la Republique des lettres Tom. 31. Article du Bellarmin* -- On repandit en Allemagne, en Pologne, en Angleterre, en Hollande long temps avant sa mort un libelle, dont le titre etoit: La fidelle & veritable histoire de la mort desesperèe de Robert Bellarmin Gesuite ... Cette fable impertinente ne meritoit pas, qu'on songeat a la refuter. Jacques Gretser l'a voulu faire cependent &c.

(b) *Vide Bartholum in vita Bellarmini distinctam, & authenticam ejus libelli historiam narrantem.*

(a) *De his plura superius adnotata sunt* §.33. *in postremâ notâ marginali. Vide etiam quæ relata sunt ex Paulo Frebero* §.130. 132. & 150. *Johan. Adamus Schertserus*

284. Quæ tam copiose, vehementerque disputantur in Voto illo, de quo sæpius memini, adversus Bellarmini Causam, magnam quidem vim præjudicandæ opinionis habere poterant hæc, nihilque aliud præterea intuenti. At quisquis secum reputet, ac advertat [advertere autem facile potest, ac debet] antea Consultores omnes, duos supraviginti, quot aderant in præparatoriâ Congregatione, doctrinâ, & pietate conspicuos, ex iis aliquos ad Purpuram deinde evectos, multos præcipuis in Urbe muneribus fungentes; plurimos Religiosorum Ordinum præsides, ac præcipue Laurentium de Laurea doctissimum juxta, & in his Causarum generibus peritissimum, Raymundum Capisucchium immortalis memoriæ Virum, Episcopum Porphiriensem Apostolici Sacrarii custodem, Theologiæ laude insignem, eos, inquam, omnes in unam, eamdemque sententiam pro heroicis Bellarmini virtutibus tunc conspirasse; deindeque ex iis omnibus, & ex Cardinalibus paucos adeo in oppositam sententiam declinasse in alterâ posteriore Congregatione, licet illius Voti Authorem tanta vi reclamantem audiverint: Tum Clementem XI. [eum quum dico, Sapientissimum Pontificem nomino (*a*), totiusque fere rei gestæ oculatum testem] parum adeo commo-

---

ferus anno 1703. *librum edidit, cui titulus* -- Antibellarminus -- *in quo, licet Bellarminum modis omnibus exagitare non prætermittat, neque se aliquâ occasione, seu datâ, seu quæsitâ contineat ab acuendo in aliorum insignium Catholicæ Religionis Virorum calamo, nullum tamen præterquam doctrinæ vitium in eo reprehendit iis etiam in locis, quibus alia ejus facinora, seu vera, seu aliqua veri specie prætexta maxime juvissent ad augendam suspicionem illam, quam ad minuendam Viri authoritatem conflare studet disput.*1. *thes.*4. Ut vero (*inquit*) Papistæ nimis de Bellarmino sibi gratulantur (quod ad præsens nobis sufficit) ita verbo monebimus &c. & c.1. Animadvers. Hulsemanniarum in Controv.1. Card. Bellarm. hunc Scriptorem merito esse debere nobis suspectum de affectatâ falsitate 1. ob professionem Papismi, quem solum defensare satagit . . . 2. suspectus est Bellarminus ratione dignitatis Cardinalitiæ non ferens etiam qua Presbyter, ut Imperator, aut Rex prius bibat . . . 3. Suspectus est ratione Ordinis: Proprium vero Iesuitarum quarti modi est, naturale in Catholicos (*sic vocat Protestantes suos*) odium, æquivocandi, & mentaliter reservandi artificium, negandi, inficiandi privilegium.

(c) *In hoc ipso genere Causarum Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei, quantum Pontifex idem Clemens XI. præstaret, novimus ex SSmo D. N. BENEDICTO XIV. lib.*1. *de Canoniz. Sanctor. lib.*1. *cap.*22. *num.*23. -- Quem profecto, *inquit*, doctissimum, diligentissimum, & rerum divinarum peritissimum quotquot cum eo negotia pertractarunt, vel ejus Opera edita legerunt, fassi sunt. Testari ipse possum, me initio ejus Pontificatus; tamquam sacri Consistorii Advocatum cum ipso de Canonizatione S. Catharinæ Bononiensis meæ concivis egisse; me quoque ab anno 1708. Fidei Promotoris munere ab eo cohonestatum, & usque ad ipsius obitum eodem munere fungentem, centies, & eo amplius de aliis Beatificatio

motum esse Voto illo, contra vero tanti fecisse Consultorum suffragia pro Bellarmini virtutibus, ut non modo Causæ tractationem resumi, sed & illa in publicam hominum lucem edi permiserit una cum Animadversionibus Sanctitatis Tuæ; Rursus nihil concussam, vel imminutam fuisse existimationem Sanctitatis ex ejus Voti rationibus, vel etiam ex minus rectâ opinione aliquorum animis fortasse ingestâ; sed potius longe firmiorem, & illustriorem assurgere visam esse ex tam multis, tamque honorificis omni fere ex Orbis parte, ac personarum ordine postulatoriis epistolis, quas jam superius indicavi: Has tam magno in pretio habuisse eumdem Summum Pontificem Clementem XI., ut præter institutum, ac morem in unum volumen colligi omnes jusserit, ac publicis typis exprimi: Te item, Beatissime Pater, qui singula hæc, ac totius Causæ Acta momento suo æquissime libraveras, vel authorem, vel hortatorem illi fuisse utriusque & suffragiorum, & epistolarum publicæ editionis: Permulta præterea, quæ anteactæ Generalis Congregationis tempore delitescebant, nec exigua Virtutum documenta in novum deinde Summarium compacta esse.

285. Quisquis hæc omnia secum reputet, quisquis postremo loco, quod omnium caput est, animadvertat, ab Apostolicâ Sede publicum Bellarmino cultum decerni non sine & novo, & diuturno, & diligentissimo rerum omnium examine, is nisi prorsus insaniat, plus sibi valere constituet tam consultum Apostolicæ Sedis Decretum, quam quæcumque vel sui ipsius, vel aliorum præjudicia, & opinationes; idque etiam multo firmius constitutum sibi habebit, dum sciat, judicium demum latum esse post tamdiu habitas, inspectas, omnique studio perpensas rationes omnes in oppositum adductas, sive in prioribus Animadversionibus Promotoris fidei, sive in Voto, quod editum circumfertur, tam acri, & prolixo, sive in posterioribus Animadversionibus Sanctitatis Tuæ uberius, & diligentius, quæ antea a quibuscumque objecta erant, colligentibus, quibus plane veritas & exagitari, & illu-

ficationum, & Canonizationum Caussis a Sanctitate Suà aut inchoatis, aut absolutis multum, meditatumque sermonem cum eo habuisse; nec umquam ab ejus audientià recessisse, quin plura, & quidem non exigui, sed magni momenti didicissem ... testari itidem posset Reverendiss. Nicolaus Tedeschi Archiepiscopus Apamenus eodem munere Secretarii functus, quantà eloquentiæ vi, quantà eruditione, quanto ingenii acumine Clementem XI. sive de Judicii ordinatoriis, sive de Virtutibus, Martyrio, aut Miraculis differentem, disputantem, objectis respondentem suspexerimus, quum ab eo vocabamur, ut nobis mentem suam aperiret super propositis Causarum dubiis.

lustrari maxime debuit. Nam si tam multa objecta non fuissent ab aliquo fortasse, qui plus, quam oportet, saperet, dici potuisset, non pauca esse, quæ oculos, & mentem fugerint judicantium.

286. Catholicis itaque sub obtentu minus rectæ opinionis ex eo Voto haustæ male audire non poterit Bellarmini cultus; quippe qui & consensum, & fidem, & obsequium omne ultro tribuent, ut omnino debent, Apostolicæ Sedis decreto. Nec etiam aliis alterius sectæ hominibus male audire poterit: utcumque enim parvi pendant authoritatem, potestatemque Romanæ Sedis, homines tamen quum sint, agnoscantque, quantâ cum cognitione, ac deliberatione tractentur, ac definiantur Causæ hujusmodi, humanæ saltem authoritatis vim haud negabunt longe majorem inesse decreto Sedis Apostolicæ, quam unius privati sententiæ. Quod si non ratione, sed dolo agentes garriant adhuc, ejusque Voti clamitatione minus doctis, & cautis fucum facere conentur, non deerunt econtra viri graves, & docti cum ex Societatis Ordine, tum alji, qui ora obstruent malignantium, fraudes, & consilia eorum detegent, remque, uti est, magis idoneis, & certis documentis monstrabunt.

287. Iisdem pene facti animadversionibus, quibus Causa hæc liberatur ab quocumque ejus Voti præjudicio, liberatur quoque ab altero, quod illatum esse videatur ex ante actæ Generalis Congregationis exitu, quin ullum decretum prodierit pro adprobatione virtutum. Nam si, imperante Clemente XI. rerum omnium conscio, munusque Promotoris fidei perfungente, & acta omnia perspecta habente Sanctitate Tua, non modo Causa resumta est, sed pro eâ tot illa gesta sunt, quæ superius recensui; agnitum ergo fuit, ejus Generalis Congregationis successu nihil labefactatum, sed salvum, & integrum mansisse hujus Causæ statum; nec adeo prævaluisse vel ejus Voti rationes, vel adversa paucorum suffragia, ut spem adimerent felicioris, accuratiorisque disputationis: quod in aljis non raro Causis Servorum Dei evenire solet, ut etiamsi prius in Generali Congregatione coram Summo Pontifice propositæ fuerint, nec definitæ, jis tamen, quæ inciderint, difficultatibus postea diligentius expensis, & eliquatis, ad finem perducantur (a). Quod itaque Summus Pon-

 tifex

(a) *In animadverf. Sanctitatis Suæ num.4. adferuntur exempla* in Causa Tullen. Ven. Servi Dei Petri Forerii, & in alia Causa Marochitana Ven. Servi Dei Joannis de Prado, quæ in Congregatione Generali coram Summo Pontifice non fuerunt

tifex **Innocentius XI.** suspensam tunc reliquerit definitionem, argumento est undique circumspectæ ejus prudentiæ, non autem proclivis assensionis in contradicentium sententiam: quin immò, neque Bellarmini Vitæ Commentariali sive autographum, sive exempla supprimi, neque perpetuum huic Causæ silentium indici jussit, prout eo in Voto suggerebatur. (a)

288. Ab distincta itaque per caussas omnes, quæ cogitari possint, enumeratione nullum omnino malum, si Causa hæc ulterius procedat, nullum incommodum video, neque certo eventurum, neque cujus probabilis nos angat timor; aut si quod forte eventurum timeamus, non aliam agnoscere possumus ejus caussam, quam vel malitiam, vel inscitiam, imperitiamque aliorum & ingenio, & ratione abutentium. Ob id ne opus bonum relinquemus? Sacris quidem litteris edocemur (b): *Quod licet opera illa, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sint pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt; ab his tamen, quæ sine mortali peccato committi possunt pariter, & dimitti, sit pro scandalo tollendo cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo insistendum. Unde Apostolus: Si scandalizatur frater, non comedam carnes in æternum. Et Dominus in Evangelio contra eos, qui scandali præstant materiam: Væ* [*inquit*], *homini illi, per quem scandalum venit &c.. Et licet majorum scandalum sit vitandum, vitandum est etiam scandalum pusillorum juxta testimonium veritatis: Qui scandalizaverit* (*inquit*) *unum de pusillis istis, qui in me credunt &c.*

289. Æque tamen edocti sumus probatissimâ Angelici præceptoris sententiâ (c), dimittendum non esse bonum aliquod spirituale opus, quod quis non ex opere, sed occasione tantum operis propriâ ex culpâ, seu malitiâ sibi sumat, vel quod post expositam plene, ac redditam ejus operis rationem nihilominus perseveret; quia tunc ex activo in passivum, propriâque malitiâ acceptum transmutetur. Utriusque generis plane forent scandala, sive mala, quæ timentur; quum nullam omnino vel levissimam alienæ sectæ homines, multoque minus Catholici caussam habeant inse-

sunt resolutæ; *& quarum deinde repropositio facta est felici prorsus eventu: uti videre est in Operibus Sanctitatis Suæ de Canonizat. Sanctor. lib. 1. cap. 24. num. 3.*

(a) *Part. 3. §. 3. vers.* questo punto.

(b) *Ut rescripsit Innocentius III. in cap. 2. de nov. oper. nunciat.*

(c) *2. 2. quæst. 43. artic. 7.*

insectandi, vel in transversum agendi sive Bellarmini cultum, quem Apostolica Sedes decretura sit, sive quidquam ex iis, quæ ille aut scripsit, aut docuit, aut fecit; immo debeant, nisi prorsus insani, vel indociles sint, Pontificiis Decretis facilem morem gerere, & animum submittere; præsertim postquam viderint plenissime sibi eorum rationem reddi non eo tantum modo, quo reddi solet in aliis Beatificationum, & Canonizationum Caussis (nam certiores omnes fiunt de actibus, & processibus rite recteque confectis, de multiplici, & accuratissimo rerum omnium examine, de implorato divino lumine, indictisque in id peculiaribus precibus); sed & modo alio longe accuratiore, ac plane singulari, qualem præferunt & nova, exactissimaque disputatio post eam habitam in Generali Congregatione olim coactâ coram Ven. Innocentio XI., & providentissimum consilium Sanctitatis Tuæ exigendi Cardinalium sententiam scripto formatam ante alterius Generalis Congregationis indictionem. Sinamus proinde eos, qui hæc non intelligant, nec videant, quia cæci sunt, & duces cæcorum.

290. Ecclesiæ consuetudo ita se habet, ut pro avertendo quocumque hujus generis malorum vel periculo, vel metu numquam cessarit ab honestandis Sanctorum cultu iis, quorum Ecclesiæ hostes, aliive male feriati homines vel doctrinam in impii alicujus erroris, aut hæresis tuitionem perverse traherent, vel mores, vitamque adspergerent fœdissimis calumniis, & probris. Infaustam hanc sortem experti, perpessique sunt, quotquot fere sapientiâ, vitæque sanctimoniâ magis Ecclesiæ profuere, interque eos Sanctissimi Viri, ac Patres Athanasius, Joannes Chrysostomus, Hieronymus, & Augustinus (a). Quid enim mirum?

 Ista

(a) *In vita S. Athanasii conscripta a PP. Maurinis inter ejus Opera editionis Parisiensis 1698. tom. 1. a pag. 17. ibi* -- Meletianorum criminationes in Athanasium -- *plura narrantur de maledicentissimis contra ipsum calumniis, & imposturis Arianorum. De calumniis hujusmodi, quibus* Acacius, Antiochus, Theophilus, Severianus (*Episcopi*) ex ordine autem Clericorum Presbyteri duo, & Diaconi quinque *Chrysostomum impetivere, legi etiam potest Palladii dialogus de vita S. Joannis Chrysostomi, qui præmittitur ejus Operum tom. 13. editionis P. Montfaucon, ubi inter cetera recitantur verba illa* : Sancta Synodus ad Quercum congregata Joanni. Libellos accepimus adversus te infinita crimina continentes. *Author itidem vitæ S. Hieronymi tom. 5. ejus Operum editionis Maurinæ pag. 19. recitat Sancti hujus Doctoris verba illa* -- Licet me sceleratum quidam putent, ac flagitiis meis obrutum -- *& pag. 24.* -- Mirabitur, *inquit*, lector tam sanctas personas habere invidos potuisse : *Hæc scelerum ejus commenta fusius recenset author vitæ,* quæ

Ista etiam hodie (usurpare hic possum Hieronymi verba (*a*)) *hæreticorum contra Servos Dei cogitatio est, ut calumnias struant, & Sanctos Viros accusatione præveniant*. Atque : *Plerique Doctorum in Ecclesiâ usque hodie similia sustinent audientes vituperationem multorum Congregatorum adversum se in circuitu, atque dicentium : Persequimini, & persequamur eos* (*b*). Ne alios persequar, S. Ignatius Loyola ipsius, cui se Bellarminus addixerat, Societatis Institutor, antequam inter Sanctos relatus fuisset, quot maledicentissimis contumeliis, & criminationibus obrutus non fuit? Et quale infamiæ genus non sustinuit sive vivens, sive defunctus, sive in se ipso, sive in alumnis Societatis suæ, sive ab heterodoxis, sive ab Catholicis, ac Libellos etiam famosos, quibus plenæ sunt ubique fere gentium Bibliothecæ? (*c*). Ideo ne ab

---

quæ extat tom.11. edit. Veronensis cap.VI. XVI. XXIII. XXVII. XXX. XXXII. XXXVI. De criminationibus, quas etiam post obitum Augustinus passus est, legi potest ejus vita tom.11. editionis Maurinæ cap. ult. Te (*ad eumdem Augustinum Hieronymus scribit epist.141.juxta ordinem editionis Veronensis an.1742.*) omnes hæretici detestantur, & me pari prosequuntur odio, ut quos gladio nequeunt, voto interficiant -- . *A Semipelagianis quindecim propositionum plane absurdarum, quas Augustino adfingebant, indiculus textus fuit, ac in vulgum sparsus* --, ut tali commento & detestationem ejus, quem impeterent, obtinerent, & ab his, quæ infamassent, curam exterriti lectoris averterent --, *ut notat S. Prosper libro contra Collatorem. De his vide Natal. Alexand. ad secul.V., ac præsertim cap.3. art.10. Hinc recte animadverterat Jacobus Gretser. Operum tom.X. edit. Ratisbonensis 1737. in ep.nuncupatoriâ præfixâ libris apologeticis pro vitâ S. Ignatii Loyolæ, quod* -- pro se, nominisque sui famâ, & existimatione tres apologias contra Arianorum perpetuas obtrectationes publicavit S. Athanasius . . . Totidem scripsit S. Hieronymus, ut se a Ruffini maledictis purgaret. Eodem scribendi genere se, nomenque suum defendere coactus est apud Theodosium juniorem S. Cyrillus Alexandrinus, quum a Nestorio, & Nestorianis gravissimis calumniis passim traduceretur, ut prætercam duas alias, quas pro suâ, vel potius Catholicæ Fidei doctrinâ adversus procaces hæreticorum linguas idem evulgavit.

(a) *In cap.18. Hierem.*

(b) *Idem Hieronym. in cap.20. Hierem. Etenim eodem Hieronymo teste apolog.2. adversus Ruffinum* -- Istæ machinæ hæreticorum, idest magistrorum tuorum, sunt, ut convicti de perfidiâ ad maledicta se conferant.

(c) *Bilem, ac livorem suum fœdissimis adversus Ignatium, & Societatem scriptis Hasenmullerus præsertim, Polycarpus, Leyserus, Antonius Arnaldus Advocatus, Simon Lithusmisenus, Lermeus, Cambillonius explevere: ex iis, ut aliqua proferam, Hasenmullerus in historiâ Jesuiticâ anno 1594. evulgatâ* -- Atrox, *inquit*, erat Ignatius, & truculentus, sævus, & durus, cædibus perpetrandis addictus, concupiscentiis, superbiæ, ac reliquis corporis voluptatibus addictissimus . . . . Hanc ferinam feritatem etiam post institutam Jesuitarum sectam non deposuit. Hinc quosdam Fratres flagellis, & disciplinis ita confecit, ut prænaturà mor-

ab malis, quæ inde timeri possent, absterrita umquam fuit Ecclesia, ne tantos Ecclesiæ Patres, ne tot Sanctos Viros augeret cultu, & honoribus Sanctorum?

191. Si habitâ eorum, quæ timeri possunt, ratione expedienda res est, multo graviora sunt, quæ timere nos oporteat, si Causæ hujus progressionem sistamus. Facile hinc exultabunt, insultabuntque hæretici multo procacius, & liberius, quam olim fecerint: exploratum tandem fuisse post Causam toties, ac tamdiu actam, quis esset Bellarminus, quo ingenio, & moribus vixerit: animo scilicet, & fide fictâ, totâque ad libidinem Papæ formatâ, & omni fœditatum genere conspersâ. Jansenianæ vero sectæ amatores audacius efferent caput, dicentque, pro Bellarmini doctrinâ iis eripiendâ irrito labore huc usque laborasse Theologos viros: nunc tandem Apostolicam Sedem, ne doctrinam ejus pro-

---

morte interierint, teste Stoffeo Romæ in Domo Professa existente.... Propria conscientia Ignatio dictavit, qualis fuerir, quæ eum adegit, ut sub finem vitæ ipse se ipsum detestabilem dixerit, & professus fuerit se indignum, qui honeste sepeliretur, teste Ribadeneira. Hinc ego ipsi hoc nomen *Ignatii* inditum arbitror, quod ad æternum ignem natus sit --. *Pudet me referre, quæ Cambillonius in suâ relatione de studiis Jesuitarum editâ sub annum 1608., qui proxime Ignatii Beatificationem antecessit, turpissimis narrationibus effinxit adversus ejus Societatis alumnos: quare Stephanus quidam Pasquerius librum edere non dubitavit, cujus titulus* -- Le Cathechisme de Jesuite -- *in quo Jesuitas cachinnis prosequebatur, quod Ignatii Beatificationem, numquam futuram, impossibilemque curarent. De quo sic Baylus pag. mihi 1855.* -- La nouvelle de la Beatification d'Ignace ne pouvoit etre que desagreable a cet ecrivain grand ennemi des Jesuites, e qui depui peu s'etoit moquè de leur Fondateur dans un ouvrage public jusque a predir en quelque maniere, que les artifices, dont ils se servojent a Rome pour le fair Canoniser, ne leur reussirojent pas. On peu donc croire, que son chagrin augmentoit a mesure, che la pompe de cette Beatification faisoit plus de bruit par toute l'Europe. Je ne conçois point de plus rude mortification, que celle, qu'il eut, en vojant beatifiè un homme, dont il'avoit dit tant de mal. *Vel solæ Simonis Lithi Miseni calumniæ in Ignatii Loyolæ vitam, moresque tam multæ, atque iteratæ fuere, ut Jacobi Gretseri, quem superius commemoravi, studium excitarint iis confutandis primum per quinque libros apologeticos, deinde per totidem alios, ac tertio per alios quinque, uti videre est in ejus Operum tom. 10. editionis Ratisbonensis 1737., ubi in epist. nuncupatoriâ prioribus quinque libris præfixâ* -- Extitit enim, *ait*, de numero Calvinistarum quidam Simon Lithus, qui vitam .... beatæ mem. Patris nostri Ignatii calumniis proscindendam sibi delegit ... Nec admodum miratus sum hominis hujus impudentiam. Si namque Christo contradixerunt, inquit S. Cyrillus, quæ nostri habenda erit ratio? Et si contra quemvis Sanctum structæ sunt calumniæ, quomodo minimi nos effugeremus? Nihil non audent, ait idem Cyrillus, qui hæretici sunt. Consuetam enim malitiam habent, nec alicujus faciunt, etiamsi calumniæ arguantur.

probare videretur adeo repugnantem sibi, suisque consiliis damnandi *sensum ab alicujus libri authore intentum*, penitus deseruisse curam agnoscendæ, probandæque Sanctitatis. Hi porro, & alii quicumque præcipuum illud sibi habent, ut pugnent adversus Romanam Sedem, quid non audebunt, si videant, aut intelligant, his humanæ prudentiæ regulis duci omnia? Quas tamen, & alias non absimiles justioris timoris caussas prætermitto; quum magis certis, & firmis rationum momentis perspectum fiat, decere omnino, & expedire, ne suscepti Judicii cursus abrumpatur.

292. Ex Gregorii Magni sententia: *Si de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum, quam veritas relinquatur* (*a*). Veritas autem, quæ posthabito quovis scandalo salva, & integra servari debet, authore Hieronymo triplex est, *vitæ*, *justitiæ*, *ac doctrinæ* (*b*). Justitiæ itaque veritas omnino postulat, ne Causa hæc jaceat derelicta: si namque Paulus Apostolus tradit, deberi gloriam, & honorem omni operanti bonum (*c*): quam sane *pium*, *& justum est*, *ut quos Dominus merito Sanctitatis coronat*, *& honorat in Cœlis*, *nos venerationis officio laudemus*, *& glorificemus in Terris* (*d*)? Quam justum est, ut *qui bene præsunt Presbyteri*, *duplici honore digni habeantur*, *maxime qui laborant in verbo*, *& doctrina* (*e*)? Quam itidem justitiæ, & æquitati conveniens, ut commune fidelium omnium, totiusque Ecclesiæ bonum præponatur cuique vel timori, vel periculo damni alicujus, vel offensionis paucorum? Opus enim Beatificationis, & Canonizationis Sanctorum magno fore universæ Ecclesiæ emolumento, maximeque conducere *ad honorem Sanctæ*, *& individuæ Trinitatis*, *ad exaltationem fidei Catholicæ*, *ad Christianæ Religionis augmentum* multis demonstrat SANCTITAS TUA, institutâ peculiari de hoc argumento tractatione. (*f*)

293. Ad veritatem *justitiæ* & illud pertinet, ne Bellarmini Sanctitas tam gravi dehonestetur notâ, qualem pateretur, si post ha-

(a) *Homil.7. in Ezechiel.*

(b) *Ut ex eodem Hieronymo refert Angelicus Doctor 2.2. quæst.43. artic.7.*

(c) *Ad Rom.2. hinc S. Joannes Damascenus de fide Orthodoxa lib.4. cap.16.* Honorare, *inquit*, decet Sanctos, ut amicos Christi.

(d) *Sunt verba Bullæ Canonizationis S. Antonii Lusitani relata a Sanctitate Sua de Canoniz. lib.1. cap.13. cujus argumentum est*: De bene facto, ut aliquando solemnia Canonizationis expleantur.

(e) *1. ad Timoth. cap.5.*

(f) *Cit. lib.1. de Canoniz. Sanct. cap.13.*

habitum diuturnum adeo, ac totiens instauratum Judicium, post virtutum merita novo nunc, diligentiss moque studio discussa, res omnis silentio comprimi videatur. Nam piorum etiam Catholicorum animi vel in novam, majoremque suspicionem adducerentur eorum, quæ hactenus objecta sunt contra Bellarmini doctrinam, & virtutes; vel saltem [quod rectiori, modestiorique judicio consentaneum esset] negarent eum fuisse Virum Sanctitate adeo conspicuum, qualem revera fuisse tam multis documentis supra demonstratum est.

294. *Doctrinæ* quoque veritatem, si non everti penitus, at plurimum saltem lædi, & imminui, quis non perspicit? Sublatâ namque ex ipsis fidelium animis, quam in Bellarminum præconceptam habebant, Sanctitatis existimatione, non is amplius ex Bellarmini Controversiis, aliisque Operibus, & libellis colligetur fructus, quem, salvâ & integrâ illâ manente, multoque magis illâ Ecclesiæ judicio confirmatâ sperare licuisset reducendis ad germanam fidem errantibus, ac fidelibus ad omnem virtutem incitandis. Solemus enim magis affici, ac moveri dictis, & authoritate Viri, quem non unius doctrinæ, sed Sanctimoniæ quoque merito celebremus. Quo spectasse videtur Joannes XXII., dum in Consistorio Cardinales alloquens: *Fratres*, ajebat, *reputabimus nobis ad magnam gloriam, & nostræ Ecclesiæ, si istum Sanctum* [Thomam Aquinatem] *possumus Sanctorum Catalogo adscribere, dummodo aliqua miracula de eo possint inveniri, quia ipse plus illuminavit Ecclesiam, quam omnes alii Doctores* (a). Non parvam itaque reputabimus & nos Ecclesiæ gloriam ex Bellarmini cultu, qui tantum lucis attulit doctrinâ, & scriptis suis.

295. Ita plane censuerunt Consultores omnes, qui in priore Congregatione olim habitâ responderunt, constare de heroicis Bellarmini virtutibus; item & Consultores, & Cardinales, qui deinde maximâ ex parte id ipsum censuerunt in posteriore Generali Congregatione; ac postremo Imperatores, Reges, aliique Supremi ditionum suarum Principes, S. R. E. Cardinales, tam multi Ecclesiarum Præsules, tot Ordinum Regularium moderatores, insignes litterarum Academiæ, & quotquot, uno verbo, præcipuum fere in Sacerdotio, & Imperio gradum tenent; qui dum summis precibus expetunt Bellarminum aris admoveri, dum in id non virtutes tantum, doctrinam, & præclara ejus merita de

(a) *Apud Bolland. tom.1. Martii pag.681.*

de universâ Ecclesiâ edifferunt, sed futuram inde ingentis emolumenti accessionem; sive ob validius, quod sibi Ecclesia comparabit ab tanto sui defensore præsidium; sive ob salutarem hæreticis confusionem; sive ob spem copiosioris fructus, qui tam magnus esse consuevit ex lectione ejus Controversiarum, aliorumque librorum; sive ob alacrius incitamentum ad virtutes, quarum adeo perfectum exemplar se præbuit Religiosis, Episcopis, & Cardinalibus; sive alias ob caussas, omnes plane sibi persuasum habent, ac habere ostendunt, quam maxime deceat, ut publico eum cultu prosequamur.

296. Ad hæc & Principum complures, & multi Ecclesiarum Antistites, & plurimi Ordinum Religiosorum Præsides, præter Clerum omnem, ac populum Lovaniensem, Capuanum, Politianumque singulares quisque rationes, singularia quisque beneficia recensent, quibus & se, suasque ditiones, Diœceses, Civitates, & Ordines Bellarmino maxime devinctos profitentur; & quibus propterea gratissima iis omnibus futura sit bene merentissimi de singulis viri gloria, quam in terris obtineat. Quam magnâ proinde ii omnes, & uberrimâ perfundentur spiritualis lætitiæ copia? Cujus quidem spiritualis gaudii bonum, etsi alias non haberet præter communes omnibus fidelibus caussas ab Sanctorum gloriâ promanantes, adhuc plurimum nos sollicitare deberet ad hanc Bellarmino gloriam in terris procurandam (*a*).

297. Verum quid ago, dum & rationum vi, & authoritate tot sapientium virorum, & pleno totius fere Catholici Orbis nedum consensu, sed desiderio suadere contendo id, quod nobis divinæ voces palam nuntiabunt? Non enim nunc agitur de perficiendâ statim Bellarmini Beatificatione, sed de virtutibus ejus declarandis. Ex perpetuo Apostolicæ Sedis more, ut illa demum absolvatur, non virtutum tantum, sed & miraculorum, quæ post ejus obitum patrata sint, probationes desiderantur exactissimæ. Quod si aderunt prodigia de Cœlo, ut adesse, monstrarique oportet; certissimo sane futura erunt testimonio divinæ voluntatis, quod

(a) *Nam inter Causas, ob quas maxime congruat Servorum Dei Beatificationes, & Canonizationes peragere, hanc etiam enumerat Sanctitas Sua de Canonizat. lib.1. cap.13. num.7.* -- Ultimo, quia magna in Beatificationibus & Canonizationibus adest materia spiritualis lætitiæ, ut habetur in Bulla Canonizationis S.Hyacinthi -- Benedictus Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui dilectam Filii sui sponsam . . . multiplici etiam gaudio ex Sanctorum suorum gloriâ consolatur; vere enim magna existit spiritualis lætitiæ materia, quum Deus illustria servorum suorum merita ideo mundo manifestat &c.

quod eum, quem Deus sic honoraverit, nos quoque justis honoribus cumulemus: *Quum enim merita sana praecedunt, & clara succedunt miracula, certum praebent indicium Sanctitatis, ut nos ad ipsius venerationem inducant, quem Deus ex meritis praecedentibus, & signis subsequentibus exhibet venerandum* (*a*).

298. Interea vero, quod præsentis negocii est, ut uno velut oculorum conjectu conspiciamus, num Bellarmini virtutes summum tenuerint gradum, mereanturque proponi in admirationis æque, ac imitationis exemplum; eas omnes in unum colligam, neque in id verbis utar meis, sed quibus vir gravissimus P. Antonius Cloche, Magister olim Generalis Ordinis Prædicatorum, suas & ipse, totiusque Ordinis sui preces detulit ad Clementem XI. (*b*), *pro adscribendo* [ut ajebat] *Beatorum albo piae memoriae Cardinali Bellarmino de Ecclesia tam bene merito, & cujus virtutes in ore famae, omniumque gentium commendatione versantur*. Nam postea quam initio postulatoriæ epistolæ suæ præmiserat, *tot inter argumenta, quibus splendescit Catholicae Religionis veritas*, præstantissimum illud esse, *quod perpetua, sibique semper constanti seculorum serie praefulserint in ea viri, qui longe, lateque suavissimum Sanctitatis sparserunt odorem, & praeclarissimo virtutum heroicarum concentu maximum Ecclesiae militanti conciliarunt gloriae incrementum*; eorum unum exhibet Cardinalem Bellarminum, ejusque perfectam imaginem plenâ magis, quam prolixâ oratione repræsentat.

299. *Hic Sanctitatis* [inquit] *character, qui soli Ecclesiae Catholicae eximius est, enituit hisce postremis temporibus in Venerabili Servo Dei Roberto Bellarmino Societatis Jesu, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, in quo dissimiles alioquin virtutes ita conspirabant, ut nec de candore prudentia, nec de prosapiae nobilitate religiosae paupertatis studium, nec de comitate gravitas, nec assiduus in scientiis addiscendis labor de pietatis amore quidquam decerperet. In Societate Jesu, cui nomen dederat, quamdiu vixit, ad omnia Religionis officia strenuum, ad disquirenda litterarum seminaria diligentem, ad omne charitatis, & obsequii genus sese propensissimum exhibuit; nihilque molitus est, aut cogitavit, quod ad majorem Dei gloriam, vel proximi utilitatem non referret. Ex umbraculis religiosae vitae in amplissimum Orbis Christiani theatrum*

(a) *Verba sunt Gregorii IX. in Bulla Canonizationis S. Antonii Patavini relata a Sanctitate Sua de Canonizat. lib.3. cap.42. num.11.*

(b) *Epist. LXL inter Postulatorias typis editas.*

trum productus humilis Dei Servus, & a Summo Pontifice Clemente Octavo Cardinalis creatus, nihil immutavit de pristino vitæ, quem antehac tenuerat in Societate, cursu; totiusque vitæ rationes ita composuit, ut virtutes, quibus in Societate præfulserat, non honore imminutas, sed Purpura ornatas magis, & auctas, palam demonstraret. Suspiciebant omnes in Cardinali Bellarmino modestiam singularem, parsimoniam, frugalitatem, religiosam austeritatem, nobilem caducarum rerum contemtum, summam in pauperes charitatem, quibus erogabat, quidquid sibi eripiebat. His tamen virtutibus palmam præripuit ardentissimus ille Ecclesiæ amor, quo Venerabilis hic Dei Servus sic erat accensus, ut nihil magis diligeret, quam ejus splendorem, nihil majori animi æstu defenderet, quam avitam ejus doctrinam, nihil in votis magis haberet, quam singulorum ejus membrorum sanctitatem, ad quam promovendam libros, qui germanam pietatem spirant, lucubravit: nihil denique acrius insectaretur, quam emergentes hæreticorum errores, quos immensis non minus mole, quam eruditione voluminibus adeo feliciter profligavit, ut vere gloriari possit Ecclesia, sibi in Bellarmino Defensorem contigisse se dignum, idest non minus strenuum, quam sincerum, non minus veracem, quam doctum.

300. Accipe igitur, Beatissime Pater, quid referre ipse censuerim in hac Bellarmini Causa. Utinam illud sim assecutus, ut tali Viro digna, si non omnia, præcipua saltem, eaque non indigne protulerim! Ignoscas autem, rogo, pro summa tua benignitate, quod longior fortasse, & prolixior excurrerit oratio mea. Aliquanto enim diligentius eam Causam a me pertractari tum ejus dignitas, & gravitas, tum Ponentis, seu Relatoris munus, quo ipse perfungor, postulare videbantur. Et mihi humillime Sanctitatis Tuæ pedes exosculanti Apostolicam Benedictionem impartire. Ex Ædibus meis Idibus Septembris 1752.

Carolus Albertus Card. G. Cavalchini Ponens.

ELEN-

ELENCHUS
CHRONOLOGICUS SCRIPTORUM
QUI DE SANCTITATE

VEN. SERVI DEI

ROBERTI CARDINALIS
BELLARMINI

PRÆCLARA TESTIMONIA EDIDERE.

ELENCHUS SCRIPTORUM.

Ab Anno 1600. ad 1753.

Tripartitus exhibetur præsens Elenchus; scilicet primo ab Anno 1600. ad 1620., quibus Servus Dei vivebat. Secundo ab Anno 1621. quo obiit, ad 1650. Tertio demum ab hoc Anno ad currentem 1753., ut sic distinctius legenti constet, qua fama Sanctitatis floruerit Servus Dei vivens;. quàm constans ea perseveraverit post mortem apud Scriptores eidem synchronos; & quantum ea percrebruerit semper usque adhæc nostra tempora. In prima partitione omittuntur pleraque Scriptorum testimonia, quia quum adhuc per id temporis viveret Bellarminus, adulatorie prolata credi forsitan possent: pauca tamen ex plurimis proferuntur, quæ quum simul testentur de publica, & notoria fama Sanctitatis, & præterea scripta sint a Viris pietate, & sapientia insignibus, profecto supra omnem hujusmodi suspicionem haberi debent.

I. An.1600. RANCISCUS GONZAGA, olim Generalis Minorum, deinde Legatus Apostolicus in Galliâ, & Episcopus Mantuanus = *Tanto Bellarminum obsequio venerabatur, ut quoties ab eo litteras acciperet, toties honoris ergo aperiret caput, & epistolas ejus solitarie in proprio quodam scrinio haberet.* = Præterea quum ejus libros ad mensam legi vellet, famulo ita præcipiebat = *Affer Sanctum Jesuitarum* = . Quumque posuisset Aram in summâ Ecclesiâ B. Aloysio Gentili suo voluit = *locum e regione vaca-*

vacare ex destinatione suâ Aræ Sancti Card. Bellarmini construendæ. = Ex Lud. Donio d. Attichy Ep. Heduensi. *Flores Histor. S. Collegii Card.* To. 7. Fol. 271. & 667. Edit. Paris. 1660

II. DOMINICUS GRAVINA Clarissimus Theologus Dominicanus, in Lib. = *De Voce Turturis* = 2. par. cap. 30.
1600. pag. 126. = *Bellarminum Fidei athletam robustissimum, olim Capuæ Archiepiscopum, & novum Antoninum in sublevandis pauperibus, in vitæ perfectione Basilium, in confutandis Hæreticis Irenæum a divinâ providentia destinatum dixeris.*

III. SEBASTIANUS VERRONIUS Præposit. Friburgensis. In *Chronicâ Ecclesiæ* pag. 476. = *Robertus Bellarm. Soc. Jesu Theologus, Ecclesiæ Catholicæ unus instar omnium adversus omnes Hæreses propugnator insignis &c. Pietate ipse alioquin, & vitæ simplicitate modestissimus: quæ causa est, ut cum hoste acerbo, & vafro sæpe mitius, quam pressius agat.*

IV. VEN. BERNARDINUS REALINUS, auditâ V. Cardinalis exhortatione domesticâ, eam sibi transcripsit,
1600. & inferius apposuit hæc verba = *veramente è un gran Santo.*

V. VEN. CÆSAR CARD. BARONIUS To. XVI. Annal. Edit. Lucensis ad An. 968. §. 92. = *His diebus, quibus hæc*
1602. *scribimus (quod non tacendum) maximum accessit Ecclesiæ Capuanæ ornamentum; dum vacante eâdem sede obitu Cæsaris Costæ Archiepiscopi, delectus est a SS. D. N. Clemente Papa VIII. ad nobilissimæ Ecclesiæ regimen Vir doctissimus, ac religiosissimus Robertus Bellarminus, S. R. E. Cardinalis, virtutum meritis toti Christiano Orbi conspicuus &c.*

VI. CLEMENS PAPA VIII. in suo Brevi 5. Junii 1602. ad Servum Dei, ut in Sum. addit. pag. 65. §. 35. = *Gra-*
1602. *tulamur tibi, Fili, & gratias Deo agimus, cujus te solam gloriam quærere CERTO SCIMUS.* = Et in
1603. altero 10. Jan. 1603. Sum. pag. 65. §. 36. = *Gaudemus in Domino, Fili, quod talenta tua, quæ multa, & præclara a Deo accepisti, multo cum spirituali fructu in ista insigni Ecclesiâ negocieris.* — Et in altero 3. Maji ejusdem anni, ut in Sum. pag. 63. §. 31. hoc egre-

egregium testimonium dedit illius Sanctitati, scilicet Servum Dei quærere = *Non terrena commoda, sed Dei gloriam ubique, & in hoc præsertim genere, PLANE SCIMUS*. = Demum, pluribus aliis omissis, in Epistolâ familiari ad eumdem 10. April. 1603., ut in Sum. pag. 66. §. 37., ait, se ex relatione ejus quondam Vicarii magnâ cum consolatione audivisse = *L'esempio che da in quella Provincia con l'assidue fatiche, che fà e di prediche, e di digiuni, e d'orazioni, e di frequenza di Sacramenti &c.*

VII. JACOBUS GRETSERUS insignis Theologus, & Bellarmino familiarissimus pluribus in locis eumdem
1611. laudat. *Vindicatione* integra calumnias Hæreticorum contra Servi Dei innocentiam repulit, argumento præsertim petito ab ejus probitate omnibus notissimâ. Non semel etiam ejus animi *demissionem, & fugam gloriæ humanæ* commendat. Legatur. To. VIII. Edit. Ratisb. in præf. ad Lect. & pag. 183.

VIII. HENRICUS FRANKEN SIESTORPHIUS S. Theologiæ Doctor Coloniæ, in approbatione Concionum
1614. V. Servi Dei An. 1614., illum vocat = *Doctrinâ, vitæ integritate, verâque in Deum pietate mire effulgentem inter S. R. E. purpuratos Patres*. =

IX. SILVESTER MAUROLICUS Doctor Theologus, & Abbas Cisterciensis in Libro = *Delle Religioni* = in
1614. Messina 1614. pag. 417. = *Bellarmino, in cui quasi smalto in oro nella profondità della Scienza splende la Religiosa umiltà; nè potè lo splendor della porpora abbagliare la vigilanza, e cura di se stesso; Uno de' maggiori nemici, ch' abbia l' Avversario del genere umano; Propugnatore della Fede Cattolica; Debellatore dell' Eresia; Ornamento, e splendore della dignità Cardinalizia, e per la SANTITA' della vita, e per l' eminenza della Dottrina*. =

X. PROSPER FARINACCIUS Vir doctissimus. *In Tract. de Heresi*, in Epistolâ dedicatoriâ ad Card. S. Officii. = *Sidus illud ego loquor Ecclesiæ clarissimum, & Hæreticorum formidolosissimum fulmen, Robertum Bellarminum Cardinalem Illustrissimum; illum probatissimum, innocentissimum, integerrimum Virum, cujas non*

non modo scriptorum aculeis, sed commemoratione solum, ac SANCTIMONIÆ FAMA perculsi Christianæ Religionis hostes, ac perduelles sæpe subsistunt admirabundi, sæpe vincuntur, sæpissime revocantur in castra, & resipiscunt. =

XI. JOANNES ARGENTUS. *In Apologia Societatis* Edit. Colon. cap. X. pag. 87. ait = *Bellarminum Universæ*
1616. *Societati esse summâ veneratione colendum* = pag. vero 133. Calumnias Sectariorum contra ejus mores rejicit commendatione *pietatis*, & *Sanctitatis*.

XII. GEORGIUS MAYR Professor Germanus, Linguæ Sanctæ, & Theologus in Epistolâ nuncupatoriâ ad Servum Dei præfixâ Grammaticæ Hebraicæ ait = *Eum profuisse Ecclesiæ Catholicæ tot jam annis variarum Scriptionum monumentis; & , quod caput est, laudatissimæ Vitæ exemplis.* =

XIII. S. FRANCISCUS SALESIUS EPISCOPUS, & valde familiaris Servo Dei, in Epistolâ ad eumdem 10. Ju-
1616. lii 1616, ut in Sum. addit. pag. 54. §. 21., & in alterâ 12. Septem. 1617., ut in Sum. pag. 43. §. 18., & in alterâ 6. Jan. 1621., ut ibi pag. 81. §. 6., laudat ejus labores pro Catholicâ Ecclesiâ, & singularem charitatem, ac benevolentiam erga proximos, quasi esset omnium refugium. Quanti vero fecerit ejus *innocentiam, & columbinam simplicitatem*, patet ex ejusdem S. Episcopi Vita in Sum. pag. 3. §. 2.: & omissis pluribus locis, unum damus ex lib. 9. fol. 405. Vitæ per Carol. Augustum Salesium, ubi narrat, post lectum a S. Episcopo librum V. Bellarmini = *De gemitu Columbæ*, ita exclamasse; = *Hei! Gemis in hoc Seculo, sed in Cælo, & in foraminibus petræ, & cavernâ maceriæ laboribus tuis finem dabis; & vocem tuam in auribus Cælestis Sponsi sonare facies, & faciem tuam ostendes: Vox enim tua dulcis, & facies animæ tuæ perquam decora.* = Idem S. Franciscus Salesius in suâ præf. ad Tract. *De Amore Dei* pag. 140. col. 1. Edit. Ven. 1725. hoc Elogio cohonestat libros, & pietatem Servi Dei. = *Quel grande, e celebre Cardinal Bellarmino ne ha poi fatto un piccolo libretto intitolato = Scala per ascendere à Dio =, che non può essere, che meraviglio-*

vigliofo; ufcendo da quelle fapientiffime mani, e DI-VOTISSIMA ANIMA, che ha fcritto tanto, e così dottamente per il bene della Chiefa. =

XIV. FRANC. ARCHIEPISCOPUS ROTHOMAGENSIS familiariffimus Servo Dei, per Epiftolam eidem da-
1616. tam petiit = *Ut formam Sancti Paftoris præfcriberet; & explicaret, quem modum ipfe obfervare ftatuerat, ut bonus Paftor evaderet, dum per triennium fuit Epifc. Capuanus.* = in Sum. Addit. pag. 64. §. 34., & pag. 83. §. 11. Idem Archiepifcopus pluribus litteris extorfit a Servo Dei Opufculum = *Admonitionis ad Epifcopum* =, atque illud edi juffit, & in fuis Epiftolis mire laudat, ut in cit. Sum. pag. 84. §. 12. & 13., & quarum altera fub die
1618. 7. Septemb. 1618. ait; = *Dio conservi la Perfona di V. S. Illma, acciochè Lei ci dia quel, che ci promette, & ajuti la S. Chiefa coll' efempio della Sua vita, e colli fuoi Scritti eruditiffimi, fantiffimi, e accettiffimi a tutto il Mondo.*

XV. ANGELUS ROCCA EPISCOPUS TAGASTENSIS; Sacrifta Pontificius, Cuftos Bibliothecæ Vaticanæ, &
1620. eruditione clariffimus ex Ordine S. Auguftini, in *Speculo Epifcopali* pag. 131. col. 1. Tom. II. Oper. Edit. Rom. 1725. = *Bellarminus Vir fane doctiffimus &c. & non minus in veterum Patrum lectione, traditionibus Ecclefiafticis, Sacrorumque Conciliorum fanctionibus verfatus, quam vitæ probitate minime fucata, atque animi demiffione infignis &c.*

XVI. FRANC. SACCHINUS Hiftoricus Soc. Jefu in *Hift.* Parte 2. ad An. 1560. n. 31. pag. 118. plura habet
1620. de Virtutibus eximiis Servi Dei in ejus Juventute. Et par. 3. lib. 5. a §. 119. narrat de ingenti fructu, quo concionatus eft, & docuit Lovanii, ac de ingenti exiftimatione, qua florebat apud S. Franc. Borgiam.

XVII. PAULUS ALALEO Cæremoniarum per id temporis Magifter Pontificius, in fuis Diariis ad 17. Sept. = *Obiit*
An. 1621. quo obiit ServusDei. *Card. Bellarminus Vir doctiffimus, & omnium Difciplinarum genere ornatus, ac contra Hæreticos Propugnaculum fortiffimum, ætatis fuæ Annorum LXXIX.; & expiravit fanctiffime, ac devotiffime.*

XVIII. REVER. FR. BONAVENTURA PONTERIUS A CARPANZANO, Procurator Generalis Minorum
1621. Conventualium cum inviseret Cadaver Ven. Servi Dei, maxima animi commotione tanquam ab ejus Vultu prodeuntia audivit hæc verba = *Ecce Homo sine querela, abstinens se ab omni opere malo, verus Dei cultor, & permanens in Innocentia sua* =: Ita ipse testatur Chirographo suo; & fusius narratur a *Bonaventura Theulo* in *Triumpho Seraphico* : Velitris An.1655. pag.66., & in Sum. addit. pag.145. §.108. & pag.146. §.110.

XIX. MARCUS ANTONIUS CAPELLUS Theologus ex Ordine Minorum Conventualium, in sua Epistola
1621. data ad Generalem totius Ordinis in Sum. addit. pag.166. §.165. = *Oggi s'è data sepoltura all'Illustrissimo Sig. Card. Bellarmino, che a dirlo propriamente è stato un metter sotto terra il Sole della Chiesa di Dio. Questi Sig. Illustrissimi hanno voluto tutti delle sue cose familiari, venerandolo universalmente la Città come Santo : ed io in scriver queste quattro parole di Lui, mi sento trafigger l'anima dal dolore, non perche Egli abbia perduto, ma perche perdiamo noi.*

XX. BENEDICTUS BONNEFOY GALLUS THEOLOGUS In *Historia Heresis &c.* Tolosæ an.1662. Tom.I.
1621. lib.6. pag.209. & seq. longum texit elogium de Virtutibus Servi Dei; atque inter alia hæc scribit = *Robertus Bellarminus sanctitatis, & eruditionis laude apud* OMNES FERE NATIONES *inclaruit*; *& quia hoc Anno 1621. vivere desiit, juvat pauca de Viro tanto posteritati relinquere, ne ab ullo ignorentur immissæ in eum cælitus animi dotes &c.* = Et prosequitur singularum Virtutum narrationem.

XXI. ALEXANDER SPERELLI EPISCOPUS EUGUBINUS, pietate, & doctrina notissimus, in Opere = *Il Vescovo* = 1. part. cap.33. §. 1. pag.181. Edit. Rom.
1621. 1656. agens de Episcopis quærentibus spiritualem secessum, hæc notabilia scribit, tanquam Testis de visu, & auditu circa mortem Servi Dei. = *L'istesso ultimamente ha praticato il Card. Roberto Bellarmino, che quantunque con la sua santa vita avesse accre-*

crescìuto splendore alla Porpora, si ritirò nondimeno negli ultimi mesi al Noviziato del Gesù a menar vita privata, e religiosa, e a scuoter la polvere, che la dignità potesse avergli attaccato addosso. Onde non è maraviglia, se lietamente incontrò la venuta del suo Signore, a segno che il giorno della sua morte dimandando a' Medici, quanto gli restava di vita? intendendo, che ve ne potea avere fino alla seguente mattina, cominciò a lagnarsi dicendo, oh Dio! e tanto dunque devo stare ancora in questo mondo! Alle quali parole ci trovammo presenti, Monsignor Angelo Cesi, & io, andativi per esser spettatori di quel passaggio. = Item par.3. pag.140. D. laudat ejus rectitudinem in nunquam sinistre judicando de aliis, atque illum vocat = *Sanctum* = pag. verò 335. D. commendat profusas in pauperes eleemosynas, & iterum pretiosam mortem.

XXII. ALEXANDER CARD. URSINUS & scripto, & opere maximum Sanctitati Ven. Bellarmini testimonium 1621. hoc Anno dedit: nam audita ejus morte, atque memoriæ recurrentibus Servi Dei præclaris virtutibus, ut illum imitaretur, petiit a Mutio Generali cooptari in Societatem Jesu: quod eo modo, quo potuit, obtinuit. Part.6. *Hist. Soc.* Lib.6. §.9. pag.281. In Epistolis vero ad Generalem hæc habet de Bellarmino = *Cardinalis Bellarmini jam Cœlo fruentis obitus fecit, ut ipse me respicerem paullulum per hos dies, & magno pudore perfunderer. Equidem cum illo comparans me, & meam cum illius virtute socordiam, hæc mecum ajebam: Bellarminus annos quatuor supra sexaginta sanctissime vixit in Ordine Religioso. Ille Jesuita primum, & deinde Cardinalis, semper omnibus exemplo, & incitamento ad virtutem fuit...: Ille in tanta copia Doctrinæ, in tam excellenti Sanctimonia de se sentiebat humillime &c.*

XXIII. MARCELLUS CERVINUS Nepos Ven.Bellarmini, eique familiarissimus, Opusculo integro = *Imago Virtutum Ven. Bellarmini* = Senis 1622. præclarissima de 1622. eodem narrat, quorum ipse Testis immediatus plerumque fuit.

XXIV. CHRISTINA MAGNA HETRURIÆ DUCISSA in sua Epistola ad Generalem Soc. Jesu 16. Feb. 1622.,
1622. ut Sum. Addit. pag. 166. §. 167. = *Io ho portato sempre una particolar osservanza al Signor Card. Bellarmini di pia memoria: e perche l'esemplarità della vita, che ha vissuto, mi fa credere, che quella benedetta Anima goda presentemente la gloria del Paradiso in premio delle sue sante operazioni; ho desiderato però d'aver presso di me qualche cosa di suo, & adoprata da lui; per conservarla, e tenerla come Reliquia d'un Servo di Gesù Christo, che possa, e sia per intercedere per me appresso S. D. Maestà.*

XXV. Julius NIGRONUS THEOLOGUS JANUENSIS, & celebratissimus suis Tract. Asceticis Tract.II. de *Recr.*
1623. *Religiosa* pag.227. Mediolani 1623. ita Bellarminum compellat = *Sanctissimum æque; ac doctissimum Card. Robertum Bellarminum, qui dum inter nos viveret, conjungens summam probitatem cum eximia doctrina, multum laudabat hanc Ordinum indulgentiam* = Et iterum Tract.VI. = *De Secessu, & Exercitiis spiritualibus* =, laudat hunc morem in Servo Dei, eumque ait *fuisse Legum omnium suæ Religionis observantissimum*.

XXVI. NICOLAUS LANCITIUS THEOLOGUS Soc. Jesu Pietate, & Scriptis asceticis notissimus; in sua Epist.
1623. dataCracoviæ 15.Aprilis 1613. apud Bartholumi lib. 3. cap.4. Vitæ Ven. Servi Dei = *Notai in lui, che quando diceva Messa s'infiammava talmente, che le guancie li divenivano rosse rosse, sicche pareva volesse uscire il sangue, e la diceva con tanta divozione riverenza, e decenza, e gravità, come se vedesse cogl'occhi Dio Nostro Signore* = Atque inferius hæc addit de mira ejus efficacia in Colloquiis divinis = *L'esortazioni domestiche le faceva in modo, che io sempre ne partivo tanto acceso, e infervorato nell'amor delle virtù, e nell'odio di tutte l'imperfezzioni, che per dir così, sarei entrato nel fuoco. Quì in Polonia da tutti è stimato Santo. Io per me li sono molto obligato, perche con le sue esortazioni m'infiammava tanto, che da quel tempo incominciai una vita nova, e molto più fervente, che non era nel mio*

Novi-

Noviziato = Sed multo præclariora sunt, quæ scribit T. I. Opusculorum Edit. Antuerp. 1650. pag. 770., ubi de Sinceritate in loquendo = *Talis erat Bellarminus, qui nunquam totâ vitâ, ne quidem in pueritia se mentitum meminit* = Et pag. 615. illum vocat = *Virum summæ humilitatis, cujus tot sumus Testes, quot cum eo familiariter viximus* = Et demum pag. 190. num. 32. scribit = *Bellarminus non multo ante mortem sincere de se fassus est, se totâ vitâ suâ, quæ fuit Ann. 79. nunquam deliberate peccasse*.

XXVII. 1623. ANDREAS LISPK EPISCOP. LUCEORIENSIS, & Regni Poloniæ Cancellarius, in sua Epistola 29. Septembris 1623. ad Provincialem Soc. Jesu Poloniæ, ut in Sum. addit. pag. 197. = *Cardinalis Bellarmini Sanctimoniam apparere post mortem lætor magis, quam miror; de quo cum viveret sæpe tacitus mecum cogitavi tanto Assertori, & Vindici Orthodoxæ Fidei, tanto vitæ cœlestis, & perfectæ Magistro, ac duci, procul dubio constitutam in Cœlis fuisse clarissimam mercedem, atque palmam. Placuit Domino, ut, quem hostes fidei famosis criminationibus in vitam illius conjectis, prædamnarunt, ejus integritas, & innocentia adstrueretur miraculorum testimoniis*.

XXVIII. 1623. FRANCISCUS MARIA CARD. BRANCATIUS, Vir non minus doctrinâ, quam pietate clarissimus = *Robertum Card. Bellarminum non solum pro Viro Sancto, sed pro MAGNO SANCTO habebat; ita ut & in vita, & in morte, illius patrocinio sese commendaverit, ac pene illius nomen sæpe iterando expiraverit* = Ita testatur ejus Nepos Episcopus Viterb. in suo Voto recitato in Congregatione Anni 1675., & impress. 10. pag. 2. sub num. 11. Posit. Causæ.

XXIX. 1623. AURELIUS PERUSINUS IN ADDITIS ad Histor. Tursellini Edit. Rom. 1623. pag. 472. = *Poco appresso il Pontefice Clemente VIII. con una promozione aumentò il numero de' Cardinali. Furono tra questi Roberto Bellarmino, Uomo di quella santità, e dottrina, che è nota al mondo &c.*

XXX. PETRUS d'OULTREMAN in Lib. = *De Viris illustribus Soc. Jesu* = Anno 1623. multa congerit in laudem Ser-

Servi Dei ; & inter cætera refert, quanti eum facerent etiam Heterodoxi, & Judæi ipsi Romæ commorantes, qui eum *Virum Sanctum* fatebantur, & palam prædicabant.

Hoc eodem Anno, vel sequenti honorificentissimum testimonium dederunt pro veritate Sanctitatis Ven. Servi
1623. Dei Cardinales quatuor ; quorum Attestationes cum legantur in Causæ Positione, solum hic referimus nomina, & indicamus paginam.

XXXI. CARDINALIS DE MONTE DECANUS S. Collegii. pag. 1.

XXXII. CARDINALIS OCTAVIUS BANDINI Primus in Congregatione S. Officii pag. 8.

XXXIII. PETRUS CARDINALIS VALIER pag. 17.

1623.

XXXIV. DESIDERIUS CARD. SCAGLIA CREMONENSIS ;
1624. pag. 20.

XXXV. CARDINALIS LUDOVICUS DE TORRES. In sua Epistola 12. Maii 1624., ut in Summ. addit. pag. 71. §. 45. = *Il Sig. Card. Bellarmino è stato sempre da me sopra modo ammirato per quel suo mai abbastanza lodato candore d'animo, e per quella sua vita innocentissima, e semplicissima schiettezza d'angelici costumi &c... Onde io giudico [e sò d'aver molti approvatori del mio giudizio] che il Sig. Card. Bellarmino per le molte, e sovraumane doti concorse tutte in lui [ciascuna delle quali averebbe potuto far riguardevole ogn' altro] sia stato uno de' più eminenti Uomini del Secolo nostro e un perfetto esempio d'un vero Ecclesiastico, e degno d'essere annoverato fra quegl' antichi Padri, e Difensori della Chiesa.*

XXXVI. HENRICUS EPISCOPUS SPONDANUS in Continuatione Annalium An. 1621. = *Moritur Bellarminus pie-*
1625. *tate, ac virtutbusi Christianis etiam supra famam ornatus, ac meritis numquam intermorituris plenus.*

XXXVII. HILARION A COSTA Ordinis Minimorum S. Fr. de Paula Gallus in *Histor. Catholica*. Parisiis An. 1625. = *Questo gran Cardinale non meno devoto, che dotto ; non men pio, che sapiente, il quale ha grandemente obligato il Publico, e particolarmente quei, che professano la Vita*

Vita divota, e religiosa per mezzo de' suoi Libri spirituali, che Egli ha composto, preparandosi alla morte; Libri diversi, che il Cielo ha mandato fuori ne' nostri giorni per la salute di molte anime, per le mani di questo divotissimo, e piissimo Cardinale; Libri non mai abbastanza lodati, amati, e stimati; piccoli in apparenza, ma grandi in effetto, che hanno cagionato mille, e mille conversioni &c. = addit. pag.148. = *La sua memoria è talmente venerabile tra i Cardinali, che l' Illmo Cardinal Moffeo Barberini Fiorentino, uno de più dotti, & eloquenti Prelati aveva intrapreso a scrivere la sua Vita &c.*

XXXVIII. ANTONIUS SANDERUS in *Elogiis Cardinalium* = Lovanii 1626. pag. 62. = *Cardinalium præcipui, &*

1626. *non pauci dicebant frequenter Bellarminum omni invidia majorem esse, quem ipsi etiam Judæi in Urbe degentes non modo ut illustrem doctrinâ, sed ut Sanctum suspiciebant.* = Et pag. 63. = *Theologus eminentissimus, ac Fidei Catholicæ Propugnator acerrimus; Hæreticorum Malleus, æque pius, prudens, humilis, ac summe Eleemosynarius. Sacrum Coll. Cardinalium, ac universa Curia Romana tanti Viri amissione non sine lacrymis maxime indoluere* = Et paulo inferius. = *Omnium nostræ Ætatis eruditorum hominum ea est sententia, illudque præbetur testimonium, a multis retro sæculis non obtigisse ferè aliquem Ecclesiæ Romanæ Præsulem, qui de ea scriptis, eruditione, ac insignium virtutum exemplis amplius meritus sit, quam pissimus, sapientissimusque Robertus Cardinal. Bellarminus.*

XXXIX. HIERONYMUS BERNABEUS in Vita Card. Baronii lib.3. cap.2. pag.133. refert, quanti Baronius fe-

1626. cerit doctrinam, & pietatem Ven. Servi Dei. & addit Historicus = *Cujus Roberti admirabilem doctrinam cum tanta Sanctitate conjunctam ignorat nemo.*

XL. CORNELIUS A LAPIDE celebratissimus Commentariis in Sac. Scripturam To.1. *Pentatheuc. in En-*

1627. *tom. Sac. Scripturæ* pag.10. num.3. Edit. Antuerp., ubi de confutatione hæreticorum ex sacris litteris = *Fecit hoc solide, & exacte Illustrissimus Bellarminus Fidei*

Fidei Hyperaspistes, & Hæresum Strator in suis Controversiis: quod Opus proinde impenetrabile est, nec a Christi temporibus hucusque simile in hoc genere vidit Ecclesia; ut merito Veritatis Catholicæ Murus, & Antemurale vocari possit. = Idem laudat ejusdem *humilitatem*, & *dignitatum fugam*, ut in *Act. Apost.* cap.2. ver.46. pag.89. *Pietatem, & diligentiam* in orandis Horis Canonicis cap.3. ver.1. pag.92.; iterum ejus *humilitatem*, ad *Epist. Can. S. Jacobi* cap.1. ver.23. Et demum ad 1. *Epist. S. Petri* cap.11. ver. 22. hæc scribit de ejus eximia *Charitate*, & *patientia* in tolerandis injuriis = *Illustre hujus Virtutis nuper dedit exemplum Card. Bellarminus, qui cum a quodam Æmulo in omnibus pene sententiis suis carperetur, & refutaretur, idque assidue, ipse continuò tacebat, mirantibus aliis, ac rogantibus, cur se, suaque dicta, & honorem Cardinalium non tueretur? respondit = Melior est uncia Charitatis, & Pacis, quam libra victoriæ.*

XLI. JOANNES ARCHIPRESBYTER HESRONITA interpres Regius Linguæ Syriacæ in *Præfatione* ad Ven.
1627. Bellarmini *Doctrinam* Arabice redditam, illum vocat = *Virum similem Magnis Proceribus Christianæ Religionis.*

XLII. ANTONIUS de Balinghem in *Ephemeride SS. Virginis* ad 17. Septembris longum habet Elogium
1628. Servi Dei, & de ejus pretiosa morte.

XLIII. P. PETRUS CONSOLINI PRESBYTER Oratorii, & charissimus S. Philippo Nerio ob insignes virtu-
1628. tes, quarum famâ clarissimus obiit Romæ, ita sentiebat de Ven. Bellarmino, cui perfamiliaris fuit = *Il Padre Pietro aveva in somma venerazione questo gran Cardinale, ne parlava con istraordinaria lode, e dopo morte fu trovato tra varie cose sue di divozione, che pur di rado soleva tenere, una piccola particella del lenzuolo, dove morì quel Ven. Cardinale* = Ita Jacob. Ricci in *Vita P. Consolini* fol.109.

XLIV. CAROLUS AUGUSTUS SALESIUS in Vita S. Francisci Salesii, præter sparsim recensitas laudes, quibus Ven.

1630. Ven. Bellarminus cumulabatur a S. Francisco, addit = *Così trattava un Santo con un altro Santo*.

XLV. MICHAEL MONACHUS Doctor, & Canonicus Capuanus in *Sanctuario Capuano* Anno 1630. mire
1630. extollit vigilantiam Servi Dei in munere pastorali, quod Capuæ per triennium exercuit; atque addit = *Fervoris* (quem excitavit in suo populo) *potissima ratio erat, quod verbo doctrinæ præibant exempla vitæ, exempla Virtutum omnium, & præcipue Mansuetudinis, Humilitatis, Misericordiæ, & Charitatis in Deum, & proximum &c.* = Et prosequitur narrando Actus particulares, quorum fuerat Testis oculatus.

XLVI. JANUS NICIUS ERYTHRÆUS, in PINACOTHECA Coloniæ 1645. fol.84. his Elogiis cohonestat Ser-
1631. vum Dei, vocatque = *Sanctissimum, & singularis Eruditionis merito doctissimum* = *Magnum Sanctitatis, doctrinæque lumen, quod virtutis formam quavis specie pulchriorem ostenderet* = *Inter multos Sacerdotes*, ait, *eum fuisse ad instar Solis* = Laudat præterea in eo = *Summam rerum omnium despicientiam, præsertim divitiarum, & honorum* = Ait fuisse = *parcissimum, & frugalem; omnem affectum ad Consanguineos exuisse*; & quidquid superesset ex domesticis sumptibus, *id omne in pauperes erogasse* = ac demum = *Vitæ Sanctimonia, ac frugalitate sibi laudem, Purpuræ splendorem, Ordini ornamentum addidisse*.

XLVII. CARDINALIS BENTIVOLUS in notissimis *Memoriis Historicis* = Venet. 1648. plura habet in laudem
1631. Servi Dei, præsertim de ejus pietate in Adolescentia, zelo, & fructu in concionando Lovanii; aitque fuisse = *Lucem, qua emicuit eo tempore Ecclesia, Curia Romana, & Societas Jesu*.

XLVIII. REVERENDISSIMUS DOMINUS ANTONIUS DE WIGNE BENEDICTINUS Abbas Monasterii Læ-
1632. tiensis in suo *Blosio aucto, & ornato* = Antuerpiæ 1632. ad Opusculum Blosii = *Conclave Animæ* = par.2. cap.14. pag.616. in Nota ✠ = *Praxis illa accedendi ad Deum per creaturas est pietate, ac dulcedine, & utilitate plenissima, quam Illustrissimus, & de-*

& devotione juxta, ac doctrina Eminentissimus ex Soc. Jesu Card. Bellarminus ex penu privati cordis ad publicum usum producit toto illo aureo libro de Ascensione mentis in Deum.

XLIX. DIONYSIUS PETAVIUS in *Rationario Temporum* = par.1. lib.9. XIV. pag.596. Edit. Col. 1720. = *Decimo sexto Kalendas Octobris 1621. Robertus Bellarminus e Soc. Jesu S. R. E. Card. in Cælum evolavit, quo illum eadem, quæ ad Purpuram extulerat, singularis doctrinæ comes vitæ integritas evexit.*

1633.

L. CLAUDIUS CLEMENS Regius Professor in Collegio Imperiali Matritensi. In suo *Museo*, seu *Bibliotheca instruenda* = Lugduni 1635. lib.3. sect.1. cap.11. pag.452. = *Bellarminum*, ait, *animatam Christi Bibliothecam excellentis, & extraordinariæ Scientiæ cum insigni Sanctitate conjunctæ.*

1635.

LI. JOANNES RHO in *Histor. Virtutum*, ubi fere ad singulas virtutes affert exempla nostri Ven. Servi Dei.

1636.

LII. FLOREMUNDUS REMUNDUS, ex Calviniano Catholicus doctissimus, & olim Consiliarius Regis Galliæ *In Histor. de Ortu, & Ruina Hæresis XVI. Seculi* lib.5. cap.2. num.6. fol.13. Coloniæ 1655. = *Toleto mortuo Pontifex Bellarminum subrogavit, Magnum, inquam, illum Bellarminum, cujus laudibus mea oratio longe impar est; nisi forte hoc ipsum novum laudandi genus est eo aliquem laudare nolle, quod omni laude superior videtur.*

1640.

LIII. SPINELLUS BRACCI = *Istoria di Monte Pulciano* = Florentiæ 1641. = *Clemente VIII. promosse il Bellarmino al Cardinalato per il sapere, e pietà sua; la quale quanto fosse grande, si scopre ora nell'informazioni, che continuamente si pigliano della vita, e costumi suoi &c.*

1641.

LIV. PHILIPPUS ALEGAMBE in *Biblioth. Soc. Jesu* plura, eaque singularia cumulat Elogia Servi Dei, & quæ præsertim retulit a Sapientissimis Cardinalibus Sacri Collegii, Testibus ejus Sanctitatis.

1642.

LV. EUSEBIUS NIEREMBERGIUS Theologus, & Asceta notissimus = *In idea Virtutum Heroum Soc. Jesu* = hispa-

1643. hispanice Matriti 1643. a pag. 704. integrâ, & fatis longâ laudatione prosequitur virtutes Vener. Servi Dei.

LVI. NICOLAUS CAUSINUS in *Ephemeride historica* ad diem 17. Septembris = *Il Card. Bellarmino Eminen-*
1647. *tissimo per la* VIRTU', *e per gli scritti placidissima-mente finì la sua Vita l'An.*1621.

LVII. HIPPOLITUS MARACCIUS. In *Bibliotheca Mariana* Romæ 1648. vocat Ven. Bellarminum = *Fi-*
1648. *dei custodem vigilantissimum, magnum Ecclesiæ columen, eximiumque Christianæ probitatis, & eruditionis omnimodæ nostri Ævi Sidus*. = Et in *Purpura Mariana* pag.397. = *Robertus Bellarminus Soc. Jesu a Clemente VIII. Pontifice Maximo ad Cardinalitiam Purpuram suscipiendam adactus*, VIR VIRTUTUM MERITIS TOTI ORBI CHRISTIANO CONSPICUUS, *Fideique Catholicæ Athleta robustissimus &c.* =

LVIII. HADRIANUS LYREUS. In *Trisagio Mariano* Antuerpiæ 1648. lib.3. pag.429. D. commendat pretio-
1648. sam mortem Servi Dei. Et in Trac. = *De Imitatiotione Christi* = lib.7. cap.1. pag.470. B. comparat cum S. Carolo Borromeo = *Norunt id gemina illa Ævi nostri lumina Magni Ecclesiæ Principes S. Carolus Borromeus, & B. M. Robertus Bellarminus* = Et pag.520. A. loquens de obeuntibus piam mortem scribit = *Agmen claudat non Unus e multis, sed multos inter Unus Singularis, ut eruditione, & dignitate, sic & Virtute Eminentissimus Robertus Card. Bellarminus*.

LIX. JO: BAPTISTA CARD. ALTERIUS familiaris Servo Dei, a quo etiam non obscure Cardinalatum sibi præ-
1649. nunciatum audivit, in sua *Epistola ad Fuligattum* occasione Editionis Epistolarum Ven. Bellarmini 12. Octob. 1649. scribit, Servum Dei esse a se = *infinitamente stimato, come un Uomo Santo, e d'eterna memoria; ne credere, che si trovi persona, che più di Lui l'abbia in maggior venerazione &c.*

LX. AUBERTUS MIRÆUS Decanus Ecclesiæ Antuerp. Vir Eruditissimus in sua Bibliotheca Ecclesiastica. = *Rober-*
1650. *tus Bellarminus, alter Augustinus Sæculi nostri, in Mon-*

te Politiano (quæ Urbs est Hetruriæ Episcopali titulo insignis) ex Marcelli II. Sorore natus, Adolescens Societati Jesu nomen dedit. In Belgium missus, annos aliquot Lovanii, magna eruditionis fama, Theologiam explicavit, & latine concionando, qua erat eloquentia, magnum sibi nomen peperit. In Italiam reversus Controversiarum Libros accuratissima methodo digestos adversus ævi nostri Sectarios, incredibili Christianorum omnium applausu, ac fructu publicavit. Et quamvis scripta ejus per partes male feriatæ Cathedræ Ministri in Britania, Germania, Gallia, & Batavia vellicare, ac refellere contendant; littus tamen arare frustraque sudare, a suis etiam COMMILITONIBUS passim judicantur; non secus ac si dentem solido infigant, atque infringant. Virum itaque de Ecclesia ac Republica Christiana optime meritum, quamvis invitum, ac renuentem, ut erat modestia singulari præditus, Clemens VIII. anno 1598. Cardinalem S. Mariæ, omnibus applaudentibus, renuntiavit, quem ut acceptaret honorem, in virtute obedientiæ, sub pœna etiam excommunicationis latæ Sententiæ, reatu peccati mortalis, absolutæ denique potestatis imperio jussit. Exinde Capuanus ab eodem Archiepiscopus creatus, cum aliquandiu ea in Urbe resedisset, suisque verbo, & exemplo præivisset, onus illud Angelicis humeris formidandum deponere maluit, quam absens (ad Urbem enim revocabatur pro universæ Ecclesiæ bono) gregi præesse sibi commisso, & annuis illius Basilicæ frui proventibus, aut dignitate. Magna itaque Sanctitatis opinione anno Christi 1621. ætatis 79. mense Septembri Romæ decessit.

LXI. LUDOVICUS DONIUS D' ATTICHY Episcopus Heduensis in Gallia in *Floribus Historiæ S. Collegii*
1650. *Cardinalium* Tom.III. fol. 667. & 271. Edit. Paris. 1660., post cumulata plurium Scriptorum Elogia de Ven. Bellarmino, vocat = *Religiosissimum, atque Sanctissimum Cardinalem*; = *Magnum merito cognominandum, qui Scriptis suis Ecclesiam illustravit, eamque simul cumulavit Virtutibus Admirandis.*

LXII. GUALTERUS MACHENRI; *In Assertionibus Sal-*
1650. *mantinis* prælo datis An.1650. illustre texit Elogium Ser-

Servo Dei, quem vocat = *Singulare lumen S. Collegii, Sanctorum Episcoporum imitatorem; Geminum virtute, & auctoritate S. Carolo Borromeo: Castissimum, pauperrimum, liberalissimum &c.*

LXIII. FERDINANDUS ABBAS UGHELLIUS. *In Italia sacra* Tom.VI. Edit.Venetæ 1720. pag.360. exhibet ple-
1650. nissimum Elogium Servi Dei, & enarratis in particulari virtutibus, Eum vocat *VIRUM SANCTISSIMUM, ET FAMA SANCTITATIS CONSPICUUM &c.*

LXIV. LUCAS WADDINGUS *Historicus notissimus in Annalibus Minorum* Tom.XI. ad An. 1445. pag.245. nu.28.
1650. Edit. Rom. 1743. appellat = *Robertum Cardinalem Bellarminum litteris, & VIRTUTE CLARISSIMUM.*

LXV. FELIX GIRARDI = *In Diario delle cose più illustri seguite nel Mondo* = *Napoli* 1653. ad 17. Septembris
1651. pag.379. = *Nel 1621. morì il Card. Roberto Bellarmino della Compagnia di Gesù, Uomo Santissimo, e dottissimo.*

LXVI. PETRUS GASSENDUS in Vita Nicolai Claudii Fabricii de Peiresc Senatoris Aquisextiensis, edita Hagæ
1651. Comitis sumptibus Adriani Ulacq. anno 1651. Lib.3. pag.268. ad An. 1621. hæc habet = *Ad lugubres illos eventus ut redeam, nihil est, quod memorem de morte Cardinalis Bellarmini, quæ sub idem tempus Romæ contigit. Quippe licet ea inaudita Peirescius non nihil conturbatus fuerit, consolationem tamen cepit ex opinione præhabita, & subsequuta statim fama admirabilis Sanctitatis.*

LXVII. JOANNES BAPTISTA ROSSI THEOLOGUS Soc.
1653. Jesu, in = *Clypeo Castitatis* = perhonorificum elogium texit Ven. Servo Dei, *in Bellarmino.*

LXVIII. THEOPHILUS RAYNAUDUS. Tom.XI. in Opusculo = *De bonis, & malis libris* = pag.262. vocat = *Bel-*
1653. *larminum, Virum Ecclesiæ benemeritissimum* = Et Tom.XII. in Opusc. = *Hoplotheca contra ictum calumniæ* = pag.491. col.2. deridet Hæreticorum calumnias de scortationibus, & pessima morte Bellarmini; easque ait non indigere confutatione, cum aperte exsufflentur, quia = IN HOMINEM VITÆ IN-

INNOCENTISSIMÆ, ET TOTIUS SANCTITATIS VIVVM SIMULACRUM. = Testimonium hoc Raynaudi, & defensionis modum laudat vel ipse Sectarius Petrus Bayle in Dictionario Critico, Verbo *Bellarminus* = pag.533. in nota E.

Quantum vero percrebruerit semper Fama Sanctitatis nostri Servi Dei, ita testatur idem Raynaudus Tomo VIII. in Opusc. = *Titul. Cultus Sanctorum*; = ubi pag.463. Col.1. sic scribit. ,= *Res compertissima, quantam VENERATIONEM hisce proximis annis a piis, & fidelibus omnibus retulit Bellarminus, laboribus pro Ecclesia, & MORIBUS CULTISSIMIS, quam Purpura clarior.*

LXIX. CARDINALIS CÆSAR RASPONUS, in Opere = *De Basilica Lateranensi* = lib.1. cap.XII. pag.179. sub
1656. initium – *Robertus Card. Bellarminus Vir eruditissimus, idemque* SANCTISSIMUS &c.

LXX. CARDINALIS JOANNES Bona ex Ordine S. Bernardi Theologus piissimus, atque doctissimus. In *Divina*
1660. *Psalmodia*, in notitia prævia Auctorum, Edit. Paris. 1672. pag.41. = *Robertus Bellarminus Cardin. omnium scientiarum genere excultus, & summa imbutus pietate &c.*

LXXI. PETRUS COURCIER DOCTOR THEOLOGUS GALLUS. In Lib. = *Negotium Sæculorum Mariæ* =
1662. ad sæculum Christi XVII. pag.387. D. refert plurima Elogia, quibus laudatus est Servus Dei a Summis Viris, atque ipse addit = *Angelice vivens meruit ad Reginam transire Angelorum.*

LXXII. JOAN. DE BUSSIERES. In Flosculis Histor. Lugduni 1662. pag.420. ad an.1621. = *Nec inter Orbis Proce-*
1662. *res Bellarminus silendus, e Jesuitis in Cardinales transcriptus; doctrina, & pietate adeptus memoriam, quæ numquam intereat: Magnus, qui paupertatem in Purpura coluit, & in negotiis Studia.*

LXXIII. PHILIPPUS BRIETIUS in = *Annalibus* Parte IV. T.II. ad annum 1621. in fine = *Migravit ad Deum Robertus*
1664. *Card. Bellarminus Politianus fere octogenarius, qui virtutibus suis, & eruditione plus honoris addidit sacræ Purpuræ, quam ab illa recepit.*

JO-

LXXIV. JOANNES NADASI, in = *Anno dierum memorabilium Soc. Jesu* = Antuerpiæ 1665. par.2. pag.171. ad 17.
1665. Septemb. = *Bellarminus in Italia, Belgio, Gallia magnâ, virtutis, ac doctrinæ nomine, famâ claruit. Virginitatem perpetuam circumsepsit sensuum custodia, cibi, ac potionis parcitate, orandi studio fere citra evagationes attento, ac suæ conscientiæ cura quam maxima, etiam ad venialia omni studio constanter adhibito evitanda, eventu felici.*

LXXV. NICOLAUS CAFERRIUS, in = *Diario historico* = Romæ 1667. pag.269. = *Die 17. Septemb.1621. Robertus*
1667. *Bellarminus Soc. Jesu doctrina, vitæque integritate celeberrimus adsuperos emigrat = Vir sane, ut de illo dixit magnus Baronius, Religiosissimus, ac doctissimus.*

LXXVI. MATTHÆUS TIMPI in = *Magno speculo Episcoporum* = pag.440. plurima de nostro Servo Dei habet; &
1668. ejus præsertim humilitatem commendat, aitque = *movisse omnem lapidem, ne ad Cardinalatum ascenderet &c.*

LXXVII. JOAN. BAPTISTA RICCIOLIUS Tom.3. Chronol. Reform. pag.277. = *Rober. Bellarminus factus est invi-*
1669. *tus Card. a Clemente VIII. 4. Maji 1599. & Archiepiscopus Capuanus 21. Aprilis 1602., obiitque sanctissime 17. Septemb. 1621.*

LXXVIII. AUGUSTINUS OLDOINUS ad To.IV. Ciacconii, ubi de Clemente VIII. pag.331. Virtutes Ven. Servi Dei
1670. pluribus prosequitur.

LXXIX. SEBASTIANUS BADUS integrum librum scripsit de laudibus Servi Dei, eumque librum nuncupavit
1671. Clementi X. = *Decora Roberti Card. Bellarmini.* = Ex pluribus perpendenda sunt hæc verba, = *Bellarminus immortalis memoriæ Vir, tum morum Sanctitate, tum doctrinæ præstantia devinxit sibi Orbem Christianum.* =

LXXX. AUGUSTINUS FAVORITI in *Vita Virginii Cæsarini* pag. 426. ait de V. Bellarmino, = *Quem virum*
1671. *parum considerate quidquam, aut ad assentationem dixisse, aut fecisse unquam nefas est suspicari.* --

LXXXI. LUDOVICUS MORERI in suo *Lexico historicò* magnâ cum laude, & doctrinæ, & sanctitatis mentio-
1673. nem facit Servi Dei Verb. -- *Bellarminus.* --

LXXXII.

LXXXII. CAROLUS CARDINALIS BARBERINUS in sua Epistola ad Sebastianum Badum sub 18. Aprilis 1674.
1674 ex Sum. Addit. pag. 143. §. 103. -- *Io vorrei potere, e con la penna, e coll' opere esprimere la mia innata venerazione a quella grande, e santissima anima del Card. Bellarmino: Così mi duole di riconoscermi troppo sterile nell' una, e troppo inefficace nell' altre per testificare l' interno sentimento, con cui ho riverito, e riverisco sempre gl' eccelsi fatti, l' EROICHE VIRTU', e l' incomparabile dottrina di così degno Cardinale, Zelantissimo Arcivescovo, Esemplare eterno nella Gerarchia Ecclesiastica dell' uno, e dell' altro Ordine in questo nostro Secolo corrente. &c.* --
Addit = *La Santità di questo Cardinale non ha per altro bisogno di nove, e fievoli testificazioni, quali sono le mie; dovendosi piamente sperare, che l'inperscrutabile sapienza di Dio, cum venerit plenitudo temporis constituirà nella sua Chiesa VENERABILE quel Ministro fedele, che tanto ha reso alla medesima, e proficuo, e ammirabile &c.*

LXXXIII. NATHANAEL SOTUELLUS in additis ad Bibliothec. Soc. Jesu, post confirmata plurima Elogia de
1674. sanctitate Servi Dei, hæc addit de percrebrescentia Famæ = *Hinc continuatâ semper per annos amplius 50., atque etiam auctâ de Sanctitate hujus celebratissimi Card. famâ, jussu SS. D. N. Clementis X. denuo institutus est hoc anno 1674. a S. Congregatione Rit. Processus de Vita, & miraculis ejusdem, ut in Beatorum album, si legitime de requisitis ad id constiterit, referatur.*

LXXXIV. LUDOVICUS BAYL. THEOLOGUS PŒNITENTIARIUS Ecclesiæ Parisiensis, scriptis de Theologia my-
1675 stica, & Collect. Conciliorum celeberrimus, Tom. II. Concil: pag. 307., vocat Ven. Bellarminum = *doctum æque, ac Sanctum.*

LXXXV. JACOBUS CELLESI in *Vita Julii Mancinelli* lib. 3. cap. 12. pag. 567. scribit, honorem Cardinalatus præ-
1679. nunciatum Bellarmino a P. Julio Mancinelli; atque Servum Dei vocat = *Gran splendore di S. Chiesa non meno per l' innocenza della vita, che per l' eccellenza della dottrina.*

LXXXVI.

LXXXVI. MARCUS BATTAGLINUS EPIS. NUCERINUS. Tom.I. Annalium ad An.1621. pag.351. meminit piissi-
1680. mæ mortis Servi Dei, quem ait fuisse Hæreticis formidabilem = *per Santità di costumi, e profondità di sapere*.

LXXXVII. THOMASSINUS THEOLOGUS CONGREGAT. ORATORII in Gallia, eruditione, & libris editis
1682. clarissimus. Part.1. lib.2. cap.13. num.8. *De Veteri, & Nova Disciplina &c.* inter alia laudat in Ven.Bellarmino, = *quod adinstar S. Caroli Borromei uteretur purpura aspectu ad inflammandum desiderium martyrii pro Christo obeundi*.

LXXXVIII. ILLUSTRISSIMUS, ET REVERENDISSIMUS JO: THOMAS DE ROCCABERTI, olim Ord. Prædicato-
1690. rum Generalis, deinde Archiep. Valentinus, & Hispan. Inquisitor Generalis, Tom.XVIII. Bibliothecæ Pontif. in Præf. ad Tract. = *De Potestate Summi Pontificis* = Ven. Bellarmini, multa cumulat de ejus doctrina, & Sanctitate.

LXXXIX. NICOLAUS FRIZON edidit Vitam Ven. Bellarmini
1700. gallice; ex qua plura confirmari possunt Servi Dei Elogia per illustrium Virorum attestationes.

XC. BARTHOLOMÆUS ABBAS PIAZZA, in *Gerarchia Cardinalizia* testatur de Fama Sanctitatis Servi Dei:
1702. ait enim obtigisse ei in sortem Titulum S. Mariæ in Via = *Acciò fosse dal suo nome, dottrina, e fama di pietà illustrato*.

XCI. ELLIES DUPIN in sua Bibliotheca, post analysim Ope-
1703. rum Ven. Bellarmini, ait = *In illis elucere castigatissimam morum disciplinam, solidamque pietatem*.

XCII. PETRUS ANNATUS Vir doctissimus, & Generalis Congregationis Doctrinæ Christianæ, in *Apparatu*
1704. *ad Theologiam Positivam* pag.391. = *Robertus Bellarminus Soc. Jesu Scriptor celebris, eruditus, & pius S. R. E. Card.... Obiit plenus meritis An.1621.*

XCIII. FRANCIS. SCHINOSI in *Historia Provinciæ Neapolitanæ S.J.* part.2. lib.3. cap.7. attingit plurima egregie gesta
1706. a Ven. Servo Dei ejusdem Provinciæ Provinciali, Cardinali, & Archiepiscopo Capuano.

XCIV. MARCUS ANTONIUS CARRETTUS in *Sanctorale*

Cistercienſ. pag. 607. Taurini 1708, laudat in Servo
1708. Dei præter doctrinam, *ſummam morum integritatem*, & inter cæteras virtutes *prudentiam ſummam*, *& juſtitiam*, quibus egregie defendit innocentiam Ven. Abbatis Joan. Barrerii.

XCV. EMINENTISSIMUS CARD. PASSIONEUS doctrinâ, & omnimodâ eruditione clariſſimus, dum Apoſtolica
1729. Legatione fungeretur apud Helvetios, Opuſculum Ven. Servi Dei *de Epiſcopatu* novâ Editione donari juſſit, ut in *Actis Legationis Helveticæ* Tugii An. 1729., atque pag. 253. Opuſculum, & ejus Auctorem hoc Elogio cohoneſtavit = *Peropportuna viſa eſt nova editio aureæ* = *Admonitionis* = *quam Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis ſcientiâ Sanctorum, ac DEO PLENUS ad Nepotem ſuum Epiſcopum Theanenſem de ejus ſalute vehementer ſollicitus exaravit*.

XCVI. HIACYNTHUS AMAT DE GRAVESON Doctor Theologus Facult. Pariſienſis Ord. Prædicatorum in T. VIII.
1731. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* p. 205. col. 2. Edit. Venetæ 1731. = *Robertus Bellarminus doctrina, & pietate toto Orbe celebris*.

XCVII. REVERENDISSIMUS F. JACOBUS PHILIPPUS GATTI ex Ordine S. Auguſtini, S. Theologiæ Magiſter, & in
1739. Regia Univerſitate Anteceſſor, in *Approbatione* Vitæ Ven. Bellarmini novæ Edit. Neapoli 1739. eam commendat, = *Ut tanti Doctoris, Cardinalis eximii, Prælatique omni ex parte perfecti Vita Doctoribus, Cardinalibus, Prælatis in exemplum, ſpeculum, normam ſcribendi, vivendi, regendi eſſe poſſit*.

XCVIII. JACOBUS CARDINALIS LANFREDINUS in ſuis Al-
1740. locutionibus Paſtoralibus pag. 48. vocat. Ven. Servum Dei eminentem dignitate, doctrina, & pietate.

XCIX. ANTONIUS SANDINI IN VITIS ROM. PONTIF.,
1740. Ad Clementem VIII. pag. 550. vocat Servum Dei = *Eminentem fama pietatis, & eruditionis*.

C. REVERENDISSIMUS PATER FR. MICHAEL A SANCTO JOSEPH ex Generali Superiore Ordinis PP. Ex-
1740. calceatorum SS. Trinit. Redempt. Captivorum nunc Epiſcopus Guadicenſis in ſua *Bibliographia Critica*. par. IV. litt. R. pag. 71., ita de Bellarmino meminit;

nit ; = *Auctor reipsa præclarus*, & FAMA UBIQUE NOTISSIMUS, SANCTIMONIÆ *æque*, *ac doctrinæ illustria reliquit monimenta*, ECCLESIASTICA APOTHEOSI, *ut pie credimus*, DIGNA.

CI. 1740. EMANUEL ANGUILERA in Historia Soc. Jesu Provin. Siculæ par. 2. ad An. 1619. num. XL. plura de Virtutibus, & Sanctitate Bellarmini refert.

CII. LUDOVICUS MURATORI non modo Bellarmini & controversiarum libros, & doctrinam, sed & virtutes summis attollit laudibus: De controversiarum enim libris hæc scripserat sub nomine *Lamindi Pritanii de gustu artium*, *& scientiarum* par. 2. fol. 190. = *Quisquis Bellarmini Scripta Theologica bono gustu præditus evolverit*, *haud poterit non facile agnoscere quod sapientissimus Scriptor optima usus est methodo ad hæreses confutandas*, *& Controversias decidendas*: *media enim ad hunc finem & necessaria*, *& idonea*, *& quæ possunt esse sufficientia ad victoriam arma*, *sunt Ratio*, *& Auctoritas*, *Philosophia*, *& Eruditio*; *atque iis ubique armatus procedit hæresum Debellator strenuissimus*: *Argumentatur enim fortissime*, *diligentissimeque Patrum*, *Conciliorum*, *aliorumque veterum Scriptorum sensus scrutatur*, *atque nullum Theologiæ locum prætermittit*, *ex quo non desumat idoneum Causæ suæ patrocinium* .... *Ipsa Scriptoris methodus*, *quamvis pene scholastica*, *elegans est*, *aptaque legentium animos delectare*; *Ordo ejus optimus*, *& singularis modestia*, *cæteraque omnia immortali laude dignissima* =. De doctrina vero, & Virtutibus hæc litteris consignavit in *annalibus Italiæ* ad finem anni 1621. = *Merita il Card. Roberto Bellarmino della Compagnia di Gesù*, *che si faccia quì menzione della morte sua accaduta nel dì 17. di Settembre dell' Anno presente con lasciare un celebratissimo*, *ed immortal nome sì per li suoi Libri pieni di singolar dottrina*, *che per le sue rarissime virtù morali*, *e Cristiane*. *Uomo in tutto Eccellente*, *e che più onore compartì alla Porpora*, *che la Porpora a lui*.

CII. 1750. HISTORIA SOCIETATIS JESU Par. VI. lib. 6. ad An. 1621. pag. 281. num. 5. ubi Elogia, quibus in-

morte Servus Dei ab omnibus cumulatus fuit, & quantam virtutis opinionem reliquerit. = *Quibus erat intime notus, hi maxime commendabant ejus innocentiam a prima usque pueritia incorruptam; tum animarum, & divinæ gloriæ studium inexplebile, usum orandi assiduum, voluntarias corporis afflictationes; quod denique mirari nemo satis poterat, animum de se ita demisse sentientem, ut Vir omnium judicio summus se suaque omnia in postremis haberet*.

CII. EMINENTISSIMUS CARD. DE MONTIEUS *in Elogiis Cardinalium insigniorum* habet Elogium
1751. Ven. Bellarmini, in quo multa ad commendationem Doctrinæ, & Virtutum Servi Dei.

CIII. REVERENDUS P. F. DANIEL CONCINA Ord. Prædic. sæpe in suis Operibus honorificentissimum reddit
1751. testimonium cum doctrinæ, tum Sanctitati Ven. Bellarmini. Modo enim summâ cum laude meminit ejus Opusculorum, præsertim = *Aurei Opusculi de Gemitu Columbæ* = Tom.IX. de Pænit. lib.2. cap.2. num.6. pag.611. Modo vocat = *Bellarminum doctrina, & Sanctitatis fama celeberrimum* = ibi lib.1. cap.7. numer.27. pag.324., Modo = *piissimum, & Societatis Jesu splendorem, & ornamentum* = cap.9. §.1. num.10, pag.412. Connumerandum etiam, ait, inter Patres Ecclesiæ, nisi deesset antiquitas cit. cap. 9. §.2. numer.10. pag.416. = *Unum ex plurimis in medium produco Doctissimum, unàque Piissimum Bellarminum, cui nihil præter antiquitatem deest, meo quidem judicio, ut Pater Ecclesiæ sit, & appelletur*. = Demum ejus Beatificationis causæ ita plaudit, & gratulatur lib.2. cap.5. §.4. num.7. pag.638. = *Plurima de hoc argumento in diversis concionibus scribit Ven. hic Cardinalis, cujus nunc Beatificationis Causa feliciter, & faustis auspiciis agitur*. =

Atque hic tandem, ne in immensum succrescat, esto finis præsenti Elencho. Si quis aliorum Scriptorum Elogia velit, legat quæ per congeriem collegit Episcopus Heduensis Donius supra a nobis laudatus; quæque referuntur in Summ. Addit. Causæ pag.164. §.164., nec quisquam miretur, si etiam omisimus recensere illos,

los, qui Vitam Servi Dei Typis vulgarunt; nec non alias Atteſtationes honorificentiſſimas plurium Cardinalium datas non multo poſt ejus Mortem: hæc enim nota ſunt, & leguntur in ipſa Poſitione Cauſæ.

Solum nunc extra ordinem afferimus judicium *Petri Bayle*: Viro enim, quamvis alterius Sectæ, & ſeverioris Critices Veritas ipſa expreſſit ſequens Teſtimonium in laudem Servi Dei, ex quo etiam patere poteſt, quo loco apud ipſos Proteſtantes habitæ fuerint calumniæ toties jactatæ contra Bellarmini candidiſſimos mores.

Igitur Tom.1. *Dict. Crit.* Edit. Roterod. 1697. Verbo = *Bellarmin*. Primo de ejus doctrina, & ſcriptis ità teſtatur = *a été la meilleure plume de ſon tems en matiere de Controverſe* =. De ejus vero morte, & Funere hæc refert. = *Il parut le jour de ſes funerailles, qu'on le regardoit comme un Saint* =. Et narratis in *Nota* B. concurſu Populi, diſtributione Reliquiarum, ac venerationis ſignis &c. infert. = *Voilà des preludes de Culte, qui pourront avec le tems etre ſuivis d' une Canoniſation en forme* = Addit deinde, quod eſt maximum in Bellarmino apud Sectarios crimen: = *Il eſt sûr qu' il n'y a point d'Auteur, qui ait ſoutenu mieux, que lui, la cauſe de l'Egliſe Romaine en general, & celle du Pape en particulier*. = Poſtremo invehitur contra Sectarios ſuos, qui impudentiſſimas fabulas contra bonos mores Servi Dei ſtultiſſime promulgarunt. Legatur pag.533. a §. *Comme il ſe trouve par tout &c.*



INDEX RELATIONIS.

De probationibus Virtutum.

In

Opi-

Ni-

Ex

Res-

Obstativa.

De

De eo, quod expediat.



